

Collegij Soci. S. V. Ingolstadt.

EN DAMVS LECTOR

CONCILIA

Barth. Westheimer

VRAE
in qua est
enti Biblia
a, quid cũ
m; Rom.
Christia=
ommuñeue
o quàm
i non
i=

Ad
Bibl.
et ad.
Land.
Westim
ne 20

autore.

CATALOGVS THEOLOGORVM,

Concilorum, Historicorumq; ueterũ, è quorum
monumentis collecta Conciliatio
Patrum adiectus.

Index præterea duplex, alter insignium locorum,
alter operis sequentis.

Pro Vulcano sumi ordinis

416 200 498 700 11



Collegij Soc. Jesu Ingolstadt.

EN DAMVS LECTOR

CONCILIA

TIONEM SACRAE SCRIPTURAE
& Patrum, iam denovo reuisam & auctam, in qua est
cernere, quid sacrosancta utriusque instrumenti Biblia
cum Ecclesiae doctorum (quos uocant) doctrina, quid cum
Canonum, sanctorum Conciliorum, Pontificumq; Rom.
constitutionibus, & quid cum omnibus de re Christia-
na spectatoris fidei Historijs conueniens communēne
quidq; uarians habeat. Quae scire non dico quam

utile, sed quam necessarium sit, uolenti non

toto caelo errare in hac confusis opi-

nionum turba, neminem nisi

parum sanae mentis

opinor, latet.

Ad
Bibl.
Acad.
Land.
Westm.
mezo

Bartholomaeus Vindobonensis

autore.

CATALOGVS THEOLOGORVM,

Conciliorum, Historicorumq; ueterum, e quorum

monumentis collecta Conciliatio

Patrum adiectus.

Index praeterea duplex, alter insignium locorum;

alter operis sequentis.

Pro Vulcano primi ordinis

416 200 498 700 11



VIGILANTIA, DOCTRINA ET
uitæ probitate Eslingensis ecclesiæ concionatori insigni,

amico suo chariss.

Pacem à domino
Iesu Christo optat.

Nunquam satis possum admirari, charissime
uestram diuini uerbi concionatorum in-
dustriam, qui sacrarum literarum causam in eum locū
paucis annis produxistis, ut uix ullo unquam tempore
à pluribus uetus & nouum Testamentum uersatum sit,
idq; tempore hoc ita longe pessimo ut nouissimo, aduer-
sarijs omnibus conatibus repugnantibus, præpollenti-
busq; summis uiribus & opibus. Aded ut multi boni
atq; prudentes uiri stultissimum putarint uel tentare,
nec mirum: nam nisi Dominus mirabiliter meliori ad-
fuisset parti, prorsus erat impossibile. Istorum, ut scis,
per quos deus hæc mirabilia operatus: quidam uitæ hu-
ius numeribus defuncti, Christo, cui militauerunt, uiuunt
& cælestis regni fruuntur hospitio: superstites quidam
non cessant cursum suum currere armati iisdem cogita-
tionibus, cor in cælo, ubi merces eorū est magna nimis,
habentes, et in certā futurorū, quā diuinitus didicerat, ex-
pectationē intenti in prælio fortes, perseuerant. Quorū
in numero cum te esse mihi persuasum sit, uolui tuæ hu-
manitati

EPIST. NVNCVPATORIA.

manitati hoc meū qualecunq; opusculū dedicare, quod
ante annos aliquot per ocium collegi dum per omne ge-
nus scriptorū, ceu sedula apis, uoluitabā. Effecerunt autē
ut ederē hæc causæ, potissimū ut hoc auspicio meā atq;
nouā officinā typographicā iniciarer. Deinde quod uidi
in hoc argumēti genere libellū quendā non inutile
hij ita scriptum, ut hic meus uideatur nō sine
quodā singulari lectorū opere precio adiūgi. Postremo
qd' credā, uinæ domini nō aliquo pacto ad mouere ma-
nus, pū non esse, etsi usq; alibi hic esse ἀεὶ ὄν σὶ ὠπαύ
Spero enim nō nihil fructus ad diuinæ Philosophiæ per-
uenturum studiosos. Nam pluribus prædicare hoc quic-
quid est parū decet, neq; enim illud apud Homerū Me-
nelai est inscitū: οὐκ ἄλλοι ὄπερ βίον εὐχέσασθε
Certe hoc ausim polliceri, hanc meā lucubratiunculam
quantumuis nō ostentationi paratā magnæ utilitati futu-
ram, huic seculo in quo ab omnibus partiū factionibus,
Christus, apostoli, euangelii iactatur magis quā uiui-
tur. Hinc fit ut in collatione temporū dubitemus an ullū
unquā fuerit peius, in quo alius aliū damnat, alij alijs se
præferūt, nō ob creatorē, sed infirmas nescio quas crea-
turas. Propterea cernimus ingenti suo periculo labore
Ecclesiā, dum quidā uel gloriæ ambitione, uel auaritiæ
calcare impulsī mordicus sua defendunt: quidam pessi-

EPIST. NVNCVPATORIA.

mis uitæ exemplis christianam professionem infamant. Est qui inuictiuis stomachatur impotentius. Neq; defunt qui pertinacius apologijs se defendunt: sequæ mutuis uulneribus apud imperitam plebem, apud principes, magna pietatis iactura, religionisq; contemptu, conficiunt. Perditur horum importunitate & inflato mundi omnis ecclesiastica autoritas, omnis religionis honor omnis humanitas, animorumq; affectio. Fitq; paucorum uitio, ut erga deum & erga homines charitas in alijs non accedatur, in alijs refrigescat. Quare iugi oratione supplicandus deus omnibus nobis est, ut hic ambitionis, contentionis, & auaritiæ spiritus in miseris hominibus extinguatur, agnoscantq; se esse ~~uix~~ homines. Et ut redeat in corda mutua charitatis affectio. Quod nisi fiat, quis non uidet quàm intractabiles sint futuri omnium qui se Christianos uocant mores? Religio-
ne enim contempta, homo in officio nulla imperij ratione, nullis artibus, nullis linguæ uiribus contineri potest. Sed
quid hæc ad te, cui diuinarum et
humanarum rerum omnia
sunt cognitissima. Vnde
le igitur.

THEO

THEOLOGORVM, CONCILIORVM,

Historicorumq; Catalogus, è quorum monumentis collecta est Concilio-
liatio Patrum.

THEOLOGI.	
Tertullianus.	Scotus.
Irenæus.	Orbellus.
Cyprianus.	Prosper.
Origenes.	Thomas de Aquino.
Hieronymus.	Isydorus.
Augustinus.	PONTROM.
Ambrosius.	Gregorius Magnus.
Basilus.	Adrianus Traiectensis.
Nazianzenus.	Zosymus.
Chrysostomus.	Damasus.
Hilarius.	Paschasius.
Cyrillus.	Syluester.
Hysichius.	Pelagius.
Athanasius.	Telephorus.
Gregorius.	Innocentius tertius
Lactantius.	Vrbanus.
Beda presbyter.	Nicolaus secundus
Bernhardus.	Leo.
Albertus Magnus.	Lucius.
Gerfon.	Gelasius.

THEOLOGORVM CATAL.

Enthitanus	Cabilonense
Scholasticus	Chalcedonense
Pius secundus	Varense
Marcellus Papa	Bracarense
Marcellinus Papa	Cōstantinianum
Cælestinus	Toletanum
Symmachus	Constantiense
Marcus	Basilicēse
Vitalianus	
Calistus	

CONCILIA.

Cartaginense concilium	Eusebius Cæsariensis.
Viennense	Ecclesiastica Historica
Aurelianum	Dionys. Halicarnassens.
Toletanum	Eutropius
Gangrense	Paulus Diaconus
Nicena synodus	B. Platina
Agathense	Raphaël Volaterranus
Anticyranum.	Otho epif. Frisingensis
Anchiritanum	Nauclerus
Constantinopolitanum	Ysidorus in libro Conciliarum
Lateranense	Abbas Urspergensis
Meldense	Sabellicus
Elertinum	Albertus Cranz.
	Chronica Chronicarum

Chroa

THEOLOGORVM CATAL.

Ioannes Stella	Cassianus
Germanica historia	Franciscus Zarabelle super
Summa Antonini	Clement.
MIXTI.	Richardus S. Victoris
Glossa ordinaria	Panormitanus
Polycarpi epistole	Rationale diuinorum
Ignatius	Fasciculus temporum

INSIGNIVM LOCORVM

Elenchus.

S cripturæ maiestate, autoritate, fide, Concilij non anteponenda	5. 7. 15 & sequentibus
Scripturæ sacræ & humanæ impari autoritate	5
Verbo Dei generalibus Concilij non subiecto	23
Verbo Dei nihil addendum aut detrahendum	37
De Consuetudinibus	82
Ecclesia eiusq; Clauibus	92. & sequentibus
Episcoporum potestate, officio, ordinatione	155. pag.
	166 & sequentibus
Primatu ecclesiæ	123
Ordinis sacramento, & Episcoporum electioe	119. pag.
	& 118. 153
Clauibus soluendi absolucioe, & quibus data	107. pagina
	110

E L E N C V S

Christianorū potestate ligandi & soluendi, & sacer-	
tioq; pagina	194
Coniugio sacerdotali	213
Missae negotio	318
Signis duobus noui Testamenti	254
Originali peccato	257
Baptismo	251
Poenitentia	266.269
Contritione	274
Timore uel amore	281
Confessione auriculari	286
Absolutione	321
Satisfactione	325
Purgatorio	374
Indulgentijs	390
Excommunicatione	410
Sepultura	437
Predestinatione, Vocatione, Iustificatione & Glori-	
ficatione	181
Gratia & Merito	520.521
Fide sola iustificante hominem	545
Opera non saluant aut iustificat	566
Peccatores omnes natura sumus	585
Inuocatione	

L O C O R V M.

Inuocatione Sanctorum.	661
Imaginibus Sanctorum abrogandis.	629
Libero arbitrio hominis.	447
Miraculis & signis Sanctorum.	657
Sabbati & festorum dierum abrogatione.	665
Præceptis humanis uiribus non implendis.	677
Virginitate non ex præcepto.	686
DE Votis monasticis.	699.697
Iuramento seruando aut non.	707
Traditionibus humanis.	711
Cantu ecclesiastico.	731
Libertate Christiana.	743
Delectu carniū.	747
Discrimine dierum.	ibid
De Ieiunio.	758
Magistratu.	778
Hereticis comburendis.	808

I N D E X O P E R I S S E Q U E N -

tis numero Paginarum adiecto.

A	De Absolutione.	321
A	Bolitio peccati per	Absolutio efficax non quia
Christum	317	fiat, sed quia creditur. lb.
		5 Absoluendi

I N D E X.

Absoluedi potestatem ha-	erit	158
bet quilibet sacerdos.	Amore uel timore non po-	
pag.	332 test homo se erigere ad	
Absolutio gratis danda nō	capescendam gratiam.	
pecunijs redimenda.	pag.	281
pag.	322 Anathema olim ex chari-	
Adorare aēs, lapides nō de	tate fiebat	422
benus	647 Anathematizare quid pro	
Adulterium est quodcumq;	prie	418. 419
diuina institutio non in-	Annatarum usus à quo Pō	
stituit	42 tifice Rom. institutus	
Aēs, lapides adorare non	pag.	399
debemus	647 Animæ infantium quare	
Affectus, & effectus boni	post mortem eorum nō	
ex deo sunt	510 obambulant	304
Alexander Papa eius no-	Animæ defunctorum in ter-	
minis tertius prohibet	ra non obambulant.	
omnem pecuniarū mul-	Anni iubilæi institutio	318
ctā de Satisfactione pec-	pag.	387
catorum.	316 Anticyranum concilium	
Ambrosius in Episcopum	diaconis etiam iniiciatis	
eligitur nondum bapti-	uxores permisit	221
zatus	122 Apostoli etiam ordinem in	
Ambrosij electio qualis fu-	ecclesia docent	781
	Apostoli	

I N D E X.

Apostoli nihil ex se elege-	rum à quo institutum	
runt	34 pag.	668
Apostolus dicit præter id	Augustinus à D. Ambro-	
non contra id.	49 sio baptizatus	90
Apostoli uniuerso populo	Augustini præceptum de	
scripserunt	60 libris suis	64
Apostolis magna cura fuit	Aurelianense conciliū præ-	
pauperum	149 cipit Monachis ne quid	
Apostoli miraculis nō cla-	proprij possideat	706
ri facti	643 Aurū quale Christus pro	
Apostolorum traditiones	indulgentia peccatorū	
non minus rata quàm	requirit	392
Christi instituta	717 Autoritas ueteris ac noui	
Apostolorum lingue legē-	testamenti	5
dæ.	72	B
Ad Apostolicam traditio-	Pro Balsami præciū	
nem recurrendum	26 nō exigatur	428
Apuliæ dux quando Papæ	De Bapismo	251
subiectus	144 Baptif. qd significet	253
Arbitrium nostrum gratia	Baptismus initium omniū	
dei liberum fit	454 sacramentorum	153
Archiepiscopatus Rauē-	Baptismus uerus, collatio	
nates quando in potesta-	spiritus sancti	252
tē Papæ redactus	140 Baptismum locum nō pro-	
Assumptionis Mariæ fe-	hibet	258

I N D E X.

I N D E X.

Baptismus duplex ibid. **C** Abilonense concilio
 Baptismus aquæ et spiritus **C** um statuit nihil
 pag. 256 pro dedicandis Basili=
 Post baptismam manet pec=
 catum 258 cis uel sacramentis ec=
 A baptizandis præciū nō gere 429
 exigendum 417 Calcedonense conciliū sta=
 Basiliense concilium utran uit ne Monachi propri
 que speciem sacramenti ospagos habeant 734
 altaris Bohemis conces De Canone 363. & 365
 sit 406 Canones rescindunt uota
 Basilij decretum de mona= ante 15. annum promissa.
 chis 700 sa. 693
 Beneficia ecclesiastica non Canonice Scripturæ & ex
 nisi doctis danda Inno= positionibus earum par
 centius 6. constituit 188 reuerentia non debetur
 Bibliis libris prima fides pag. 68
 danda 10 Canonici libri in disputa=
 Bonis omnia cooperantur tionibus præsto sint.
 in bonum 491 pag. 74
 Bracarense concilium ana Canonicas horas quis pri=
 thematizat qui abstinēt mus instituerit 719
 ab esu carnis 756 Canonice scripturæ excel
 C lentia 5

Canonica

Canonium quod non est, dine tantum uel lege re
 neminem quoq; astrin= darguuntur 409
 git. 44 Cedendum autoritati scri=
 De Cantu ecclesiastico 731 pturæ 4
 In Canticum musicum 738 De Coelibatu sacerdotum
 Cantum D. Ambros. qua= pag. 230
 re instituit 735 Coetus antelucani Christia
 Cardinales Pōtificis electo norum quales olim fue
 res quando constituti rint 351
 sunt 173 Christus solus inuocandus
 Caroli Magni donatio Ro non Sancti 610
 man. Pontifici 135 Christus solus audiendus
 Carolo eligendi Pont. pote pag. 38
 stas datur 136. Christus mors non tantum
 Cesarum coronatio quan= pro originali peccato,
 do cepta 145 sed pro omnibus satisfi
 Cesaris est indicere conci cit 354
 lium. 136 Christus ea quæ non docuit
 Caput ecclesiæ Christus nō iure damnatus 17
 Pontifex Rom. 31 Christus quæ non docuit no
 Castitas donum dei 688 ua omnia 17
 Cœnæ dominicæ institutio. De Christo nihil quæren=
 pag. 399 & 251 dum, nisi quod Euange
 Cœnam sumentes consuetu lium permittit 30
 Christus

I N D E X.

Christus noster mediator.	ra oblatio	338
pag. 608. 639	Christianus confratrē suū	
Christus semel oblatu	absoluere potest	238
Christus propiciatio p pec	Christianorum sacrificium	
catis 343	quale olim à patrib. us	
Christus nullam speciem sa	cratum	333
cramenti laicis subtra=	Pro Chrysmate nihil exi=	
xit 340	gendum	428
Christiani omnes ligandi	De Ciborum delectu	747
soluendiq; potestatem	Ciborum abstinentia sine fi	
habent 194	de nihil prodest.	751
Christiani sacerdotes, rezes	Ciborum nihil immundum	
sunt 202	pag.	754
Christiani homines uita	Claues omnibus Christia=	
quid sit 254	nis communes	114
Christianus ligat, soluit mi	Claues ecclesie communes	
nisterio non imperio.	pag.	110
pag. 117	Claues ecclesie à Christo da	
Christiani omnes sunt eccle	te	319
sia una 197	Claues uerbum dei dicitur	
Christianorum sacrificia	pag.	108
pag. 331. & 333	Claues quid sit	109
Christiani hominis libertas	Claues ecclesie suæ Chri=	
pag. 744	stus dedit	109
Christianorum oratio ue=	Claucularij sacerdot.	168

I N D E X.

Claues soluendi ligandiq;	Concilia provincialia cedat	
ecclesie date 110	maioribus	14
Claues Petro soli non date	Conciliorū autoritas à scri	
pag. 113	ptura pendet	32
Cogitatio bona non est à no	Concilium pertinet ad om=	
bis 477	nes Christianos	34
Collectæ in Missa à Gelasio	Concilium plenarium aber	
institutæ 354	rare potest	22
Collegia monachorum tem	Concilia quatuor principa	
pore Augustini libera.	lora, quatuor euangelijs	
pag. 691	æquantur.	219
Commemoratio quid dica=	Concilium nihil habet sta=	
tur 347	tuere absq; scriptura.	
Communicatio uiuentibus	pag.	25.39
non morientibus danda	Cociliū pōt errare.	21.30
pag. 104	Concilium eligere quando	
Ad Communionem nemo	Rom. Pōt. concessū	139
cogendus 409	Cocilij Nicenicanones	147
A Communionem perci=	Concilia plenaria genera=	
piente nullum præcium	lia uel uniuersalia, alia	
exigendum 325	particularia dicuntur	14
Complend.e in Missa à quo	Concilium Neofariense sa	
institutæ 366	cerdotibus uxores ra=	
Conatus ante gratiam quid	puit.	219
ualeat 278	Concilium	

I N D E X.

Concilium Gangrense 2. sa apud Constantinopoli-
cerdotibus prohibuit tanos abrogata 299
uxores Ibid. Cōfessionis publicæ duplex
Cōcordantia Iacobi et Pau forma 299
li de fide, & operibus, Cōfessio patrum antiquo-
pag. 549 rum 297
Cōfessio quæ fit corâ deo Cōfessio publica quæ olim
necessaria est 286.291 pag. 298
Cōfessio auricularis iure Cōfitendum quomodo &
diuino præcepta nō est cui 306.208
pag. 297 Cōfitendi lex temporibus
Cōfessio uocatur ab Chry Gratiani non fuit 295
sostomo iudicium 297 Cōfessio Christi Christia
Cōfessionis arbiter qualis num nomen non facit.
esse debeat 306 pag. 91
Cōfessio erroris quæ dica Cōfessio reconciliationis.
tur Isidoro 290 pag. 297
Cōfessio auricularis ad sa Cōfidentia sola in meritis
lutem non necessaria Christi indulgentiam acce=
pag. 291 cepit 296
Cōfessio est ostensio pœni De Coniugio sacerdotali
tentie, non impetratio pag. 213
ueniæ 293 Coniugium castitas 234
Cōfessio auricularis olim Concubinarum sacerdo=
tum

I N D E X.

tum pœna 247 Cōsuetudo uerbo dei ce=
dat idon 83
Cōstitutiones humanæ qua tenus seruandæ 727 Cōsuetudo longâ nō sequen=
da sed dei ueritas 82
De cōstitutionibus regu=
la 736 Cōsuetudo mala abrogan=
da 89
Cōstantini lex de die Domi Cōsuetudo quomodo tol=
nico 607 lenda 88
Cōstantini quinti & Sex Cōsuetudo uerbo diuino lo=
ti lex detollendis imagi cum dare debet 89
nibus 654.653 Cōsuetudines malæ reijci=
Cōstantinopolitanum con ciendæ 91
cilium admisit presbyte= 92
ris uxores 218 Cōsuetudo sine ueritate er=
roris uetustas 84 et 87
Cōstantiense concilium pro De contritione 274
hibuit utramq; speciem Contritio quæ paratur per
Sacramenti 406 discussionem peccatorum
Cōstitutiones humanæ sint facit peccatorem 280
in scriptura fundatæ. pag. 729
Cōsuetudo cedat uerita=
tum 271
obligant, ad peccatum Conuersio nostrî penes de=
pag. 716 catur 292
Cōsuetudo cedat uerita=
tum 88 Conuersio æonum dei 270
Conuer=
tum

I N D E X.

Conuersio à domino non à nobis	478	D	
Coronatio Caesarum quando cepta	145	D eus suffragatore	opus nõ habet 612
Corpus Christi sunt sancti	513	Deum unum colere debemus	614
Crescentius consul Pont. pedes osculatur	134	Apuð Deum nõ opus patronis	605
Cor preparatur à domino ad bonum	477	Deos alienos uenerari legibus ethnicorum prohibetur	645
Creatio, saluatio, sanatio ex deo sunt	540	Ad Deum solum in aduersis confugiendum	478
In Creatura nulla sit nobis fiducia	625	Deus solus increatus	627
Cultus diuinus quis uerus pag.	635	Deus non est personarũ acceptor	498
Cultus dei est secundum illius uoluntate agere	641	Dies festi quare instituti inter Christianos	671
Cultus dei in inuisibilibus consistit	643	De dierũ discrimine	747
Cypriani & aliorum autoritas à sacra scriptura distinguenda	16	Dies dominica undè Christianis dicta	529
Cyrillus à puerulo nõ erubescit discere	211	Diaconi olim dicti presbyteri & episcopi	148
		Dilecti non idem qui inimici	503
		Diaconi cõiugati	222

I N D E X.

Dilecti sumus à deo ante omne meritum	68.504	Dogma peruersum abominatio est	45
Doctrinæ iudicium sit penes ecclesiam	56	Domus dei quid sig.	302
Doctoribus quatenus utatur August.	66	Donatio Ludouici Pij	138
Doctoribus ecclesiasticis quantum tribuendũ	65	pag.	798
Doctoribus quibus utendum	66	Dona dei immutabilia	112
Doctorum autoritas à scriptura distinguenda	19	Dona dei ementes & uerdentes eadem poena plectuntur	395
Doctores omnes legedi & probandi	8	E	
Docibilis quis	61	E cclēsiæ diffinitio	92
Doctrinæ ratio ponderanda	19	pag.	198
Doctrinæ Christi inherendum	79	Ecclesia unde constit.	31
Dogmata ad fidei normam examinanda	60	Ecclesia quibus cõstat	98
Dogmata patrum examinanda	ibid.	Catholica q̄	92
Dogmata impia cum autoribus eijcienda	88	Christi est cuius caput	
		Christus solus	31.105
		Ecclesia in psona Petri potestate ligadi accepit	112
		Ecclesia uniuersaligat nec solus Petrus. Qui uerè sint in ea	97
		Ecclesiæ bona pauperum sunt	121
		2 Ecclesia	

I N D E X.

Ecclesia peccata ligat et soluit	198	Ecclesiarum cōsuetudines, quæ non sunt contra fidē obseruandæ sunt	87
Ecclesie clauēs à Christo datæ	319	Ecclesia uniuersa in Petri persona significata	111
Ecclesie negotiatores	316	Ecclesie fundamentū Christi	119
Ecclesia Mediolanensis quando obedire cœpit Rom. Pontifici	147	Ecclesiarū luxus reprobatur	98
Ecclesie ieiunia quæ olim	761	Ecclesia unde olim cognita	98
Ecclesie suæ Christus dedit clauēs	109	Ecclesia omnis, est sacerdotium sanctum	209
Ecclesie clauēs à Christo accepit	111	Ecclesia ædificata super petram, nō super Petrum	119
Ecclesia dimittit & tenet peccata	114	Ecclesie iustitius usus opū qui	121
Ecclesia nunquā episcopū Ro. accepit pro uniuersali capite ecclesie	132	Ecl. scilicet primatus ministeriū non dominium	125
Ecclesiast. gradus nō ex gratia, sed ex merito dādus pag.	125. 149. 161	Ecclesia roborata perferenda nō resistendo	96
Ecclesiastica beneficia non nisi doctis dāda	176	Ecclesia errare non potest	
Ecclesiastica beneficia prophanus cōferre nō	795	Ecclesiasticæ obseruatiæ re gula	767
		Ecclesiastica donatio & innumitas unde	

I N D E X.

Ecclesie negotiatores	396	Episcoporum inuestitura quando Papa inuasit	137
De ecclesiastico cantu	731	Episcopi facti principi	793
De electiōe episcoporū	155	Episcoporum inuestitura auctoritate dei	501
Electio & abiectio est in uoluntate dei	501	Cæsaris est	136
Electio episcopifiat præsen te populo	156. 159	Episcoporū literæ et Conciliorū prouincialium cetera	
Electionem Pont. Romani Lud. Pius clero populog; Rom. concessit	169	Episcopi non habent potestatem aliquid contra euangelium statuere	18
Electionē Pōtificis cōfirmare Imp. olim solebat	168.	Episcopi militaribus negocijs sese ne implicet	127
Electionis ius quando ademptū est Constant. Imp.	136	Episcopi indocti à laicis doctis reprehendendi	206
Electio episcopi Rom.	166	Episcoposidem quod presbyter	
Elibertinum concilium prohibet accipere quiquam à baptizatis	427	De episcopi examine	190
Elibertinū Conc. prohibuit picturā in templis	655	Episcopi et Christiani omnes una ecclesia	102
Episcopi ministri sunt non domini	125	Episcopi magistratui obedire debet	789
Episcopis uxores permittæ pag.	313	Episcopi non possunt peccata remittere, aut indulgentiam	

I N D E X.

gentiam donare homini = bus	Episcopus episcoporum nul = lus	411	148
Episcopatus opus & mi = nisterium, non digni = tas	Episcopus unius eccle = siae non autoritate di = uina, sed consuetudine	127	
Episcopi facti ex laicis pag.	pag.	201	149
Episcopi arma quae	Episcoporum scripta sa = cra scrip. cadant	126	
Episcopi officium	Epiphani j episcopi Sa = lamynae Cypri de tol = lendis imaginibus sen = tentia	53	645
Episcopi neminem damna re possunt	Eremitae unde dicti.	425	
Episcoporum inuestiga = tura Henrico 5. Imp. data	pag.	273	700
Episcopatus Largitioni = bus non querendus. pag.	Errata multa in libris Au = gustini	434	67
Episcopatum ambientes Cain similes	Erroris extirpandi non homines	125	423
Episcopus ebriosus uel ale ator damnetur	Error maiorum no sequē dus	391	22
Episcoporum errata licet refutare	De esu carniū.		747
	Euangelium omnia conti = net		

I N D E X.

net	724	Pipinum & dona = tus Romano Pontifici	135
Ad Euangelicam tradi = tionem recurrendum pag.	26	De Excommunicatione pag.	410
Euangelium ea quae per = mittit querendum	30.	Excommunicandus de qui = bus causis quis sit	412
pag.	74	pag.	& 413
Euangelij & Epistolae le ctio in Missa à quo in = stituta	359	Excomunicandus non est si quis duersum sense rit	13
Eucharistia olim laicis in manus dabatur	403	Excomunicandum non se cundum arbitrium ho = minum sed dei	412
Eucharistia symbolum foe deris	351	Excommunicationis uer = uis	416
Eucharistiam cur patres prisci oblationem uo = cârunt	350. 347	Contra excommunicantes pag.	413
Eucharistiae festum Bo = nifacius quartus instituit pag.	668	Excomunicatio iniusta no obest homini	413
Exarchatus Raennae a blatus Imperatori per pag.		Excommunicatus no odio habendus	418
		6 4	EX

I N D E X

Excommunicati sunt omnes	ficatur homo	559
qui aliud docet quam christus docuit	Fides facit bona operas	577
Exequiarum pompa mortuis nihil prodest	Fide non oēs habemus	510
	Fidei diffinitio	356
	Fidei uocabulum quomodo accipiatur in scrip.	368
D e ferijs lex Antonij et Leonis Imp.	Fides nostra simplex ac sufficiens describitur	82
Festorum abrogatio	Fide et corda querit deus non munera externa	394
Festiuitates Christianorum quomodo celebranda	Fides propria non patronorum intercessio petita assequitur	606
Festis diebus irritatur deus pag.	Ad Fidem nullus cogendus	814
Festi unde dicti	pag.	814
Festi dies inter Christianos quare instituti	Fidei nostra ratio reddenda	187
Festa Sanctorum Tempore Chrys. & Hieronymi sub meridie soluebatur	Fides uerus cultus diuinus pag.	316
Fides sola iustificat	Filij uel nepotes ad sacerdotium non sunt eligendi	431
Fidei opus dei	Fornicationis causa licet facere diuortium	248
Fides nos ad Christum trahit pag.		
Fide sola sine operibus ui-	Franci-	

I N D E X

Franciscus fratribus suis in	Gradualia à quo instituta	
hibuit mendicare	701 pag.	337
Funeris sumptus reprobat	Gradus ecclesiasticus non ex	
tur	147. 441	gratia, sed ex merito datur
Funeris ambitio tollatur		431
pag.	442	
Eures & latrones in Ioan.	fitendi lex nondum lata	265
ne qui	56	
	De Gratia & Merito	520
G angrense concilium permisit sacerdotibus uxores	Gratia dei poenitentiam in nobis operatur	268
225. &	Ex Gratia omne quod habemus	Ibid.
pag.		
Gangrense secundum prohibet	Gratia totum ascribendum	555
	Ibid.	
Gangrense concilium anathematizat, qui uirginitatem fouent	Gratia uis	525
702	Gratia saluamur non pro merito	577
Gangrense concilium anathemate percutit illos qui nouas leges prescribunt	Gratia saluamur non ex operibus	526
734	Gratia & meritum contraria sunt	525
Gloria in excelsis à quo instituta	Gratia dei qui ingrati	530
357	Gratia sola discernit bonos à malis	

I N D E X.

à malis	497	Holocausta, solemnitates nō
Gratia meritum precedit.		sunt opera, sed fides in
pag.	524	Christum
Græcica uolumina emen-		Hominū erroris extrpan-
datoria Latinis	72	di non ipsi
Græca priora Latinis	72	Hominum nugis non atten-
Gregorij septimi decre-		dendum
tum de cōiugio sacerdo-		Homo nihil se putet opera-
tali	242	ri, nisi in quantum ma-
		lus
H		Homines corrigendi non
Alleluia unde na-		eradicandi
ta	358	Homo primus meritū per-
Hæreticos comburi est con-		liberum arbitrium per-
tra uoluntatem spiritus		didit
pag.	803	Homo homini peccata non
Hæreticos corrigi uult Au-		remittit
gust. non necari	805	Hominem nihil posse sine
Hæreticos dominus occide-		deo
re prohibet	807	Honor quid in scrip. figu-
In Hæreticos lex Theodo-		ficet
sij Imp.	807	Honor uerus Sanctorum
Hieronymi tempore confes-		quis
sio hodierna nondum in		Hostia unica & semel ob-
usu fuit	301	lata

I N D E X.

lata Christus	342	Ieiunia ecclesia quæ olim.
Hudalrichi epistola de co-		pag.
libatu sacerdotum	230	Ieiunium magnum
Humanæ potestati obediens		Ieiunium nō iustificat
dum, & quatenus		Ieiunium Sabbati quis insti-
Inter Hymnos, Psalmos et		tuerit & 4. temporum
cantica qd interfit	734	Ieiunij quadragesimalis in-
Hymnus angelicus in Mis-		stitutor
sa à Symmacho compo-		Ieiunium quale ieiunandū.
situs	357	pag.
I		Indulgentiæ delictorū quæ
Dola tollenda	648	fit
Ieiunium res necessaria		Indulgentiam peccatorum
sed certis diebus non		locus præstare non po-
non alligatum	758	test
Ieiunium uerum & eius o-		Indulgentia peccatorū me-
pera	764-767	retur is qui ab ipsis ab-
Ieiunia ueterū qualia	759	stinet
Ieiunia quare instituta	76	De Indulgentijs
Ieiuniorum præcepta	763	Indulgentiam peccatorum
Ieiuniorum leges Mōtanus		in nobis inuenimus.
instituit	763	pag.
In Ieiunio & cilicio uita re-		Pro indulgentia peccatorū
ta non consistit	770	quale

I N D E X.

quale aurum requirit Chri- stus	392	Iudæis ad literam permis- sum fuit iurare	708
Indulgentiarum uenditio quando incepit	398	Iudicadum libere de libris fidelum	61
Infans unius diei immunis à peccato non est	493	Iudex scripturæ homo nõ sit	55
Infantium animæ quare nõ obambulent	304	Iudicium liberum sit de hu- manis scriptis	6.
Imagines sanctorum prohi- bitæ	629	Iudices etiam misericordia punire debent	738
Contra Imagines edictum Leonis Imp.	652	Iurare in causa fidei pieta- tis licet	707
Imaginis dei cultus	640	Iuramentum illicitum non est seruandum	698
Imago dei uera quæ	639	Iuramentum ab episcopis Pontifici Rom. primũ quando factum	173
Imaginum uestes fisco depu- tentur	517	Iuramentum à sacerdote exigendum non est.	
Imperij translatio à Græ- cis ad Gallos à Gallis ad Germanos	141	Iuramentum à sacerdote pag.	794
Innocentia uerum sacrifi- cium	655	Ius ciuile non frustra insti- tutum	782. 53
Iniquorum turba quando corripienda	411	Ius iurandum quando lice- at impune rescindere.	
Iubilei anni institutio	398		

I N D E X.

Iustificamur in solo Chri- sto	606	dum	205
Iustificatio ex fide impe- tratur	559	Laici domi etiam Biblia le- gant	212
Iusti uocabulum quomodo in sacris accipiatur li- teris	269	Laici non solum uerbũ au- dire debent, sed & do- cere	200
Iusticia dei qua iusti sumus pag.	563	A Laico nõ crubescat pre- sbyter discere	ibid.
Iusticia nostra est confessio iusticie nostræ	583	Laico producenti scriptu- ram, credendum plus quam toti Concilio	27
		pag.	21
L			
Laici quomõ potesta- tem habent ligandi & absoluendi	117	Lampades in templis nõ sturno tempore extingue- de	519
Laici simplici senis dispu- tatio	80	In Legum latores impor- tabilium	218
Laicus doctus de decretis Pontificum iudicare po- test	27	Lex dei iudicialis coërcet humanam maliciam	722
Laicorum est docere etiam litteras diuinas	195	Leges humanæ quatenus seruandæ	727
Laici inuitabantur olim ab ab episcopis ad disputan-		Leonis Imp. edictum con- tra imagines	652
		Leonis	

I N D E X.

Leonis & Antonij lex de Ferijs	669	dei præferre Innocenti us Papa dicitur	476
Lex ante charitatem iram operatur	276	Liberum arbitrium in pri mo homini fuit	452
Lex Constantini de Domi nico die	669	In Liberi arbitrij defenso res	453
Lex pecuniaria in Donati stas latrones	807	Liberum arbitrium perdi dimus in Adam	473
Lex Theodosij in hæreti cos	807	Libri canonici in disputa tionibus præsto sint	74
Lex de exurendis dijs, & abolendo idolorum cul tu.	657	Libri gentilium legendæ pag.	507
Lex sine gratia dei imple ri non potest	685	Librorum ueterū fides ex Hebraeis & Græcis ex aminanda	70
De Libertate Christiana spirituali	747	Liberi arbitrij uis Ligare & soluere quid sit	457
De Christiani hominis Li bertate	744	pag.	117
Libero arbitrio caret ho mo	447	Linguarum peritia opus pag.	71
Librum arbitrium ad ma lum sufficit	452	Linguae Apostolorum le gendæ	55-72
Librum arbitrium gratiæ		De linguis legendis statu tum Viennensis concilij pag.	

I N D E X.

pag.	70	disputando resisten dum	12
Lignis & lapidibus gra tiam referre impius est		Malis omnia cooperantur in malum	492
pag.	646	De Matrimonio sacerdo tum	213
Literis diuinis credendum absq; curiositate	4	Matrimonium castitas. pag.	228
Locus indulgentiam largi ri nõ potest	393	Matrimonia clandestina p hibita	250
Locus non saluat neq; san ctificat hominem	659	Martyres non gaudent pe cunijs honorari	616
Locorum ratio nequaquã habenda est, ut quod san ctum dicatur	666	Martyribus templa non fa bricanda	649
Loca nos proximos Chri sto non faciunt	702	Martyrum memoria	646
M		De Merito & gratia	521
Magistratui obedi endum	775	In Defensores Meritorum pag.	545
Magistratui quatenus ob temperandum	777	Meritum nullum post mor tem	378
Mandatis iniustis non pa rendum	820	Ex Meritis aliorū nõ pena deamus	615
Mandatis diuinis siue lite ris sacris credendum, non		Meritorum	

I N D E X.

Meritorum initium 535
 Merita sanctorum quæ, pag. 500
 Meritum occasiones post hanc uitam nullæ 585
 Merita nulla ante gratiam pag. 528
 Meritum hominis nullum pag. 539
 Meritum per liberum, arbitrium homo perdidit 461
 Meritis aut operibus alienis nemo adiuuabitur, pag. 624
 Merendi bene post mortem nulla occasio 385, 383, 378
 Memoria mortuorum post hanc mortem completa. 369
 Memoria sacrificij semel acti sacrificium à Patri bus appellatur 345
 Ministris uerbi uictus debetur 176
 Miracula Christianum aut sanctum non faciunt, pag. 657
 Miracula à fidelibus non querenda 660
 Miracula cur cessarunt. pag. 663
 Miracula operis nihil Sacti tatis homini adijcit 663
 Miracula Apostoli clari facti non sunt 645
 Missa sacrificium non est, neq; opus boom 338
 Missa institutio, quibus parentibus nata 336
 Missam offerre pro defunctis scripturæ aduersatur 370
 Missa tollit peccata 368
 Missa miscellanea 366
 Missæ latinæ approbatio. pag. 369
 Missa una dicenda 369
 Missa pro mortuis non uertust

I N D E X.

ustum sacrificium 374
 Missa à presbytero scortatorio non audienda, pag. 246
 Missa imago sacrificij, non ipsum sacrificium 350
 Missæ mos qualis temporibus Apostolorum 349
 Monachi propter uestitum sanctiores cæteris hominibus non sunt 699
 Monachi & eremite unde dicti 700
 De Monastica principio pag. 699
 Monachi propriis manibus laborare debent 701
 Monachis mandatum ne quid proprii possideant pag. 706, 731
 Monachi questionarij 705
 Monacharum matrimonia dissoluenda non sunt 226
 Monacharum collegia olim libera & scholæ 692
 Monacha quædo cõsecranda 693
 Moguntinense conciliū coniugium sacerdotum damnant 242
 Monachorum uota meræ ineptiæ sunt 693
 Monacharum regula ab Augustina lata 556
 Montanus hæreticus leges ieiuniorum primus impositus 613, & 615
 Monica D. August. mater parum de sepultura curabat 444
 Mortuorum memoria debere facere Gregorius precepit 374
 Mortuorum commemoratio & festum à quo instituitur pag. 374
 Mortuorum cõmemoratio quædo cõcepta 367
 Mortuos

I N D E X.

Mortuos lugere stultitia est	fitendi liberum feci: 299 444	Negocium unde dictum est	396
Mortuorum ornamentum est elemosyna	442	Neocesariense concilium prohibuit sacerdotibus uxores	219
Mortuorum memoria post hanc uitā completa	379	Nicena synodus sacerdotibus uxores permisit	359
Mortuis nihil emolumenti ex impensa funeris	344	Non debetur par reuerentia scripturæ & expositionibus earum	54
Mortuorum apparitiones mere demonum insidie	389	Nulli credendum præter scripturam	12
Mortuos intemperanter lugentes excommunicandi.	386	Nullum imitemur præter Christum	26
Morte gaudendum potius quàm flendum	387	Nugis hominū non attendendum	22
Mortuorum testimonijs nõ indigemus, nec illis credendum	389	Nullus Episcopus episcoporum	113
Mors pœnæ peccati	494	Nullus mundus à peccato pag.	591. 876
	N	Non nostra docenda sunt, sed sententiæ spiritus sancti	

N

ECTARIUS modū con

sed sententiæ spiritus sancti

I N D E X.

Ei profrendæ	366	Opera sine fide planè nõ iustificanc	592
Nothgerus Abbas S. Gal li sequentias composuit pag.	773	Opera bona non sunt ante fidem & spem	599
	O	Operibus aut meritis alie nis nemo adiuuab.	624
Obedientia potestati humane exhibenda	773	Operū merita futura non respicit deus	495
Oblationis uocabulū quomodo accipitur in scriptis Patrum	371	Opa bona dona dei	754
Oblatio unica qua omnia consummantur	346	Opera dei occulta iudicia quare uocantur	492
Omnia scripta sunt infra sacram scripturam	70	Opera bona nostra imperfecta sunt	582
Opera non saluant, neq; iustificanc	566	Operibus, pœnitentijs, confessionibus non iustificamur	569
Opera bona fidē nõ præcedunt	549	Opera nihil coram Deo pag.	574
Opera non edificata super fundamentum fidei, etiam bona non iustificanc	560	Opus dei & fidei charitas	279
		Opera quæ sunt præter uoluntatem dei omnium pessima	584
		Opera	γ 2

I N D E X.

Opera qualiacumq; antedi- lectionem sunt pecca- ta	276	Ordines aut loca nos non Christo proximos fa- ciunt	98
Opera absq; fide non sunt bona	579	Organi institutum	743
Op a fidei pedissequa	592	Organa Christianorū sint spiritualia	740
Opera ppter prēmia fa- cienda	585	Originale peccatum om- nibus hominibus inn- tum	262
Oratio Christianorum est uera oblatio	619	Originale peccatum om- nes ex Adam traxi- mus	263
Oratio sacrificium	582	Otto Magnus Imp. prim9 iuramentū Rom. Pont. prestuit	142
Oratio quæ non fit p Chri- stum non delet pecca- tum sed fit in peccatum pag.	616	Ottoni electio Pont. Rom. datur à Rom. Pōt.	167
Oratio propria maxime deo placet	604	P	
Ordinis sacramentum ec- clesia Christi ignorat. pag.	153	P Allij usum Archie- piscopi tempore Leonis 3. non emebant pag.	427.399
Nec ordinari nec promo- ueri in ecclesia dei per pecuniam aliquis debet pag.	429	Papa potest errare	433
		Papæ	

I N D E X.

Papæ ea doceat quæ diui- nitas didicerit	34	uocatur	347
Papa non est supra conci- lium	28	Patres ueteris Testamenti peccatores fuerunt	588
Papæ primatus quando in- ceptus	141	Patres sancti quo animo co- lendi	627
Papam nemo laicorum ha- bet iudicare	435	Non Patrum, sed scripturæ autoritas seruanda	22.
Papa qui pecunia aut fa- uore occupat Rom. se- dem depellatur	176	pag. 33- Patronis apud deū nō opus habemus	605
Papa nō habet aliquid con- tra scripturā cōdere	32	Patres à canonica scriptu- ra distinguendi	16
Papa non habet nouam le- gem contra scrip. con- dere	715	Patrū dogmata iuxta scrip- iudicāda & examin.	60
Non Papæ non consuetu- do sed ueritas dei sequē- da	22	Paulus fuit perfectus et im- perfectus	592
Paracleti administratio pag.	722	Paupertas in uidua lauda- tur	178
Paschæ institutio	667	Peccatores omnes natura sumus	585
Passio Christi cōmemora- tio et sacrificium	317	Peccata quæ dā pœnæ pec- catorum sunt	511

INDEX.

A peccato nullus mundus nel retractione fieri p apo
 pag. 875 stolos quō intellig. 315
Peccata non meritis homi Peccata homo homini non
 nū, sed uirtute spiritus dimittit 318. 370
 remittuntur 314 Peccatum manet post ba=
Peccata dimittere solig dei ptisima 258
 est 302. & 318. et 319 Pertrāsire quale uerbum
Peccatorū enumeratio nō pag. 263
 necessaria 302 Pedes Pont. Ro. à quo pri
Peccatum in spiritum san- mitus osculati sunt 134.
 ctum diuinarū scriptu Petrus & Philippus ha=
 rarum deprauatio 17 buerunt uxores 216
Peccata dimittuntur per Petrus à petra et nō è con
 nomē dei, nō per nomē tra. 11
 Pauli 314 Petrus pro incōcussa fide.
Peccatum post mortē non accipitur 114
 dimittuntur. 379 Petrus ex firmitate nomē
Peccatorum remissio neq; habet 138
 pecunijs, neq; peregri Petra fidei fortitudopetr9
 natiōibus impetrari po Christus 116
 test 393 In Petri persona uniuersa
Peccata abluenda in hac ecclesia significata 111
 uita 386 Pœnitētia Christiano ho=
Peccatorum remissionem mini necessaria 266

Pœn

INDEX.

Pœnitētia satisfactio 274 Pœna qua deus uult pec=
Pœnitētia uera quæ 254 catum punire per ho=
Pœnitētiæ fructus à bapuf minem auferrī non po
 mo nō secernēdus 254 test 330
Pœnitentiæ forma 253 Pœna concubinarum sacer
Pœnitētia à detestatiōe pec dotum 247
 catorū nō incipit 269 Pœnitentiæ nullus locus
Pœnitētia post mortē sera post mortem 38
 & inutilis 373 Picturæ usus nō uetus 655
Ad pœnitentiā labore nō Philosophi patri. archæ hæ
 peruenimus 267 reticorum 590
Pœnitentiā agere nō est in Philogonius causarum pa
 potestate nostra 479 tronus sit epif. 217
Pœnitentiā non incipit ti Pontificis opera & offi=
 more, sed dei donū 271 cium 188
 pag. 270 Pontifices Rom. nō maio=
Pœnitētiæ publicæ modus res cæteris epif. 146
 apud ueteres 299 Populi præsentia eligatur
Contra pœnitentiā pe= episcopus 161. & 163.
 cuniariam 317 Pontificis Rom. electio nō
Pœnitentiā gratia Dei fuit rata olim sine con=
 in nobis operatur 268 sensu Imperatoris &
Pœna & culpa simul fi= Exarchi Italiæ 143.
 niuntur 328 pag. 166. 162

y 4 Pont

I N D E X

Pontifex nō habet pro suo arbitrio mutare	426	Possibilitas omnis nostra ex deo	467
Pontificum coniugatorum catalogus	228	Præcepta ex scriptura petenda	726
Pontificis pedes à Iustina no Imp. exoscilatur		Præcepta dei humanis uiribus impleri impossibile	
Pōtificum Rom. ambitio de Pontificatu quando cepta	130	Præcepta duo ultima decalogi à nullo etiam sancto implentur	683
Pontificum nominū mutatio quando cepta	133	Præceptis bonæ uitæ nemo iustificatur	548
Pontifici Rom. Otto Magnus iurauit	141	Præceptum August. de scriptis suis	64
Pontifices qui Pontificatum uendiderunt	176	Prædestinatio	481
Pontificatus uēditur pag.	434	Prædestinationis nomine quid	513
Pontifex Rom. non potest ligari uel solui à seculari potestate	435	Prædestinatio & Gratia quomodo differunt	488
Pontificē unum ueteres confessi sunt	278	Prædestinatio & propositum differunt	489
Pontificatus sollicitatur penultima	434	Prædestinati à deo mundantur	489
		Præ-	

I N D E X

Prædestinationis materia ad humilitatem nos cogit	493	Purgatorium nullum probatur	387
Presbyter non erubescat à laico doceri	200	Q uadragesimalis ieiunij institutor	
Præfationes à Gelasio & Gregorio excogitate pag.	362	In Quadragesima duo dies olim tantum iuebantur	772
Propositum bonum à deo accipimus	504	In Quadragesima Spiridion comedit carnes porcinas	744
Propheta falsi qui Principis ordinatio qualis esse debeat	40	Quatuor temporum institutio	763
Principibus contra Deum precipientibus	798	Qui uere sint in ecclesia.	
Primatus Papæ sub Ottone Magno oritur	141	Que in scriptis sacris non sunt, usurpare licet ut uolumus	43
Primatus ambitio inter Constantinop. & Rom. sedē quando cepta	131	R eliquiæ Sanctorum quatenus spectandas	645
Psalmi cantandi	736	Religio uera que	338
Psalentium uitam Hieron. corripuit	733		
De purgatorio	374		

I N D E X.

Religio nulla ubi simulachrum
 632 Sacramentum ordinis ec-
 clesie Christi ignorat. 153
 Religionis consummatio A
 pag. 79 Sacramentis precium nõ
 exigendum 426
 Repellere dei & Indurare
 re quid sit 148 Sacramenti utranq; speciẽ
 Christus laicis non sub-
 traxit 340
 Roma quando cecidit in po-
 testatem Pontificis 138 Sacramenti utranque spe-
 ciam laicis negare im-
 pium est 399
 Romanus populus quando
 subactus est Pont. Ro-
 mano 137 Sacramenti utranq; speciẽ
 Bohemis Basiliensi con-
 cilio concessit 406
 Romanum concilium Sab-
 bato die carnem edere
 prohibuit 790 In sacerdote ordinando po-
 puli presetia requiritur 163
Sabbati abrogatio quæ
 Sabbato requies, non
 sit 179
 opus præcipitur 673 Sacerdotum coniugium in
 De Sacramentis 152 concilio Moguntinensi
 Sacramenta tantum duo in-
 stituit Christus 152 Sacerdotibus coelibatus nõ
 datur 241
 Sacramenti utranq; speci-
 em Constantiense concilium
 prohibuit 406 Sacerdotum sanguini non
 deferendum 149
 Sacerdoti

I N D E X.

Sacerdoti gradus ecclesia= Sacerdotes ministri non do-
 sticus non ex gratia sed mini 125
 ex merito dandus 185 De Sacerdotijs commutari
 Sacerdotes æquales & mi- dis 183
 nistri omnes 323 Sacerdotium non sanguini
 Sacerdos confessionis qua= deferendum 431
 lis esse debeat 306 Sacerdotis est arguere, nõ
 Sacerdos eligatur præsen- mouere arma 127
 te & consensiente popu Sacerdotiorum abusus.
 lo. 156 pag. 280
 Sacerdotum domus paupe Sacerdotis ebriosi poena
 rum hospitalia 151 pag. 190
 Ad Sacerdotes sacrilegisa Sacerdotes non habent po-
 crifica plebs mescerenõ testatem dimittere pec-
 debet 156 cata 313
 Sacerdos quilibet à culpa Sacerdotes docti sint & ut
 & poena absoluedi po- legem dei sciant 185
 testatem habet 322 Sacerdotes ignari destituã
 Sacerdotum auaritia erga tur 188
 defunctos 385 Sacerdotes coacti ui in
 Sacerdotes dispensatores Germania ad coelibatũ.
 non proprietarij 150 pag. 241
 Sacerdotio unico sacerdo= Sacerdotes neminem dam-
 tio sit contentus 182 nare possunt. 423
 Sacrificia

I N D E X.

Sacrificia Christianorum	pag.	321	Sanctorum inuocatio inef-	ficax	600
uera quæ			Sacrificia Christi efficacit	ficax	600
Sacrificia Christi efficacit	pag.	341	Sanctorum honor quando		
Sacrificare patribus quid	incoepit	628	Sanctorum memoria cele-		
dicatur		621	Sanctorum memoria cele-	bris apud ueteres	304
Sacrificium nostrum est mi-			Sancti patres quo animo co-		
moria sacrificij Christi	pag.	345	Sancti patres quo animo co-	lendi	628
Sacrificij semel acti memo-			Sanctorum imagines pro-		
ria, sacrificium à patri	hibendæ & tollendæ.		Sanctorum reliquie quate-		
bus appellatur	pag.	345	nus spectandæ	646	
Sacrificium Christianorū	Sanctorum honor quis sit.		Sanctorum honor quis sit.		
quale olim à patribus	pag.	614	Sanctitas nulla nobis ab ho-		
uocatum		333	Sanctitas nulla nobis ab ho-	minibus	617
Sancti inuocandi non sunt	pag.	661	Sanctorū merita quæ sint.		
pag.		661	Sanctorū merita quæ sint.		
Sancti peccatores sunt &		589	Sancti ex miraculis non cla-		
se tales pronūciant	pag.	628	Sancti ex miraculis non cla-	ri facti	502
Sancti non adorandi		628	Sancti ex miraculis non cla-		
Sanctis non debetur latria	pag.	607	Satanæ tradi quid sit	419	
Sanctorum orationes per			Satisfactio euangelica quæ		
Christum acceptantur.			Satisfactio euangelica quæ		

I N D E X.

uera	325	Abseq; Scriptura nihil sta-		
Scripturæ sacræ cedendū	tuendum	35	Scripturæ sacræ & huma-	
credendum, adhiren-			ne impar autoras	1. 5. 26
dum	7	Scripturæ sententia non no-		
Scripturæ sacræ prima fi-			stra amplectenda	46
des debetur	7	Scriptura canonica nulli	Scriptura humana omnis	
Scriptura canonica nulli			cedit	14.
cedit	14.	infra canonicam scri-		
Sacræ Scriptura est uetus	pturam	7	Scriptura per scripturam	
nouūque Testamen-			explicanda.	10
tum	11	Aduersus Scripturam nul-		
Scripturis agendum mani-			la probatio admitti de-	
festis	11	beat.		18
Scriptura statæ est	72	Scriptura per scripturam		
Scriptura non seducit, sed			explicanda.	10
seipsam exponit	9	Scripturæ & earum ex-		
Præter Scripturam nihil			positionibus impar au-	
temere affirmandū.	10	toritas debetur.		68
Scriptura concilijs præfe-		Ad scripturam fugiendū		
renda	15	pag.		98
Scriptura hominum scri-		Scriptura qualem lectore		
ptis proponenda.	17	postulat		51
Scripturæ sacræ non patrū		Scriptura iudex incontro-		
autoritas seruanda	14.	uersia		54
In Scripturis sanctis cogni-				
tiō				

I N D E X.

ratio dei, non miraculis	leuata omnino	660
pag.	658	Simulachra abroganda, tol-
Scripturae iudex homo non	lenda	629. 648
fit	55	Simulachrorum picturae usus
Scriptura sacra in disputa-	non est uetus	655
tionibus adhibeatur.	Soluere & ligare inuicem	
pag.	73	possimus
Scripturae intellectus eru-	Spiridion comedit carnes	
ditione spiritus sancti di-	porcinas in quadrage-	
scitur	simā	222
Scriptura habet quicquid	Suffragijs populi eligendi	
necessarium ad salutem	episcopi	153
pag.	77	
De Sepultura non ualde cu-	T estamenti noui duo se-	
randum.	gna duntaxat	251
Sepulturae luxus reprehen-	Temploꝝ ornamenta pau-	
ditur	peribus debentur	122
De Sepultura precium non	Testimonijs utriusq; Te-	
exigendum	stamenti acq̄uiscendū.	
Signa noui Testamenti duo	pag.	43
tantum	Theodosij Imp. lex de hæ-	
Signa & uirtutes faciunt	reticis	870
etiam nulli	Timore uel amore non po-	
Signorum operatio hodie	test homo se erigere ad	
	gratiam	

I N D E X.

gratiam capescendam.	V	
pag.	281	V erbum dei concilij
Timore solo sine gratia iu-	subiectū non est	23
stificante deo placere non	Verbo dei nihil addendum	
potest homo	uel detrahendum	37
Toletanū concilium prohi-	Verbum dei dimittit pec-	
buit imagines	catum, sacerdos est iu-	
Toletanum 4. Conciliū non	dex	103
cogit Iudæos ad fidem,	Verbum dei pater familias	
sed prohibet	domi tractare debet.	
Toletanum 13. Concilium	pag.	212
anathematizat prohi-	Veritas à quocunq; dicta	
bentes esum carniū	recipienda	33
pag.	645	Virtutes & uitia cum uita
Traditio humane diuine	finiuntur	378
dispositioni non antepo-	Velle & nolle quomodo di-	
nenda	catur	500
Traditiones humane qua-	Veteri atque nouo Testa-	
tenus seruanda	mento acq̄uiscendum.	
Traditiones Apostolorum	pag.	17
non minus rata quam	Veterū librorum fides ex	
Christi instituta	Hebræis & Græcis ex-	
Ad Traditionem euangeli-	aminanda.	72
ram recurrentum	Vestis indulgentiam largi-	
	rinon	

I N D E X.

ri non potest	393	Voluntas boni hominis gra-	
Viennense concilium de		tia dei agitur	462
linguis legendi: statuit.		Voluntas hominis opus dei	
pag.	70	pag.	462
Virginitas donum dei	688	Voluntas bona à deo	468
Virginitas potest suaderi		Voluntas & opera bona à	
non imperari	221	deo	531
Virginitas concilium non		De Votis monasticis	693
ex precepto	687	Vota autem præsumptuo-	
Vitalianus Pontificis Ro-		sa aut inutilia	604
man. eius nominis pri-		Votum illicitum rescinden-	
mus, cantum ecclesiasti-		dum	693
cum & organa ordina-		Votum quale exigatur des-	
uit.	743	us à Christiano homine.	
Voluntas bona ab ipso ho-		pag.	643
min non est	461	FINIS.	

E R R A T A.

Pag. 11. lib. 10. etum leg. rectum. Pag. 101. lin. 18. lege-
 ceptarum. Pag. 160. lin. 6. le. sacri canones sacerdotum
 Pap. 235. lin. 21. leg. Christiane. Pag. 161. lin. 9. præce-
 pisset Pag. 168. lin. 11. lege in Pontificem electus
 Pag. 174. & lin. 2. leg. literarum. Pag. 286. lin. 6. seni-
 sum. & eadem lin. 7. leg. leuitico.

CONCILIATIO

PATRVM CONCILIORVM=

quæ ueierum cum sacra Scriptura, Per
 Bartholomæum Vuestheme=
 rum reuisa.

SCRIPTURÆ SACRÆ
 MAIESTAS ATQVE AV-
 TORITAS.



Egem Decalogi deus di-
 gito suo inscripsit tabulis
 lapideis.

Ponā uerba mea in ore
 prophetae, loqueturq; ad eos omnia
 quæ precepero illi. Illud ipsum exem-
 plo Leuit. 1. cap. discas. ubi dominus
 inquit: Loquere filijs Israël, & dices
 ad eos &c. Vides quod dominus sen-
 sum et uerba Mosi dederat influenda
 populo?

Sapientia omniū antiquorū exqui-
 ret sapiens, et in prophetis uacabit.
 Christus reuincit diabolū per scri-
 pturas, ut habetur Mat. 4.

Scripturae
 rum digni-
 tas.
 Exodi 32.
 Deut. 18.
 Leuit. 2

Ecci. 39

Matth. 5
 & 24. Magnā autoritatē tribuit Domi-
 nus ueteri Testamēto, quando dixit:
 Prius transire cœlū & terrā, quā iota
 unū, aut apicē ex lege data: Nā & ex
 scripturis sanctis defēdit Christus di-
 scipulos contra phariseos. Quos etiā
 arguit, quod nescirent scripturas, di-
 cens: Erratis, nescientes scripturas.

Ioan. 10
 Non potest solui scriptura.

Act. 8
 Eunuchō reginæ Candacis cura
 erat de scriptura quam legit in curricu

17. Thessalonicenses qui acceperāt ser-
 monem cum omni animi promptitu-
 dine, quotidie scrutabantur scriptu-
 ras, an hæc ita se haberent.

18. Apollo potissimū cōmendatur, quod
 eloquēs erat, & peritus scripturarū.

Ioan. 14
 Sermo quem audistis non est meus,
 sed eius qui misit me patris. De disci-
 pulis quoq; dixit: Nō uos estis qui lo-
 quimini, sed spiritus patris uestri &c.

Matth. 10
 Cōstat itaq; sacrosanctas litteras, di-
 uina esse oracula, à deo ad homines
 profecta, sicut testatur, 2. Petri. 1. Non
 uolun

uolūtate hominis, sed inspiratiōe spi-
 ritus sancti allata est olim prophetia.

Christus cum in hoc mundo uersabatur, nihil sibi
 tribuit, sed omnia patri suo cœlesti adscripsit. Idē tā
 propheta quā Apostoli fecerunt: Nam aliud nō di-
 xerunt ad populum dei, nisi id quod iusti sunt. Idem
 et Christus filius dei fecit, qui in dixit Ioāne. Quod de
 se ipso nihil loquatur. Sic & Apostoli uerba dei,
 id est, sacram scripturam deo adscripserunt: ut patet
 Galatis primo. Paulum apostolum gloriari se non ab
 hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christum
 electū esse ad prædicandū non suum uerbū, sed Chri-
 stum crucifixum. Et ad Ro. 1. cap. dicit se segregatū
 in Eu. angeliū dei, quod antea promiserat per prophe-
 tas. Ex hijs clarum & apertū est sacram scripturā à
 deo deriuasse. Atq; tractari debere uelut munus cœ-
 leste. Audianus nunc & Patres hijs scriptis omnino
 assipulantes.

Augustinus de Ciuitate dei lib. 18.

cap. 4 & lib. 10. cap. 7. & 17.

Dicit Deum per ora prophetarum locutum atq;
 sanctā scripturā ab angelis ministratā, de cœlo descē-
 disse, que omnia diuinis testimonijs possūt cōfirmari.
 Itē ad Honoratum contra Manichæos cap. 5. in lib. de
 utilitate credendi.

4 DE AVTORITATE SCRIP.

Augustinus de Genesi ad li-

teran lib. 2. cap. 1.

Maior est huius Scripturæ autoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas comprehendere potest. Profecto inuiolabilem sacrarum literarum autoritatē confiteri debemus: quoniam cunctorum ingenia hominum etiam sanctissimorum, & doctissimorum superat, & ad se rapit. &c.

Idem de Peccatorum meri-

ritis Lib. 1. cap. 22.

Cedamus & consentiamus autoritati scripturæ sanctæ, quæ nescit falli, nec fallere. Hominum est labi, hallucinari, falli, fallere, decipi & decipere, Paulo dicente ad Coloz. 2. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundū traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundū Christum. Diuinæ autem scripturæ robur nullum eiusmodi defectum admittit, nullum conquirat commodum: tantum ad nostras utilitates capefcendas nos allicit, neminem fallit, nemini blanditur, quod idem Paulus 2. Corint. 1. Non fuit in illo, est, & non: sed est, uel etiam, in illo fuit, idèd per ipsum dicimus amen ad gloriam nostram. De summa laude uerbi uide Origines in Esaiam, Homi. 7. Item De sacrorum librorum au-

toritate

DE SACRA ET HYM. SCRIP. 5

toritate uide latius August. lib. 6. Confess. cap. 5.

SCRIPTURAE SACRAE ET

humane imper autoritas.

Augustinus contra Faustum

Manicheum, lib. 11. cap. 5.

INter hoc enim sumus, quibus idem Apostolus dicit: Et si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelauit. Quod genus literarum non cum credendi necessitate, sed cum iudicandi libertate legendum est. Cui tamen ne intercluderetur locus, & adimeretur posteris ad questiones difficiles tractandas atque uersandas, linguæ ac styli saluberrimus labor, distincta est à posteriorum libris excellentia canonicæ autoritatis ueteris & noui Testamēti, quæ Apostolorum confirmata temporibus per successiones Episcoporum, & propagationes Ecclesiarum, tanquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis & pius intellectus. Ibi si quid uelut absurdum mouerit, non licet dicere: Autor huius libri non tenuit ueritatem: sed aut codex mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum, quæ libris innumerabilibus continetur, sed nullo modo illi sacratissimæ canonicarum scripturarum excellentiæ co-

Scripturæ autoritas.

Distinct. 12 cap. Palam est.

Autoritas ueteris ac noui instrumenti.

Cedendum
autoritati
scripturæ.

Origines
in Esa. Ho
mil. 7.

æquantur, etiam in quibuscunque eorum inuenitur ea dem ueritas, longe tamē est impar. Itaq; in eis, si qua fortē propterea dissonare putantur à uero, quia non ut dicta sunt intelliguntur: tamen liberum ibi habet lector auditorū iudicium, quo uel approbet quod placuerit, uel improbet quod offenderit: & ideo cuncta eiusmodi nisi uel certa ratione, uel ex illa Canonica autoritate defendantur, ut demonstraretur siue omnino ita esse, siue fieri potuisse, quod uel disputatū ibi est, uel narratum: si cui displicuerit, aut credere noluerit, non reprehenditur. In illa uerò Canonica emittentia sacrarū literarum, etiam si unus propheta, seu Apostolus, aut Euangelista aliquid in suis literis posuisse ipsa Canonis cōfirmatione declaratur, nō licet dubitare, quod uerum sit: alioquin nulla erit pagina, qua humane imperitiæ tegatur infirmitas, si librorū saluberrima autoritas, aut contempta penitus aboletur, aut interminata confunditur.

Lege ea quæ Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 13 cap. 5. Et contra Aduersarium legis & Prophet. lib. 2 capite. 4. habet & in his sacræ scripturæ & dignitatem & autoritatem inuenies.

Augustinus de natura & gratia ca. 62
Solis Canonicis scripturis sine ulla recusatione consensum

Iudiciū liberū sit lecto-
ri de scripturis humanis.

sensum debeo, &c. Nunc si solis Canonicis adfentire citrà renisum astringimur, lucebit nobis interim ab alijs literis disfentire: Catholicis autē literis nemo non cedit, nemo nō subscribet, siue fuerit laicus, siue sacerdos, siue rex, siue Imperator, sacris scriptis cedas, atq; ad illius impetum mollescas, oportebit.

Idē ad Orosiū contra Priscillianistas & Origenistas, cap. 11. Quantū enim quisq; sciēdo profecerit, in fra illas literas se inueniet, quas deus tanquam firmamentum supra omnia humana corda constituit &c. Oiscriptura Canonica scripturā.

SCRIPTURAE SACRAE PRIMA
fides, huic credendum ac cedendum.

Christus de Lazaro et diuīte. Habet, inquit Mosen ac prophetas audiāt illos. At ille dixit: Non pater Abraham sed si quis ex mortuis ierit ad eos, respicient, ait autē illi: Si Mosen et prophetas nō audiunt: neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Luca 16

Hi erant summo genere nati inter eos, qui erant Theffalonicae, qui receperunt sermonem cum omni animi promptitudine quotidie scrutantes scripturas an hæc ita se haberent. Act. 17

Euangelista ubiq; scriptis canonicis dant primam fidem, & in hoc adducunt ostenduntq; quod de Christo testimonium ferant, Mat. 24. Ioan. 17. 20.

Chrysofomus de Lazaro.

Concio. 4.

Chrysofomus pulchrè hunc locū Luce 19. suprā adductum tractans, quomodo mortui nō appareāt uiuentibus: nec permittat deus aliquem defunctorū huc reuersum narrare quid illic fiat, ne ille cacodæmon, scilicet, accepta occasiōe, technas suas inuehat, & simplicibus imponat, & ne superstiosulus ansam præbat, à uero dei cultu deflectendo.

Et postea subdit: Docens nos, inquit, ut scripturis potius credendum, quàm cæteris omnibus existimemus. Propterea quod deus resurrectionis negocium multo dilucidius demonstrauit.

Augustinus de doctrina

Christiana.

Opus est miscere pietate, neq; cōtradicere diuinae Scripturae, siue intellectæ, si in aliqua uitia nostra percutit: siue non intellectæ, quasi nos melius sapere meliusq; præcipere possimus: sed cogitare potius & credere id esse melius & uerius quod ibi scriptū est, etiamsi lateat, quàm id quod nos per nosmetipsos sapere possimus.

Chry-

Chrysofomus in cap. Gen. 2.

Homilia 13.

Oro, igitur, ut omnibus illic præclusis auribus aduersim canonem sacrae scripturae sequamur. Et paulo post. Caterum non credere his, quæ in diuina scriptura continentur, sed alia quædam ex propria sententia inferre, opinor plurimum periculi secum uehere his qui talia audent.

Augustinus de doctrina Christiana, lib. 3. cap. 26. & 28.

Augustinus dicit obscura locis apertioribus explicanda, hoc est, scripturam per scripturam exponere tutissimum esse. Per scripturas enim diuinas multo tutius ambulatur: quas uerbis translatis occupatas cum scrutari uolumus: ut aut hoc inde exeat quod nō habeat cōtrouersiam: si aut habeat ex eadem scriptura, ubicunque inuenitis atq; adhibitis eius testibus terminetur. Item 26. cap. eundem locum uarie intelligi nihil prohibet.

Chrysofomus in cap. Gen. 2.

Homilia 13.

Dicit quod sacra scriptura seipsam exponat, & auditorem errare non sinat. Idem in cap. Gen. 5. Homilia 21. Discat inquit, non conuenire humanis menti

a 5 bus

seducit, sed bus curiosius ea quæ a deo fiunt explorare, sed crede seipsam ex re his quæ dicuntur. Nam quando deus aliquid pronunciat, dictis ipsius contradicendum non est, sed digniora habenda sunt, quæ a deo pronunciantur etiam si oculis nostris non uidentur.

Augustinus de Genesi ad li

teram lib. 6. cap. 9.

Præter scri In profundo scripturæ sensu magis præstemus di-
pturâ nõ te gentiam requirendi, quàm affirmandi temeritatem.
mere affir- Item, Distinct. 20. cap. De quibus causis.
mandum.

Innocentius Papa.

De quibus causis nulla soluendi ligandiq; autori-
tas in libris ueteris & noui Testamenti, & quatuor
ca. De qui- Euangeliorum cum totis scriptis Apostolorum non
bus causis. appareat: ad diuina recurrite scripta Græca, si nec in
illis, ad catholica ecclesiæ historias catholicas à docto-
ribus catholicis scriptas manû mittite, & c. Vide pri-
mas tribuit Bibliis libris.

August. lib. 12. cap. 10. Confess.

O ueritas lumen cordis, nõ tenebræ meæ loquatur
mibi. Deflexi ad ista & obscuratus sum, sed hinc etiã
hinc adamaui te, & c. Tu mibi alloquere, tu mibi ser-
mocinare. Credidi libris tuis, & uerba eorum arcana
ualde, & c. Idem ad Hiero. in epistola. 19. Ego enim
fateor & c.

SCRI

SCRIPTURA CANONI- ca nulli cedit.

Augustinus de Baptismo

contra Donatistas lib. 2. cap. 2.

Q Vis autem nesciat sanctam scripturam Ca-
nonicam, tan ueteris quàm noui Testamenti Sacra seri-
certis suis terminis contineri, eamq; omnibus postero ptura, ue-
bus Episcoporum literis ita præponi, ut de illa omni- tus atq; no
no dubitare et disceptari non possit, utrum uerum uel uum Testa
utrũ ectum sit, quicquid in ea scriptũ esse constiterit. menti est.
Episcoporum autem literas & c.

Idem de unitate Ecclesiæ

lib. 1. cap. 19.

Ecce ecclesia tot manifestissimis sanctarum scripturam Scripturis
rarum testimonijs commendata & expressa, prædi- agendũ mã
cta & demonstrata, sicut audiuimus, ita & uidimus nifestis.
Cur detractas sic suscipi quomodo illa suscipit, cui te
stimoniũ perhibet qui mentiri non potest? Docet scri-
pturas Canonicas aperte dixisse baptizandum esse in
ecclesia catholica, qui apud hereticos in nomine pa-
tris & c. fuerit baptizatus. Quod si hoc docere non
potes, illud doce huic communioni tuæ, id est, parti
Donati, ubi hoc didicisti, apertum aliquod & mani-
festum testimonium a scripturis Canonicis prohiberi
& fate=

Et fateor ad te esse transeundum, & c. Nō inuenis in scripturis Canonice quod à te iustissime exigimus.

Augustinus contra Faustum

Manichæum lib. 22. cap. 17.

De expoliatis Aegyptijs.

Adatis di
tinis ceden
di obtem=
perado nō
resistendum
disputado.

Carnalis itaq; adhuc ille populus erat, & rerum terrenarum cupiditate occupatus. Aegyptij uerò sacrelegi utentes ad creatoris iniuriam suis idolis seruebāt, & homines peregrinos labore gratuito iniuste ac inclementer afflixerunt. Digni erāt & isti qui bus talia iuberentur, & illi qui talia paterētur, & c.

Sequitur. Deus per famulū suum Moysen inotescere uoluit, quando mandauit et diceret: fieri autem potest, ut sint aliæ occultissime causæ, cur hoc illi populo diuinitus dictū sit: sed diuinis imperijs cedendū obtemperando, non resistendum est disputando. Apostolus dixit: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit?

Origines in Ezechielem

Homil. 7.

Nullū imi=
temur præ
ter Christū

Nullum imitemur, etsi uolumus imitari quempiā, propositus est nobis ad imitandū Christus Iesus. De scripti sunt actus Apostolorum & Prophetarū gesta de sacris uoluminibus agnoscimus, illud exemplar firmum

firmū est, illud propositum solidum, quod qui sequi cupit, securus ingreditur. Item, Chrysostomus in opere imperfecto in Mat. Homil. 49. ex cap. 24.

Augustinus de Baptismo contra

Donatistas lib. 2. cap. 2.

Acta concilij Carthaginen. in quo Episcopi plurimi ex prouincia Africa, Numidia, Mauritania, cū presbyteris & diaconis, etiam præsentē plebis maxima parte, & lectæ essent literæ Iubaiani ad Cyprianū factæ: item Cyprianam ad Iubaianum rescriptæ de hereticis baptizadis, & c. Superest, inquit Augustinus, ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus, proferamus: neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquæ si diuersum senserit amouentes. Neq; enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum conslituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatē collegas suos adigit. Quid māsuētius? quid humilius? Nulla nos certē deterret autoritas à querendo quid uerum sit. Quādo habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquā iudicari ab alio non possit, quomodo nec ipse potest alterum iudicare: sed expectemus uniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi, qui unus est solus habens potestatem, & proponēdi nos in ecclesiæ suæ

Ex cōmunē
candus non
esset quis dē
uersum sent
ferit.

guber=

¶ 4. SCRIPTURA NVLLI CEDIT

gubernatione, & de actu nostro, iudicandi.

Et paulo post. Certè nobis obijcere soletis Cypriani literas, Cypriani sententiam, Cypriani concilium Cur autoritatē Cypriani pro uestro schismate assumitis, et eius exemplū pro ecclesia pace respuitis? Quis

Episcopo = autem sanctam scripturam Canonicam, tam ueteris
rum literæ quàm noui Testamenti, &c. Vide suprā in principio
& Concilio istius tituli. Sequitur: Episcoporum autem literas quæ
rum pro = post confirmatum Canonem uel scriptæ sunt, uel scri
uincialium buntur, & per sermonem fortè sapientiosem cuiusli
cedunt ma bet in eare peritioris, & per aliorum Episcoporum
ioribus cō = grauiorem autoritatem, doctorumq; prudentiam, &
cilijs scri = per Cōcilia licere reprehendi, si quid in eis fortè à ue
ptura sa = ritate deuiatum est. Et ipsa Concilia quæ per singulas
crā nulli ce regiones uel prouincias fiunt plenariorum Cōciliorū
dit. autoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe Christiano, si =

ne ullis ambagibus cedere, ipsaq; plenaria sæpe prio =
ra posterioribus emendari, cum aliquo experimento
rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur
quod latebat sine ullo typo sacrilegæ superbiæ, sine ul
la inflata ceruice arrogantiæ, sine ulla cōteniōe liuidæ
inuidiæ cū sancta humilitate, cum pace catholica Chri
stiana. Concilia plenaria, hoc est, generalia uel uni
uersalia, alia particularia dicuntur.

Item

SCRIPT. CONCILIIIS PRAEF. 15

Item Concilium Carthaginense Sextum mandat ne
Concilia præcedentibus episcopis uel Concilijs præ =
ponantur. Anno CCCC. LVII. celebratum tempo
ribus Honorij & Theodosij.

SCRIPTURA CANONICA

omnibus Concilijs ac Episco =
pis præfertur.

IN præceptis patrum uestrorum, in Ezech. 29.
quit Ezechiel, nolite incedere, & iu
dicia eorum nolite custodire, tan
tum in præceptis meis ambulate, &
iudicia mea custodite, & facite ea,

Omnia probate, quod bonum est 2. Ioan. 4.
1. Thes. 5.
tenete.

Prophetæ duo aut tres loquantur,
& cæteri dñjudicent.

Qui indiget sapiētia, postulet à deo Iacobi 1.
in fide nihil hæsitans, qui dat omni =
bus affluentem, & non improperat,
ac dabitur ei.

Nolite, inquit Psaltes, confidere in Psal. 149.
principibus, in filijs hominum, in
quibus, non est salus &c.

Solo

Psal. 32.

Solo enim uerbo domini cœli firmati sunt, et spiritu oris eius.

Augustinus in epistola 48.

ad Vincentium Donatistam.

Noli ergo frater cōtra diuina, tam multa tam clara, tam indubitata testimonia colligere uelle calumnias ex Episcoporum scriptis, siue nostrorum, siue Hilarij, siue antequā pars Donati separaretur, ipsius unitatis, sicut Cypriani & Agrippini. Primo, quia hoc genus literarum ab autoritate Canonis distinguitur. Non enim sic leguntur, tanquā ita ex eis testimoniū proferatur, ut contrā sentire non liceat, si fortē aliter sapuerint quā ueritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: Et si quid aliter sapitis, id quoque deus uobis reuelant. Verū tamē in id quod peruenimus, in eo ambulemus, in illa uia scilicet quæ est Christus, de qua uia ita Psalmus loquitur: Deus miseretur nostri, & c. Deinde si sancti Cypriani episcopi, & gloriosi martyris delectat autoritas, quam quidem sicut dixi, à canonica autoritate distinguimus: cur te in eo nō delectat, quod unitatem orbis terræ atque omnium gentium, & diligendo tenuit, & disputando defendit.

Augustinus

Augustinus de nuptijs & concupiscentia, ad Valerium lib. 2. cap. 29.

Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus, qui in catholica Ecclesia floruerunt: quomodo hæc non in alios se uisus conati sunt uertere: quoniam stabiles erant in antiquissima & robustissima fide, non autem nouitio mouebantur errore. Quos si colligere, & eorum testimonijs uti uelim, nimis longū erit, & de canonicis autoritatibus, à quibus non debemus auerti, minus fortasse uidebitur præsumpsisse quā debui.

Ambrosius de Virginibus. lib. 4.

Nos noua omnia quæ Christus nō docuit iure dānamus: quia fidelibus uia Christus est. Si igitur Christus nō docuit quod docemus, etiā nos id detestabile iudicamus.

Idem de Virginibus. lib. 1.

De uirginibus inquit Paulus præceptum non habeo, consilium autem do. Si Doctor gentium nō habuit habere quis potuit? Et præceptum quidem nō habuit sed habuit exemplum. Non enim imperari potest uirginitas sed optari. Nam quæ supra nos sunt, magis in uoto sunt quā in magisterio.

Item super epistolam primā ad Corinth. c. 4. Quicquid nō ab Apostolis traditū est, sceleribus plenu est.

b

Idem

Scriptura
canonica
omnib. ho=
minum scri=
ptis præp=
nitur.

Idem cap. 7. eiusdem Epistolæ. Non debet quis cōstringi, ne à licito prohibitus illicita admitat.

Chrysoftomus in opere im
perfecto in Mattheum cap. 23.

Ve uobis scribæ & pharisei & c. Sic et modo heretici sacerdotes claudunt ianuam ueritatis: sciunt enim quoniam si manifesta fuerit ueritas, ecclesia non esset eorum, & ipsi de sacerdotali dignitate ad humilitatem ueniret populare. Quid ergo? ignoras populus excusabilis erit? Absit. Si enim uestimenta empturus, gyras unum negociatorem & alterum, & ubi meliores uestes inuenieris, & pretio uilliori, illic comparas. Et ideo oportet populum circumire omnes doctores, & inquirere ubi syncer a ueritas uenundatur, & ubi corrupta: Nam omnium confessiones cognoscere et meliorem eligere non uetitum est. Dicit enim Apostolus. Omnia probate, quod bonum est tenete & c.

Cyrillus ad Reginas de
recta fide.

Necessarium nobis est, diuinas sequi literas, & in nullo ab earum prescripto discedere.

Hieronymus in epistola ad Minerium
& Alexandrum. Tomo 4.

Nec enim tanta est meae pusillitatis autoritas, qui nihil sum, & inuidorum tantum moribus pateo, quanta eorum

ta eorum qui nos in domino præcesserunt. Nec iuxta Pythagoræ discipulos præiudicata doctoris opinio, sed doctrine ratio ponderanda est. Si quis autem contra rixæ factionis innummurat, quare eorum explanatio =
nes legam quorum dogmatibus non acquiesco. Sciat me illud Apostoli libenter audire: Omnia probate, quod bonum est tenete. Et Saluatoris uerba dicentis: Estote probati numularij, ut si quis numus adulter est, & figuram Cæsaris non habet, nec signatus est moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro præfert lumine, in cordis nostri marsupium recondatur. Etenim si dialecticam scire uoluero, aut philosophorum dogmata, & ut ad nostra redeam, scientiam scripturarum, nequaquam simplices ecclesie uiros interrogare debeo, quorum alia gratia est, & unusquisque in suo sensu abundat, præsertim cum in domo magna patrisfamilie, uasorum diuersitas multa dicatur, sed eos qui artem didicere ab arte in adolescentia, & in extrema etate profiteor & Origenem & Eusebium Cæsariensem uiros esse doctissimos, sed errasse in dogmatum ueritate. Quod e contrario de Theodoro, Acario, Apollinario possumus dicere, & tamen omnes in explanationibus scripturarum, sudoris sui

Omnia probate.

Artem discere ab arte tifice debemus.

Doctores omnes lege re possumus.

nobis memoriam reliquerunt. In terra aurum queritur, & fluuiorum alueis splendens profertur gloria. Pactolus ditior est cæno quàm fluento. Cur me lace- rant amici mei, aduersum silentem crasse sues grun- unt. Quarum omne studium est, imò scientiæ superci- lium, aliena carpere, & sic ueterum defendere perfidi- am, ut perdant fidem suam. Meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Ecclesiæ Catholicæ non recedere.

Hieronymus in præfatione

super Esaiam: Tomo quarto.

Legant prius & postea despiciant, ne uideantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare.

Augustinus libro 3, contra

Donatistas 4.

Non facile, inquit Augustinus, pro uno uel pro pau- cis, aduersus innumerabiles eiusdem religionis & uni- tatis uiros, & magno ingento, & uberi doctrina præ- ditos, nisi pertractatis uiribus, & perspectis rebus, ferenda est sententia. Quia uniuersum partibus, sem- per iure optimo præponitur. Item, Diuus Hierony- mus dicit quod maior sit autoritas orbis, quàm urbis.

Hierony-
mus in

Hieron. in epistola ad Euagrium.

Ex

Ex quibus liquet Papam non esse supra Conciliū epist. ad E- & delirare plerunq; & turpiter errare posse. Nam uagrium. Pontifices propter hæresim & loco & dignitate pa- putuq; depulsos fuisse, constat: ergo fallere, falliq; pos- Concilium sunt. Nam Pontificatus hominem non angelum, neque potest erra- immortalē deum efficit, neq; supra cæterorum mor re & Papa- talium conditionem subleuat. Deniq; Concilium auto- ritate & ratione Romano episcopo haud paulo su- perius atq; maius esse, ut patet ex uerbis Augustini su- pra citatis. Non facile etc. Item August. de Baptismo contra Donatistas lib. 2. ca. 2. Quis autem nesciat etc. Vide supra in Titulo, Scriptura nemini cedit.

Gerfon.

Dicto doctoris autoritate Canonica munito, plus quàm declarationi Papæ credendum est. Et alibi sic. In sacris literis excellenter erudito, atq; autoritatem catholicam profrenti plus est credendum, quàm ge- nerali Cõcilio. Neq; superuacue diuum Augustinum August. li. dixisse arbitror, fieri ex causa, ut doctissimi nonnun- 2. cõtra Do- quam cadant & hallucinentur, & ideò doctioribus, natist. cap. 5 plerunq; minus aliquid reuelari. Adde quod Innocen- Innocen- tius ait, nullam probationem aduersus scripturam ad Papa- mitti debere, sed omnia citra dubitationem tenenda fo- re. In C. Cum uenerabilis de except. Item August. de

b 3 Ciuit.

Aug. lib. 2. Ci. Dei lib. 3. & 9. de Baptif. contra Donatift. Et lib. 3. cap. 4. & 18. ca. 4. 10. De Concilijs particularibus, hoc est, que fiunt & celebrantur per prouincias & regiones. Diffinit Augustinus quod Concilia prouincialia cedunt plenarijs & per generalia emendantur, ut supra ostensum est. De plenarijs, hoc est, generalibus hoc statuit, qd' priora Concilia posterioribus corriguntur, cuius hec sunt uerba. Ipsa plenaria sepe priora posterioribus emendantur, ut supra uidimus. Nam & Concilia posteriora prioribus apud posteros preponuntur. Eodem libro Aug. 1. cap. 9. contra Donatift. Hinc patet Concilium plenarium aberrare posse, & quod non omnia spiritu sanctus fuerit elocutus, & quod consulto patitur deus, ut Aug. contra Donatift. lib. 2. cap. 5. interdum deuiare plenarium Concilium, aliàs priora posterioribus Concilijs nõ sanarentur. Sequitur ex Aug. 1. cap. 9. similiter, quod Concilium est supra singulos Episcopos, & Principes, supraq; Romanum Pont. et Imperatorem, aliàs falsum scripsisset Augustinus.

Aug. 1. cap. 5. Hieronymus in Hierem. cap. 9. Non patrũ sed scriptu à patribus suis. Baal idolum Sidoniorum est, & numeri sua

ri singularis. Baalim pluralis numeri. Ergo nec parè re auctoritatum, nec maiorum error sequendus est, sed auctoritas scripturarum, & Dei docentis imperium.

VERBUM DEI GENERALIBUS

Concilijs subiectum non est.

Væ filij desertores, dicit Dominus, Es. 4. 34. ut faceretis conciliũ, et nõ ex me, ut or diremini telam, & non per spiritũ meum, et os meum non interrogastis.

Ostendit scriptura, quod nõ sit Concilium, & quid ei deferendum sit. Concilia quæ os domini interrogant, uerbum domini ex ore suo proferunt. Spiritus enim ex uerbo, & pronunti ante procedit.

Verum, inquit, si nos aut angelus Galat. 1. è cœlo prædicauerit uobis Euangelium præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit &c.

Apostolus Timotheo scribēs, sacrã 2. Timot. 2. scripturã quã acceperat hypotyposin appellat, unde petendum sit cuiusq;

24. VERBUM DEI CONCILIIS

rei maxime diuinæ, iudicium.

2. Ioan. 2

Si quis, inquit, uenit ad uos, & hæc doctrinam non adfert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei, aue, communicat operibus eius malis.

Ecce Ioannes uetat, ne quorumcunq; doctrinis au res accommodemus, neq; in domum nostram admittendus, qui extra uerbum dei aliquid adferat.

Roma. 15

Nō audeo aliquid facere, quod per me non effecerit Christus.

Matth. 3

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacitum est, ipsum audite, uolens nimirum ut omnia consulta uno Christo metiamur.

Vbi nunc est autoritas Cōciliorum, quæ pro lege diuina obseruanda præcipit, quicquid statuit, cum à uerbi dei testimonio digreditur.

Ioan. 5

Non possum aliquid facere, quod non uideo patrem facientem.

Si quod decernit Concilium uerbo domini non aduersum, sed declarat cōsonum, profecto id facit quod uidet patrem facientem. Pater enim uerbum suum incarnatum (quod literis Canonicis descriptum habe-

mus,

SUBIECTVM NON EST. 25

mus, sicut dicit: Scrutamini scripturas, & ille testimonium perhibent de me) audiendum præcepit, ut supra ostensum est.

Nolite, inquit, confidere in principibus in filiis hominum, in quibus nō est salus.

Psal. 145.

Augustinus super Ioannem

Tractatu 49.

Electa sunt, inquit, quæ scriberentur, quæ salutem credentium sufficere uidebantur, tantū abest, ut nonnulla sint futura Cōciliorum reseruata, quæ literis canonicis non deprehendantur.

Hieronymus ad Galat. cap. 5

Et nullus sine uerbo dei est audiendus, secundum Hieronymum, ubi dicit: nulli sine uerbo dei credendū esse. Spiritus sancti doctrina est, quæ canonicis libris est prodita. Cōtra quam si quid statuunt Concilia, ne

Chrysost.

phas duco. Nā nulla doctrina admittatur nisi sit sana in Homil. ut Chrysost. in Homilia de profectu Euangelij in dictum Apostoli: Siue occasione, siue ueritate &c. Con

de profectu

Euangelij.

cilium nihil habet statuere contra uerbum domini. Error enim est, quicquid contra scripturam decernitur. Nam nugis hominum non attendendum, sed doctrina spiritus sancti.

b s

Cyrillus

Cyrillus in Euang. Ioan. 1

lib. 1. cap. 4.

Nugis ho- Paulus ait cognitionis ac sapientie thesauros in
minum non filio esse absconditos, credere oportet, non ab alio ip
attédendi. sum discere: sed quum in patre sit, omnia patris, tan
quam perfecta eius sapientia naturaliter scire, ideo
non nugis hominum, sed spiritus sancti doctrinae at=
tendere oportet.

Cyprianus ad Pompeianum con/
tra epistolam Stephani.

Ad traditi Quod nunc facere oportet, dei sacerdotes præce
onē euange pta diuina seruantes, ut in aliquo sinutauerit, & ua
licā recur= cillauerit ueritas, ad originem dominicam & euan=
gendum. gelicam, & apostolicam traditionem reuertamur, et
inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo & ori
go surrexit.

Ibidem.

Fit autem studio presumptionis & contumaciae,
ut quis magis sua praua & falsa defendit, quam ad
alterius facta & uerba consentiat &c. Cui rei pro=
spiciens beatus Paulus ad Timothæum scribit, & mo=
net Episcopum non litigiosum, sed mitem & docibi
lem esse debere. Docibilis autem ille est, qui est ad
discendi patientiam lenis & mitis. Oportet enim Epi
scopum

Docibilis
quis.

scopum non tantum docere, sed & discere, quia &
ille melius docet, qui quotidie crescit & proficit di=
scendo meliora.

Panormitanus in Cap. Signi-
casti, de Elect.

Plus credendum uel simplici layco, scripturam Layco pro
producenti, quam toti simul Concilio. Eiusdem sen= ducēi scri
tentia est & Gerson. In sacris literis inquit excellen pturā cre=
ter erudito, atq; auctoritatem catholicam proferenti dendum.
plus est credendum, quam generali Concilio. Patet
quod quilibet in Theologia peritus potest de decretis
Pontificum iudicare. Sic enim Augustinus scribit de
de Baptismo contra Donatistas lib. 2. ca. 3. Episcopo August. de
porum autem literas, quæ post confirmatum Cano= Baptif. con
nem uel scriptæ sunt, uel scribuntur, et per sermonē tra Donatī
forte sapientiorū cuiuslibet in ea re peritioris &c. stas lib. 2

Orationē Augustinus non ad paucos uel Episco= cap. 3
pos, uel doctores complicuit, sed de uno quolibet lo=
quitur, licere ei per sermonem sapientiore, id est,
per Canonicam scripturā, errata Episcoporum om=
nium, id est, generalis Concilij refutare, cum dicit: Idem 3 lib.
Cuiuslibet in ea re peritioris, cui quidem sententiæ de Baptif.
ea quæ libro 3. de Baptismo contra Donatistas edita cōtra Do=
uidemus, astipulantur, quanq̄ primo aspectu contra natistas.
dicere uideantur. Neg;

Neque Christus illud occultare uoluit Matthæi undecimo, qui Reuelauit ea paruulis, & abscondit à sapientibus.

Galat. 1 Sic Paulus Petro resistere non formidauit: neq; dubitauit August. decernere esse falsissimū, quicquid scripturæ sanctæ resistit: ut in antecedenti Titulo de claratum est.

Faceffat uox illa, Papam esse supra Concilium: nam Papa nō est illa clauis Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Fundamentum Christus Iesus est, & nemo potest aliud ponere, præter id quod positum est: Ego dicit dominus dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri.

Actorum cap. 17. Apostoli concludebant ex scriptura Amos: Post hæc reuertar & reædificabo, etc. gentes nō debere ex legis necessitate circūcidī: quare hoc Concilium non sine uerbo dei celebrabatur. Cum autem de abstinendo à suffocato & sanguine Concilium coëgissent, suadebant, non adiecta hæreseos infamia, quod nostri faciunt Episcopi, ab his abstinere. Aliud certè definire non poterant, quum saluator antea dixisset: Nō inquinare hominem quod per os intraret. Quod hæresi non infamabantur, qui à suffocato

cato & sanguine nō temperabāt: exinde liquet, quod & nos hodie ab eisdem non abstinemus: Verbum domini manet in æternum, fraterna tātum charitas, hoc apostolicum exigit institutum, non legis exactio. Ita 1. Cor. 7. Apostolus, de uirginibus, inquit, præceptum domini non habeo, consilium autē do. In alijs autem cōfidēter locutus, euangelium tradit quod non ab homine accepisset. In summa, Deus autoritate scripturarū inuestigandus non in autoritate Conciliorum: Id quod testatur etiam Augustinus.

Augustinus de moribus Ecclesie catholice lib. 1. cap. 17

Sed quomodo sequimur quem non uidemus? Aut quomodo uidemus, qui non solum homines, sed etiam insipientes homines sumus? &c. Confugiendum est igitur ad eorū præcepta quos sapientes fuisse probabile est. Hactenus potuit ratio perducī, uersabatur namq; non ueritate certior, sed consuetudine securior, in rebus humanis. At ubi ad diuina peruenitū est, auertit sese, intueri nō potest, palpitat, aestuat, inhiat amore, reuerberatur luce ueritatis, & ad familiaritatem tenebrarum suarum, non electione, sed fatigatione conuertitur, &c. Ergo refugere in tenebras cupientibus, per dispensationem ineffabilis sapientie,

piencie, nobis illa opacitas autoritatis occurrat, & mirabilibus rerum, uocibusq; librorum ueluti signis tēperarijs ueritatis, umbrisq; blandiatur. Quid pro salute nostra amplius?

Isychius in Leuiticum lib. 5

Capite 16.

Nihil amplius queramus nos qui aliquid de deo scrutari uolumus, sed quantum nobis euangelicus sermo tradit, quāta ex dominica carne percipimus. Nihil querendum de Christo nisi quod euangelium nobis permittit.

Augustinus

Ostendit quæ sit uia recta ad ueram religionem sequere uia, inquit, catholicæ disciplinæ, quæ ab ipso Christo per Apostolos ad nos usq; manauit, & ab hinc ad posteros manatura est.

Panormitanus de Elect.

cap. Significasti.

Cōcilium potest errare sicut alijs errauit in matris monio contrahendo inter raptorem & raptam, & dictum Hieronymi melius sentientis postea fuit prælatum cum statuto Concilij, ut probatur 36. Quæ est. 2 Nam inconcernentibus fidem etiam unius priuati esset præferendum dicto Papa, si ille monetur meliori bus

bus autoritatibus noui & ueteris Testamenti, quāta Papa. Nec obsit si dicatur quod Concilium nō potest errare, quia Christus orauit pro Ecclesia sua, ut non deficeret, ut in Canone. Maiores in principio de Baptismo. Quia dico quod licet Concilium generale representet totam ecclesiam uniuersalem, tamen in ueritate non est uerè ibi uniuersalis ecclesia sed representatiue: quia uniuersalis ecclesia constituitur ex collectione omnium fidelium: Vnde omnes fideles orbis constituunt illam ecclesiam uniuersalem, cuius caput & sponsus est Christus. Papa autem est uicarius Christi, & non uerum caput ecclesie: ut notatur Glo. in Clem. ne Romani de electi. quæ dicit, quod mortuo Papa, ecclesia nō est sine capite. Et ista est illa ecclesia, quæ errare non potest. Hoc de Consecrat. Dis. 1. cap. Ecclesia: Vnde possibile est quod uera fides Christi remaneret in uno solo, ita quod uerū est tūc dicere quod fides non defecit in ecclesia, sicut uniuersitatis potest residere in uno solo alijs peccātibz ut notatur in C. Gratium, &c. Hoc patuit post passionem Christi. Nam fides remansit dumtaxat in beata uirgine, quia omnes alijs scandalizati sunt, & tamen Christus ante passionem orauerat pro Petro ut non deficeret fides sua.

Urbanus

Urbanus Papa

25. *Questio. 1.*

Affirmat Urbanus Papa, Romanum Pont. habere condere nouas leges, sed ubi aperte, inquit, dominus uel eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt: ibi non nouam legem Romanus Pont. dare, sed potius quod praedicatum est usque ad animam & sanguinem confirmare debet: si enim quod docuerunt Apostoli & prophetae destruere, quod absit, niteretur, non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Sed hoc procul abest, qui semper domini ecclesiam contra luporum infidias optime custodierunt. Vide Panormitanum de Elect. C. Significasti. Ille dicit quoque, quod Papa non possit aliquid disponere contra Euangelium.

Augustinus contra Maximum

Arrianorum Episcopum

lib. 3. cap. 14.

Quid est enim Homousion, nisi unius ei usdemque substantiae? Quid est inquam homousion, nisi: Ego & pater unum sumus? Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminense tanquam praedicatoris proferre concilium: Nec ego huius autoritate, nec tu illius detineris: scripturarum autoritatibus non quorundam

rumque proprijs, sed utrisque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione, utriusque legimus. Ut sumus in uero filio eius Iesu Christo. Item est uerus deus & uita aeterna, utriusque tanti ponderis molibus cedamus.

Augustinus.

Question. super Exodum lib. 2. *Quest. 67. & 68.* affert, quomodo Moyses Iethro socero suo obtinere perauerit. In quo, inquit Augustinus scriptura nos admonet ut si per quemlibet hominem detur consilium ueritatis, non debere contemni.

Hieronimus in Psalmum 86.

Fundamenta eius in montibus sanctis. Super hunc uersum dicit diuus Hieronimus. Scripturam omnibus esse datam, ut omnes populi intellegant, quod Apostoli uniuerso populo scripserint, &c.

Tertullianus in libello de praescriptione Hereticorum.

Nobis, inquit, nihil licet ex nostro arbitrio indulgere, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos domini habemus autores, qui nec ipsi quicquam de suo arbitrio quod inducerent elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus adsignarunt. Itaque etiam si angelus de caelo

Veritas à
quocumque dicitur
ita recipienda.

Absque scriptura nihil
statuendum.

c

aliter

34 VERBUM DEI CONCILIIIS

Apostoli aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. **La**
nihil ex se tius uide Cyprianum in Sermon. de lapsis in sequenti fo
elegerunt. lio & titulo. Quod etiam Conciliū nihil habeat absq;
 scriptura statuere.

Cyrrillus in Leuit. lib. 6
 in fine.

Pōtīfex ea Opus Moſis erat, ut à deo aliquid diſceret, aut ipſe
doceat quæ populū doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, ut à
diuinitus di deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius ru
dicerit. minando, aut populū doceat: ſed illa doceat, quæ ipſe
 à deo didicerit, nō ex proprio corde, uel ex humano
 ſed quæ ſpiritus. Eiuſdē ſententiæ eſt & diuus Hiero
 nymus. Diſt. 36. can. Si quis.

Nicolaus Papa Diſtinct. 96.
 can. Vbinam.

Cōcilium per Vbinam legiſtis Imperatores antecēſſores ueſtros
tinet ad oēs Synodalibus conuentibus inter fuiſſe, niſi forte in qui
chriſtianos buſdam ubi de fide tractatum eſt: quæ uniuersalis
 eſt, quæ omnium communis, quæ non ſolum ad cle
 ricos, uerum etiam ad laicos, & ad omnes omnino
 pertinet Chriſtianos.

Cyprianus ad Cæcilium
 lib. 2. Epistoła. 3.

Si feceritis quod mando uobis iam non dicam uos
 ſeruos

SUBIECTVM NON EST. 35

Seruos sed amicos. Et quod Christus debeat ſolus
 audiri, pater etiam de celo conteſtatur, dicens: Hic
 eſt filius meus dilectus in quo bene conſenſi, ipſum
 audite. **Quare** ſi ſolus Chriſtus audiendus eſt, non ſolus Chri
 debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum ſtus audien
 putauerit, ſed quid prior Chriſtus qui ante om
 nes eſt, fecerit. Neq; enim hominis conſuetudinem
 ſequi oportet, ſed dei ueritatem, cum per Eſaiam
 prophetam deus loquatur & dicit: Sine cauſa au
 tem colunt me mandata & doctrinas hominum do
 centes. Et iterum in euangelio: Reijcitis manda
 tum dei, ut traditionem ueſtrā ſtatuatis. Et ideò fra
 ter chariſſime, ſi quis de antecēſſoribus noſtris,
 uel ignoranter, uel ſimpliciter non hoc obſerua
 uit & tenuit, quod nos dominus facere exemplo Error mul
 & magiſterio ſuo docuit, poteſt ſimplicitati eius torū nō ex
 de indulgentia domini uenia concedi. Nobis uerō cuſat.
 non poterit ignoſci, qui nunc à domino admoniti
 & inſtructi ſumus. De hoc quoq; ad collegas no
 ſtros literas dirigimus, ut ubique lex euangeli
 ca & traditio dominica ſeruetur, & ab eo quod
 Chriſtus docuit & fecit non recedatur. **Quæ** ultra
 iam contemnere, & in errore priſtino perſeuerare,
 c 2 quid

In uerbo
dñi perma
nere debe
mus.

quid aliud est quam incurrere in obiurgationē domi
ni increpātis in Psalmo & dicentis : Ad quid expo
nis iustificationes meas, & assumis testamētum meū
per os tuum ? Tu autem odisti disciplinam, & abie
cisti sermones meos retro . Si uidebas furem curre
bas cum eo, & inter mœchos particulam tuam po
nere debe
bas . Exponere enim iustificationes & testamentum
domini, & hoc non idem facere quod fecit dominus,
quid aliud est, quam sermones eius abijcere, & disci
plinam domini contemnere ? nec terrena, sed spirt
tualia furtiua & adulteria committere, dum quis de
Euangelica ueritate furatur domini nostri uerba &
facta, & corrumpit atq; adulterat præcepta diuini
na . Nam si sacerdotes Dei & Christi sumus, non in
uenio quem magis sequi, quam Deum & Christum
debeamus, cum ipse in Euangelio maxime dicat : Ego
sum lumen mundi, qui me secutus fuerit, non ambula
bit in tenebris, sed habebit lumen uitæ . Ne ergo in te
nebris ambulemus, Christum sequi & præcepta eius
obseruare debemus : quia & ipse in alio loco mittens
Apostolos dixit : Data est mihi omnis potestas in celo
& in terra . Ite ergo & docete omnes gentes, tingētes
eos in nomine patris & filij & spiritus sancti . Doce
te eos obseruare oīa quæcūq; præcepi uobis . Quare
si in

si in lumine Christi ambulare uolumus, à præceptis
eius & monitis nō recedamus, agētes gratias, q; dum
instruit in futurū, quid facere debeamus, de præterito
ignoscit quod simpliciter errauimus . Et quia iā secū
dus aduentus nobis appropinquat, magis ac magis
benigna eius ac larga dignatio corda nostra luce ueri
tatis illuminat, ut cū in claritate sua & maiestate cœ
lesti uenire cœperit, inueniat nos tenere quod monuit
obseruare quod docuit, facere quod fecit .

Lux euāge
lia quotidie
magis ape
ritur.

VERBO DEI NIHIL AD
dendum uel detrahendum.

Non addetis ad uerbū quod lo
quor, nec auferetis ex eo. Deut. 4.

Non declinabitis neq; ad sinistra :
neq; ad dextram, sed per uiam quam
præcepit dñs deus uester ambulatis. 5.

Quodcūq; dixerint qui præsumt lo
co quem elegerit dominus, & docue
rint te iuxta legem eius facies, seque
risq; sententiam eorū, nec declinabi
tis ad dexteram neq; ad sinistram. 17.

Quod præcipio tibi, hoc tantū faci
to, nec addes quicquam, nec minuas. 12.

6 3 Interro

Hiere. 6 Interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona. & ambulate in uia.

Cal. 3 Hominis testamentum, si tamen sit pbatum, nemo reijcit, aut addit illi ali quid. Quare magis testimonijs & testamento dei altissimi nihil est addendum, uel detrahendum.

Eccî. 3 Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita.

Prouer. 30 Omnis sermo dei ignitus clypeus est, omnibus sperantibus in se.

Rom. 15 Paulus non audens quicquam eorum proloqui, quæ per se non efficit Christus, Io. 10. Alienū non sequuntur: (nēpe oues Christi proprie) sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum.

Origenes prima super Hieremiam Homilia.

Neesse nobis est, inquit, scripturas sanctas in testimonium uocare. Sensus quippe nostri, & enarrationes, sine his testibus non habent fidem.

Cypria-

Cyprianus in sermone
de lapsis.

Et quomodo, inquit, audent quicquam statuere si Cōciliū nisi ne Christo, quorum & spes, & fides, & uirtus, & habet gloria omnis est in Christo? Idem de libris ueteris et tuere absq; noui Testamēti. Hæc literæ sacræ, inquit, hi libri in te scriptura gri numero & autoritate, aliud cum istis nihil est comparandum quicquid extra hos fuerit, inter hæc sancta & diuina nullatenus est recipiendum.

Hieronymus ad Titum.

Sine autoritate scripturarum garrulitas nō habet fidem. Idem Hieron. Origenis sententiā penē ad uerbum usurpauit ad Ctesiphontem hæc scribens. Quod Hieronymus ad Ctesiphontem à nobis asseritur, sanctarum scripturarum testimonium adferendum est, in quibus quotidie credentibus siphontem loquitur deus.

Origenes Homil. 17

In Ninie.

Omnis natura rationalis, inquit proprijs & sibi conuenientibus nutriri indiget cibis. Cibis autem uerus natura rationalis, sermo est dei.

Ambrosius in lib. de Paradiso

Capite 12.

Discimus, inquit, quantum presens lectio suggerit, nihil

rit, nihil (uel cautionis gratia) iungere nos debere præcepto dei: si quid enim uel addas, uel detrahas, præuaricatio quædã uidetur esse mādati. Pura enim & simplex mandati forma seruanda, uel testimonij series imitanda est. Plerunq; testis dum aliquid ad serie gestorum ex suo adiicit, totam testimonij fidẽ partis mendacio decolorat. Nihil igitur uel quod bonum uidetur addendum est. Vides hoc diui Ambrosij dictis facere contra bonas intentiones Sophistarum.

Augustinus in Manichæos.

Scripturas tâta autoritate firmatas, cõmendat asq; respuitis, miracula non facitis, quæ si faceretis, etiam ipsi in uobis caueremus per instruentem nos dominũ dicentem: Exurgent multi pseudochristi &c.

Irenæus epist. 72

Beatus qui seminat super omnẽ, inquit, aquam, ubi bos, asinus calcatur, hoc est, qui seminat super populos dumtaxat sequentes Testamenti utriusq; doctrinã, non superuacaneas humanarum traditionum fabulas.

Augustinus contra

Faustum lib. 31. ca. 6

Multi, inquit, multa de literis Ecclesiasticis conscripserunt, non quidem autoritate Canonica, sed aliquo uuandi tantũ studio, siue discendi &c. Ecce ut ubiq;

ubique Augustinus et si multos libros composuerit soli scripturæ sanctæ summam autoritatem uendicet.

Chrysofomus

In illa Apostoli uerba: Si quid discere uel ignorare opus sit, inquit, illis addiscemus: si arguere falsitatem inde hauriemus: si corrigi, si castigari, ad exhortationem, ad consolationem: si quid desit, & oportet adipisci, ex ea nihil ominus discimus.

Cyrillus

Super sextum caput Ioannis inquit, unum solum modo Christum sequendum esse magistrum, illiq; soli inherendum.

Origenes Homilia 7. super

Esaiam.

Non sumus, inquit, aliorum sermonum discipuli, nisi celestium. Et in Epistola ad Roma. 3. cap. Post hæc ut moris est ei, inquit, de scripturis sanctis uult adfirmare quod dixerat. Simul & doctoribus ecclesie præbet exemplum, ut ea quæ loquuntur ad populum, non proprijs præsumpta sententiã, sed diuinis munera testimonij proferant. Si enim ipse tantus actalis Apostolus autoritatem dictorum suorum sufficere nõ credit, nisi doceat in lege et Prophetis scripta esse quæ dicit: quanta magis nos minimi, hoc obseruare debe-

mus, ut non nostras eum docemus, sed spiritus sancti sententias proferamus.

Cyprianus Felici epi

stola 8.

Adulterum est, impiū est, sacrilegiū est, quodcūq; humano furore instituitur, ut dispositio diuina uoletur. Procul ab huiusmodi hominū contagione discedite, & sermones eorum uelut carcer & pestē fugiēdo uitate, prēmōnente domino: Cæci sunt.

Augustinus libro 6. contra

Faustum capite 16, & libro 16

capite 12.

Contra Faustum illud dominicum: Omnes qui uenerunt ante me, fures & latrones fuerunt. Sic excutiens, uenisse ante se uult intelligi qui missi non sunt. Nam qui missi sunt Moses, & sancti Prophete, non ante ipsum, sed cum ipso, id est, uerbo suo uenerunt: quia non eum per superbiam præcedere uoluerunt, sed eum per ipsos loquentem humiliter portauerunt. Vide Augustinum qui aliud quàm Canoniceam scripturam ausos annunciare populo dei, non solum pseudoprophetas, uerum fures et latrones uerbis ipsius Saluatoris, uocat.

Ambro

Ambrosius in libro de

Cain & Abel.

Ratione, uel autoritate hominis moueri cōtra uerbum dei, inquit, esse Cananeum, quod interpretatur usurpare immobilem, & perfidia fluctuantem. Et in Offi. libro 1. cet ut uobis *Quæ in scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodum uolumus usurpare possumus.*

Irenæus libro 2, cap. 56.

Scripturis, inquit, diuinis niti, quæ certa & indubitata ueritas est, infirma & ualida petra est domum suam edificare, hac uero derelicta, alijs niti quibuscūq; doctrinis, incertum effusa arenæ (unde facilis sit euersio) est ruinam struere.

Augustinus in tractatu de

Pastoribus.

Constituit montes Israël autores scripturarum diuinarum, ibi pascite ut secure pascatis: quicquid inde audieritis, hoc uobis bene sapiat: quicquid extra, respuite, ne in nebula erretis, colligite uos ad mentē scripturæ. Ibi sunt deliciae cordis uestri, ibi nihil uenensum, nihil alienum, pascua ibi uberrima tantum. Item August. ad Hieron. & ad Vicentium. Hoc genus literarum &c. Vide supra in titulo. Scriptura omnibus Concilij antequam uenit.

Hieronymus

Quæ in

scriptis sa-

cris nō sunt

usurpare il-

liberum est

ut uobis

mus.

Hieronymus in epistolam

Ad Titum.

Nulli cre- Si dominus, inquit, ea iubet, quæ non sunt aduer-
dendum si- sa scripturis sanctis, subijciatur seruus domino. Et ad
ne uerbo Galatas capite quinto ubi dicit: nulli sine uerbo dei
dei. credendum esse.

Augustinus contra Faustum

Libro 23.

Quisquis dicit Mariam ad consanguinitatem Da-
uid non pertinuisse, manifestum est, quod istarum scri-
pturarum tam excellenti auctoritati oblectetur, &c.

Canonicum Et infra paulò post. Ac per hoc illud quod de gener-
quicquid nõ tione Mariæ Faustus posuit, quod patrem habuerit
est non eti- ex tribu Leui sacerdotem quendam, nomine Ioachim
am astrin- Quia Canonicum non est, non me astringit. Vides?
git. quod quicquid Canonicum non est, non me astringit,
inquit.

Hieronymus super Mat-

theum cap. 32.

Quod de scripturis non habet auctoritatem ea-
dem facilitate contemnitur, qua probatur. Idem in e-
pistolam ad Titum à stultis quæstionibus debortatur,
ad sapientes quæ scripturarum auctoritate sunt stultæ
exhortatur & prouocat, præceptorum non inscius
Saluato

Saluatoris, in quibus ait: Querite & inuenietis, pul-
sate & aperietur uobis. Et paulò infra. Exerceatur
inquit, sensus, & mens quotidie diuina lectione pasca-
tur, & quæstiones nostræ stultæ non erunt. Ergo stul-
ta pronunciantur ab Apostolo, quæcumq; sanctarum
scripturarum destituta præsidio, aut Hieronymi hæc
uacillat affirmatio.

Augustinus super

Psalm. 67.

Testimonijs utriusq; Testamenti ita acquiescen- Testimonijs
tum, ut quando ex his aliquid profertur & proba- utriusq; te-
tur, omnis contentio pacifica quiete finiatur. Et pau- stamenti ac-
lo infra de prædicatoribus Ecclesiasticis. Tunc enim quiescendū
eis, inquit, uerbum ueritatis datur, si auctoritas ab eis
duorum Testamentorum non relinquatur.

Hieronymus lib. 4. Com-

ment. in Matth. cap. 24.

Cum ergo uideritis abominationem. Abominatio
desolationis intelligi potest, & omne dogma peruer- Dogma per-
sum quod cum uiderimus stare in loco sancto, hoc est, uersum an-
in ecclesia, & se ostendere Deum, debemus fugere de uerbum an-
Iudæa ad montes, hoc est, dimissa occidente litera & bominatio.
Iudæa prauitate, appropinquare montibus æternis
de quibus illuminat mirabiliter deus.

SCRIPTURAE SENTEN-

tia non nostra amplectenda.

Augustinus de Gen. ad lite-
ram lib. 1. cap. 18.

ET in rebus obscuris atq; à nostris oculis remo-
tissimis, si qua inde scripta etiam diuina legeri-
mus, quæ possint salua fide qua imbuimur, alijs atque
alijs parere sententijs, in nullam earum nos præcipiti
affirmatione ita proijciamus, ut si forte diligentius di-
scussa ueritas eã recte labefactauerit corruamus: non
pro sententiã diuinarum scripturarum, sed pro nostra
ita dimicantes, ut eam uelimus scripturarum, quæ
nostra est, cum potius eam quæ scripturarum est no-
stram esse uelle debeamus. Vide Cyrillum in Leuit. li.
6. in fine, Et in titulo superius posito, Verbu dei Con-
cilijs subiectum non est.

Clemens Papa Distinctio-

ne 3. can. 37. Relatum.

Relatum nobis est, quod quidam in uestris parti-
bus cõmorantes aduersantur sacris doctrinis, & pro
ut eis uidetur, non secundum traditionem patrum, sed
iuxta sensum docere uidentur & c. Et paulò post. Et
iam diligenter obseruandum est, ut lex dei cum legi-
tur,

NON NOSTRA AMPLECT. 47

tur, non secundum propriam ingenij uirtutem uel in-
telligentiã legatur uel doceatur. sunt enim multa uer-
ba in scripturis diuinis quæ possunt trahi ad eum sen-
sum: quem sibi unusquisq; sponte præsumpserit, sed
non oportet: non enim sensum extrinsecus alienu &
extraneum debetis querere, ut quoquo modo ipsum
ex scripturarum autoritate confirmetis, sed ex ipsis
scripturis sensum capere ueritatis oportet & c. Item
ipsam male exponentes dicuntur falsi prophetae, ut se-
quens Canon declarabit.

Bernardus ad fratres de

Monte dei.

Fortuita enim & uaria lectio, & quasi casu reper-
ta, non edificat, sed reddit animum instabilem, & le-
uiter admissa, leuiter recedit à memoria. Sed certis in-
genijs immorandũ est, & assuefaciendus animus: Quo-
rat. enim spiritu factæ sunt, eo spiritu legi desiderat, ipso
etiam intelligenda & c.

Augustinus super Ioannem

Tractatu 46. cap. 10.

Sedendo enim super cathedram Mosi, legẽ dei do-
cent: ergo per illos deus docet. Sua uerò illi si uelint
docere, nolite audire, nolite facere. Certe enim tales
sumat. sua querunt, & non quæ Iesu Christi & c.

SCRIP

SCRIPTVRARVM TESTI-

monia audienda, non Philoso=
phorum placita.

Matth. 3.
Marci 9. **H**IC est filius meus dilectus, in q̄
mihi bene cōplacitū est, ipsum
audite, Luca 9.

2. Petri. 4. Si quis loquitur, loquatur ut elo=
quia dei.

Matth. 28. Euntes ergo docete omnes gentes,
docentes eos seruare omnia quæcun=
que præcepī uobis.

Esaie. 8. Ad legem magis, & ad testimoniū
Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ
cunq; ego præcipio uobis.

2. Pet. 4. Memores sitis uerborū quæ præ=
dicta sunt à sanctis Prophetis, & man=
dati domini, qui simus apostoli.

Galatas 2. Si quis uobis euangelizauerit præ=
ter quā quod accepistis, anathema sit.

Hieronymus in Esaiam Dist. 37.

Cap. Vino.

Vino inebriantur qui scripturas sacras male in=
telligunt atq; peruertunt, sycera qui abutuntur secula

lari

lari sapientia & dialecticorum tendiculis, quæ non tā
tendicula sunt appellanda, quàm phantasmata, id est,
umbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt & re=
soluuntur. Idem secundum tropologiam pseudopro=
phetas eos debemus accipere, qui aliter scriptura=
rum uerba accipiunt, quàm spiritus sanctus sonat,
& diuinos eos qui coniectura mentis suæ incerta
futurorum quasi uera pronunciant absque diuino=
rum autoritate uerborum. Idem, quicumque scriptu=
ras non ita intelligunt, ut rei ueritas habet, uiam
acerbam comedunt.

Augustinus in Psalm. 103.

Concione secunda, uersu. Inter
medium montium & c.

Licet si nos aut angelus de celo annunciauerit uo=
bis, præterquam quod accepistis, anathema sit. Si ue=
niat mons aliud euangelizans, anathematizetur. Vn=
de hoc? Quia de priuato uult fluere non de medio.
Et hoc forte homo carnali nebula præpeditus, et à fon=
te communi ad propriam suam falsitatem redactus
possit hoc facere, nunquid, & angelus? Verè nun=
quam & angelus. Si angelus de proprio fluens in pa=
radiso non esset auditus, non præcipitaremur in mor=
tem. Media aqua posita erat hominibus præce=
d

Apostolus
dicit præ=
ter id, non
contra id.
Rom. 12.
Ioan. 4

ptium

ptum Dei: aqua media, aqua quodammodo publica,
sine fraude ualebat, quod diximus charitati uestræ
sine labe, sine coeno fluebat, si ipsa aqua semper bi=
beretur, semper uiueretur. Venit angelus lapsus
de caelo, factus serpens, quia insidiose uenena tam
spargere cupiebat: emisit uenenum de proprio, lo=
cutus est de suo, quia qui loquitur mendacium, de

Mendaciū suo loquitur: & miseri audiendo dimiserunt quod
loquit qui commune erat, unde beati erant, & ad suum pro=
de suo lo=
quitur. prium redacti, cum uolunt peruerse esse similes deo:
Gen. 3 hoc enim dixerat: Gustate, & eritis sicut dii, ap=
petentes quod non erant, quod acceperant, amiserunt.

Ergo fratres ad hoc ualeat quod diximus charitati
uestræ, propter fontes, ut fluant de uobis, conual=
les estote, & cum omnibus conferte quod de Deo
habetis. Inter medium fluant aquæ, nulli inuidea=
tis, bibite, saturamini, manate, saturate. Ubique
communis aqua Dei habet gloriam, non hominum
priuatamendacia.

Ifychius lib. 2. cap. 10. in

Leuit.

Peccatū in Et hic incensus erat, &c. Ostendens, ut qui alte=
spiritū san rius doctrinæ peccatum, blasphemia est in spiritum
ctum diuī sanctum, propter quod Stephanus doctores Iudeorū,
& praua

& prauaricantes legē, & inobedientes, sed & du=
re ceruicis, & duri cordis appellat: ut autem male narū scrip.
interpretantibus legem & prophetas dicebat: Vos de praua =
semper spiritui sancto resististis. Item Chrysosto=
mus aduersus Hæreticos sermone. Quod non sit ad= tio.
ulteranda scriptura.

August. de doctrina Christi

lib. 1. cap. 36. & 37.

Quisquis in scripturis aliud sentit, quàm ille qui Scriptura
scripsit, illis non mentientibus fallitur: sed tamen si ea qualem le=
sententia fallitur, quæ edificat charitatem, quæ finis ctorem po=
precepti est: ita fallitur, ac si quisquam errore dese stulat.
rens uiam, eò tamē per agrum pergat, quò etiam uia
illa perducit. Corrigendus est tamen, & quàm sit
utilius uiam non deserere, demonstrandum est, ne con=
suetudine deuiandi etiam transuersum aut peruersum
ire cogitur. Afferendo enim temerè quod ille sen=
sit quem legit, plerunq; incurrit in alia quæ illi senten=
tiæ contexere nequeat. Quæ si uera & certa esse non
sentit, illud non possit uerum esse quod senserat, sitq;
in eo nescio quomodo ut amando sententiam suā scri=
pturæ incipiat offensior esse quàm sibi. Quod ma=
lū si serpere sinerit, euertetur ex eo. Per fidem enim
ambulamus, non per speciem. Titubat autem fides si

diuinarum scripturarum uacillat autoritas.

August. in Psalmum 103.

De medio petrarum dabunt uocem suam. **Modo** si dicam uobis, credite hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras, quis uestrum non iridebit me? Ero enim uis quæ nõ de petra emitto uocem meam, **Quid mihi unusquisque uestrum debet dicere: Si quis uobis Euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Quid mihi dicit de Platone, & de Cicerone & Virg. ? Habes ante te petras montium, de medio petrarum mihi da uocem tuam. De medio petrarum dabunt uocem suam: petra enim erat Christus.**

idem in Psal. 92.

Ego uobis fingere potero, & subito ero non certus dispensator, sed ineptus fabulator. Ecce fingere extra euangelium est fabulari.

Irenæus Episcopus 27.

Vt connexio ista, inquit, anime & corporis nostri spiritu utali animatur, alitur, atque tenetur, ita uerbo dei, & spiritali gratia, anima nostra uiuificatur. Vnde omni genere studere debemus, quò reliqua omnia post habentes, congregemus nobis al-

sensus,

sensus, in sollicitudines, in considerationes, atque actus nostros, ut alloquijs scripturarum facta nostra conueniant, ne à serie preceptorum celestium actus noster discordare uideatur. Quoniam eloquium tuum uiuificauit nos.

Gregorius Desiderio episcopo

Distinct. 86. can. Cum multa.

Dicit Gregorius ac mandat, ut Episcopus doceat re populum sacram scripturam, non Grammaticam uel philosophiam. Nam inter cetera uerba sic inquit: Ea quæ prius dicta fuerant in gemitum & tristitiam uerteremus, quia in uno ore secù laudibus Iouis, et Christi laudes non capiunt: & quàm graue nefandum; sit Episcopis canere, quod neque religioso conueniat, considera.

Distinct. 38. Can. Ignorantia.

Sacerdotes qui docendi officium in populo dei suo Sacerdotis scepertũ, legere sanctas admonentur scripturas, Pau officium, lo apostolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni, & exhortationi, doctrinæ, & semper permane in his. Sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas & Canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistere. Hæc ex Toletano Concilio.

d 3 Herony

Hieronymus ad Pamachium

Dist. 38. Can. Ecclesiastica.

26. quæst. 5 Diuus Hieronymus existimat sacram scripturam nec sub uenustate, nec sub Philosophicis terminis esse profrendam. Item 26. Quæstionum 5. Quantum cunq; sit uerus propheta si annūciat aliquid quod est contra deum non est ei credendum. Et Canon adducit hunc locum Deuteron. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, &c. Item Chrysof. de Lazaro, Concione 5. Qui non audit scripturas, neq; ex mortuis excitatos auditurus est.

Crystof.

SCRIPTURA SACRA

Iudex sit in controuersia.

Augustinus de nuptijs & con-

piscencia ad Valer. lib. 2. cap. 33.

ISTA controuersia iudicem querit, iudicet ergo Christus, & cui rei mors eius profecerit ipse dicat: Hic est, inquit, sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Iudicet cum ullo & Apostolus, quia & in Apostolo ipse loquitur Christus, clamat & dicit de Deo patre: Quia pro- prio filio non peperit.

1708H e b

Idem

Idem Confession, lib. 13.

cap. 12. & 13.

Et spiritualis affectus iudicat omnia, quæ utiq; iudicanda sunt, ipse autem à nemine iudicatur. Quod autem iudicat omnia, hoc est, quod habet potestatem iudicandi maris & uolatilium cæli, & cæt. Non enim oportet de tam sublimi autoritate iudicare: neque de ipso libro tuo, etiam si quid ibi non lucet: quoniam submittimus ei nostrum intellectum, certumq; habemus etiam quod clausum est aspectibus nostris, re- ètè ueraciterq; dictum esse. Sic enim homo licet iam spiritalis, & renouatus ad agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum, factor tamen legis debet esse non iudex.

Idem de uera Religione lib. 31.

Hæc autem lex omnium artium cum sit omnino incommutabilis, mens uerò humana cui talem legem uideri concessum est, mutabilitatem pati possit: erroris satis apparet supra mentem nostram esse legem, quæ ueritas dicitur.

Cyprianus Sermon. de Ba-

ptismo Christi.

Hoc natura, hoc ratio, hoc, domine, uerbi tui clamat autoritas, hoc ex ore tuo audiuimus, hic

d 4 inueni

inuenit confirmationem omnis religionis. Primum est hoc mandatum et ultimum, hoc in libro uite conscriptum indeficientem et hominibus et angelis exhibet lectionem. Legat hic unum uerbum, et in hoc mandato mediteur Christiana religio, et inueniet ex hac scriptura omniium doctrinarum regulas emanasse, et hinc nasci, et huc reuerti, quicquid ecclesiastica continet disciplina: et in omnibus irritum esse, et friuolum, quicquid dilectio non confirmat.

DOCTRINAE IUDICIUM

fit penes Ecclesiam.

1. Theß. 5. Spiritum ne extinguatis: prophetias ne aspernemini. Omnia probate, quod bonum fuerit, tenete.

2. Cor. 14. Prophetæ uero duo aut tres loquantur & cæteri diiudicent. Porro si alij fuerit reuelatum assidenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare.

Matth. 7. Caute uobis a pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces, a fructibus eorum agnoscetis eos,

Hug

Huc referri possunt omnes loci Patrum supra enumerati, uidelicet, Quod lector liberum iudicium habeat de doctrinis siue scriptis hominum approbare uel improbare fol. supra 6. Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 11. cap. 5. fol. 5. Item, fol. 18 Chrysostomus in opere imperfecto in Matthæi cap. 23. Quod omnes Doctores legere possimus et meliores eligere, Et omnia probare fol. 19. Itē Doctrinæ ratio ponderanda sit Hieronimus in epistola ad Minerium et Alexandrum supra fol. 18 et 19. Idem Hieronimus in Hierem. cap. 26.

Hieronymus in Hieremiam

capite uigesimosexto.

Sacerdotes et prophetae (quos pseudoprophetae manifestius Septuaginta transtulerunt,) irascuntur Hieremiæ, quod uera prædicat, et subuerso templo et ciuitate deserta, fit peritura religio, et lucra ex religione ueniunt: idcirco apprehendunt eum, et conueniunt sibi populo, morti destinant: quare dixerit in nomine domini, sicut Silo erit domus hæc: et urbs desolabitur, eo quod non sit habitator. Si quando igitur propter mandata domini et fidei ueritatem, uel sacerdotes nobis uel pseudoprophetae, uel deceptus populus irascitur, non magno opere curemus, sed ex

d 5 quamus

quoniam sententiam dei, nequaquam presentia mala, sed futura bona animo cogitantes. (Et congregatus est omnis populus aduersus Hieremiam in domum domini & cetera.) Hieremias in templo uerba domini prophetabat, & dixerat: domum istam sicut Silo, & urbem hanc in maledictionem dabo cunctis gentibus terrae: statimque a sacerdotibus, & prophetis, & populo seditione commota, omne uulgus aduersus prophetam congregatur in templum ubi erat propheta: & sacerdotum, ac prophetarum uulgiq; manibus tenebatur. Quod cum audissent principes ciuitatis, qui in domo regia uersabatur, transierunt siue ascenderunt de domo regis in domum domini. Notandumque; quod ire ad domum domini, semper ascensus sit. Sederuntque; in introitu portae domini nouae. Principum enim erat officium sedere in porta domus domini, & ibi negocij, & seditionis cognoscere ueritatem. Noua autem porta dicitur: quia qui sedebant in ea, & iudicio praerant, sacerdotum, & Pseudoprophetarum calumnie resistebant. Et locuti sunt sacerdotes, & cetera. Seditibus urbis principibus in porta templi, & in porta noua qui de regis palatio ad templum cucurrerant, ut seditio populi sedaretur, & concione populi congregata, accusant sacerdotes,

Principes
sunt iudices
uerbi.

cerdotes, & pseudoprophetae Hieremiam, perieratque; propheta, quantum fuit in sacerdotibus, & prophetis, si accusatores ipsi habuissent iudicij potestatem. Ex quo intelligimus crudeliores fuisse in prophetam, per inuidiam sanctitatis, qui religione uidebantur dediti, quam qui necessitatibus publicis praerant, & cetera.

Hieronymus Tomo 8. In Psalmum

86. Fundamenta eius in montibus
sanctis. Versu.

Dominus narrabit in scriptura populorum, & principum, horum qui fuerunt in ea. Non dixit qui sunt in ea, sed qui fuerunt in ea. Dominus narrabit, & quomodo narrabit? Non uerbo, sed scriptura. In cuius scriptura? In populorum. Non sufficit in populorum, sed etiam principum dicit. Et quorum principum? Qui sunt in ea? Non dixit hoc, sed qui fuerunt in ea. Videte ergo quomodo scriptura sancta sacramentis plena est. Legimus Apostolum Paulum, legimus Petrum, & legimus illum dicentem: An experimentum eius quaeritis quod in me loquitur Christus? Et quod Paulus loquitur, loquitur Christus. Qui enim nos recipit me recipit.

Domi-

Dominus ergo noster atq; saluator, narrat nobis & loquitur in scripturis principum suorum. Dominus narrabit in scripturis populorū, in scripturis sanctis

Scriptura Quæ scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intelligant. Quod dicit hoc est: sicut scripserūt

Apostoli, sic & ipse dominus: hoc est per Euangelia sua locutus est, nō ut pauci intelligerent, sed ut omnes Plato scripsit in scriptura, sed non scripsit populis, sed paucis. Vix enim intelligūt tres homines. Isti uerō

Apostoli hoc est, principes ecclesiæ, & principes Christi, non scripserunt paucis, sed uniuerso populo. Et principū hoc est Apostolorum, & euangelistarum, horum qui

fuerunt in ea. Videte quid dicat: Qui fuerunt, non qui sunt: ut exceptis Apostolis quocūq; aliud potest ea dicitur, absindatur, non habeat postea auctoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post Apostolos, quamuis disertus sit, non habet auctoritatē. Quoniam dominus narrat in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea.

DOGMATA PATRVM IUXTA

Scripturam canonicam, & ad fidei normam examinanda ac iudicanda.

2. Cor. 14.

PROPHETÆ DŪO AUT TRES LOQUĀTUR & CÆTERI DIJUDICENT.

Omnia

Omnia probate, quod bonum est tenete. 1. Thef. 5

Probate spiritus an ex deo sint: quoniam multi pseudoprophete exierūt in mundum. 1. Ioan. 4

Videte ne seducamini. Multi enim uenient in nomine meo, dicētes: Ego sum Christus. Matth. 24

Spiritualis omnia dijudicat, et à nomine dijudicatur. Omnis ergo spiritus qui prophetat contra scripturas, ex Deo non est.

Scrutamini scripturas.

Chryfost. in cap. ad Hebr. 5

Homilia 8.

Sensus exercitatos habentes] Vides, inquit, oportet exercitari auditū nostrū frequenti auditione diuinarum scripturarū, ut nulla nouitate expauescamus. Exercitatum, inquit, ad discretionem, hoc est, peritū esse. Alius quidem dicit non esse resurrectionem, alius autem nihil expectat futurorum, & c. Sed nemo uult ad scripturas attendere: si enim aduerteremus, non solum non incideremus in fallaciam, sed etiam alios deceptos inde liberaremus, & de periculis

abstr4=

*Dogmata ad fidei, normā exa-
minanda.* abstrahemus. Et paulo post Paulus dixit: Ad ad-
monitionem nostram scripta sunt, in quos finis secu-
lorum deuenit. Et Christus iterum dicebat: Erratis
nescientes scripturas, & iterum: Scrutamini scriptu-
ras. Et Paulus iterum dicebat: Per patientiā & con-
solationem scripturariam spem habemus. Et iterum:
Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est. Item:
Sermo Christi habitet in uobis abundanter. Et alibi:
Expositio tua sit in lege altissimi. Præterea quomodo
dogmata falsa fide eliminanda sint, Vide Chrysost. in
Epist. ad Timoth. primam, cap. 1. Homil. 1. Idem Ho-
milia de profectu Euangelij in dictum Apostoli siue
occasione, siue ueritate, &c. Hortatur ut nulla do-
ctrina nisi sana, admittatur.

24. Quæst. 1. D. Hieronymus

Can. Non afferamus.

Scriptura statera est. Non afferamus stateras dolosas: ubi appendamus
qd' uolumus pro arbitrio nostro, dicentes: hoc graue
est, hoc leue est: sed afferamus diuinam staterā de scri-
pturis sacris tanquam de thesauris dominicis.

Augustinus libro 5. de Baptismo

contra Donatistas, capite 26.

Iam uerò cum dicit episcopum docibilem esse de-
bere, & adiungit: docibilis autem ille est, qui ad di-
scendi

scendi patientiam lenis est & mitis. oportet enim epi-
scopum non tantum docere sed & discere, quia &
ille melius docet qui quotidie crescit & proficit di-
scendo meliora. His utiq; uerbis satis indicat uir san-
ctus & pia charitate præditus non esse metuendum,
sic eius epistolas legere, ut si quid postea pluribus, &
diuturnioribus inquisitionibus compertum ecclesiam
confirmauit, non ambigamus uitare, quia sicut multa
erant quæ doctus Cyprianus doceret, sic erat & ali-
quid quod Cyprianus docibilis disceret. Quod autem
nos admonet, ut ad fontē recurramus, id est, ad Apo-
stolicam traditionē, et inde canalem in nostra tēpora
dirigamus, optimum est, et sine dubitatione tenendū.

Augustinus ad Cresconium

libro 2. cap. 31.

Neq; sine causa Canon ecclesiasticus est consti-
tutus, ad quem certi Prophetarum & Apostolorum
libri pertinent, quos omnino iudicare non audemus,
& secundum quos de cæteris fidelium & infidelium
iudicamus.

Ecce Augustinus libertatem iudicandi omnibus Iudicandū
lectoribus attribuit. Patientur igitur Pontifices Chri-
stianorum inferiorum iudicium. Si illud ex literis sa-
bris fidelis
rosanctis demonstratum fuerit.

Item

Item de doctrina Christiana

Libro 2. capite 39.

Videtur mihi studiosis & ingeniosis adolescentibus, & timentibus deum, beatamque; ut am querentibus, salubriter præcipi, ut nullas doctrinas, quæ præter Ecclesiam Christi exercentur, tanquam ad beatam vitam capessendam secure sequi audeant, sed illas sobrie diligenterque; dijudicent. Idem de uera religione libro 1. ca. 25. Quibus libris uel hominibus credendum sit summe considerandum.

Theophylactus.

In Epistolam ad Romanos ultimo capite, Qui aliquid, inquit, afferunt præter Apostolorum doctrinam & dogma, scandala, hoc est, hæreses & dissensiones ab his induci ait.

Augustinus in prologo lib. 3.

de Trinitate.

Præceptū Noli meis literis, quasi Canonicis scriptis inseruire, sed in illis quæ non credebas cum inueneris, in-
Au. descri uire, sed in illis quæ non credebas cum inueneris, in-
ptis illius. cunctanter crede. In istis autem quod certum nõ ha-
Distin. 9 beas, nisi certū intellexeris, noli firmiter credere. Ti
Can. Noli. tulus sequens latius demonstrabit, quatenus liceat Do-
ctoribus uti. Consule quoque; Hieronymū ad Minerū
& Alexandrum, quod omnia probanda sint.

mori.

DO=

quantum tribuendum.

Augustinus ad Hieronymum

epistola 19.

Ego solis illis scriptoribus uel solis eis scripturæ **Distin. 9**
rum libris (qui iam Canonici appellantur) hunc timo **Can. Ego**
rem & honorem didici deferre, ut nullū eorum scri- **solis.**
bendo aliquid errasse firmissime credā. At si aliquid
in eis offendero literis, quæ uideatur contrariū ueritati
nihil aliud quam mendosum esse codicem: uel inter-
pretem non affectum esse quod dictum est: uel me-
minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita le-
go, ut quantalibet sanctitate, quantalibet ueritate
præpollent, non ideo uerum putem, quia ita senserunt:
sed quia mihi uel per alios autores Canonicos, uel
probabiles rationes quod à ueritate non abhorreat,
persuadere potuerint.

Irenæus aduersus Valentini,

& similibus lib. 4. cap. 45.

Vbi igitur tales inueniat, Paulus docens ait: Po-
sunt Deus primo in ecclesia Apostolos, secundo Pro-
phetas, tertio Doctores. Vbi igitur charismata do-
mini posita sunt, ibi discere oportet ueritatem, apud
quos est ea quæ in Apostolis ecclesiæ successio, & id

quod

Quibus doctoribus utendum. quod sanum, & irreprobabile sermonis constat. Hi enim & eam quæ est secundum deum qui omnia fecit fidem nostram custodiunt, & eam quæ est in filiis dei dilectionem adaugent, qui tantas dispositiones propter nos fecit, & scripturas sine periculo nobis exponunt, neque deum blasphemantes, neque Patriarchas exonorantes, neque Prophetas contemnentes &c.

Augustinus de Peccatorum meritis

& Remissione contra Pelag.

libro 3. cap. 7

Quatenus Doctoribus utatur Augustinus. Hæc non ideo commemoravi, quod disputatorum quorumlibet sententijs tanquam Canonica autoritate nitamur: sed ut appareat ab initio usque ad præsens tempus, quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccato apud ecclesiam fidem tanta constantia custoditum, ut ab eis qui dominica tractarent eloquia, magis certissimum proferretur ad alia falsa refutanda, quæ id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur.

Idem de nuptijs & concupiscentijs

ad Valerium lib. 2. Cap. 29.

Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus, qui in catholica ecclesia floruerunt? quomodo hæc non in alios sensus conati sunt uertere

quos

quoniam stabiles erant in antiquissima & robustissima fide, non autem nouitio mouebantur errore. Quos si colligere & eorum testimonijs uti uelim, & nimis longum erit, & de Canonicis autoribus, à quibus nõ debemus auerti, minus fortasse uidebor præsumpsisse quam debui.

Item contra epistolas Pelagiani ad Bonifa. lib. 4. cap. 8. Item cap. 12. Non quo Canonicis libris à nobis ullius disputatoris æquetur autoritas.

Idem ad Vincentinum Victorem

lib. 2. Distinct. 9. Can. Negare.

Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio et nulla temeritate culpari. Multa errata propter quod alibi dicit. Ideo namque Retractionum libri in libris bruti feci, ut discant lectores, neque mea per omnia, mihi placuisse.

Idem Paulinæ de uidendo deo

Epistola 112.

Sed diuinarum scripturarum, earum scilicet, quæ Canonice in ecclesia nominantur, perspicua firmatur autoritate, sine ulla dubitatione credendum est: alij uero testibus uel testimonijs, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere uel non cre-

dere liceat, quantum meriti ea admonentem ad faciendam fidem uel habere, uel non habere perpende-
ris. In eadem epistola de Ambrosio non sua docere, sed euangelium exponere: quasi diceret, suis uerbis credendum non esset, nisi testimonia Euangelij produceret.

Item contra Cresconium Grammaticum libro secundo.

capite 32.

Cypriani Ego huius epistolae auctoritate non teneor, quia gloriosi literas Cypriani non ut Canonicas habeo, sed eas ex
martyris Canonicis considero: & quod in eis diuinarum scripturarum auctoritas a pturarum auctoritati congruit, cum laude eius accipi-
sacra scri- pturarum auctoritati congruit, cum laude eius acci-
distinquen- Et lib. 1. cap. 22. de peccatorum meritis dicit: Homini-
da. num est labi, hallucinari, falli, fallere, decipi, & decipere. Vide supra in Titulo primo.

Idem in Epistola ad Fortunatianum de uidendo deo,

Epistola III.

Non debe- Neque quorumlibet disputationes, quamuis catholi-
tur parre- corum & laudatorum hominum, ueluti scripturas
ueretia Ca- Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat sal-
no. script. ua honorificentia, quae illis debetur hominibus, ali-
quid

quid eorum scripturis improbare atque respuere, si forte & exposi-
te inuenerimus quod aliter senserint, quam ueritas tionibus ea
habet, diuino adiutorio uel ab alijs intellecta, uel rum.
a nobis. Talis ego sum in scripturis aliorum, quales
ego uolo esse intellectores meorum. Idem Augusti.
in epistola 48 ad Vincent. Noli ergo frater contra di-
uina. Vide supra in Titulo de auctoritate Scripturae

Chrysofomus in opere imper-
fecto in Matth. Homil. 49

ex cap. 24

Ostendens per haec, quomodo ex ipsis ecclesijs ueris
frequenter exeunt seductores, propterea nec ip-
sis omnino credendum est, nisi ea dicant
uel faciant, quae conuenientia sunt
scripturis.

Nulli cre-
dendū prae-
ter scriptu-
ram.

SCRIPTURA ACCIPIENDA ET
exponenda est secundum proprietatem
Linguarum in qua est edita.

Augustinus libro 3. de doctrina
Christiana.

Augustinus dicit Graecam linguam & Hebraeam
necessariam esse ad cognitionem literarum sa-
crarum. Item Aug. consulit Graecos codices ad Pauli-

num *Qu. est. 9. Epist. 59. Et ad Hysychium de die & tempore secundi aduentus. Et ad Hilarium contra Manichæos & Pelagianos Epistola 89. ait scripturam à Græcis codicibus translata esse.*

Isychius in Leuit. libro 5.

Capite 141.

Sed ea quæ sequuntur huius Leuitici libri exequatur per ordinem super ædificantes fundamentum, quod iam Christus, sicut quidam sapiens architectus per nostram posuit linguam, sicut quidam instructor sapiens per uile instrumentum lapidem poliens angularem, ut magnitudinem domus ostendat, & ut in instrumentis uilibus magna perficiat. Ita recurrendum ad Græcica scripta. Vide Distinctio. 20. Can. De quibus causis.

Augustinus ad Hieronymum Epistola 8. Distinct. 9. Can. Vt ueterum.

Vt ueterum librorum fides de Hebræis uoluminibus examinanda est, ita nouorum ueritas Græci sermone normam desiderat.

Item in Viennensi Concilio (quod refertur Cle. libro secundo. Titulo de Magistris) sollicite statuit auctoritas ecclesiastica de parandis trium linguarum doctoribus.

Augu

Augustinus in libro cap. 49. De uera religione.

Locutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque lingue proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua sua quedam propria genera locutionum quæ cum in aliam linguam transferuntur, uidentur absurda. Idem in libro secundo de Doctrina Christiana, capite decimo quinto.

Et Latinis quibuslibet emendandis Græci adhibeantur, in quibus Septuaginta interpretum quod ad uetus Testamentum attinet, excellit autoritas. Idem de uera religione libro, capite 2. Ipsa locutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque lingue proprietatem accipienda sit. Et alibi scripturæ ambiguitatem aperit linguarum proprietates, & cuiusque lingue proprietatem enarranda. Item uide Augustinum de linguarum cognitione in lib. de doctrina Christiana & Locutionibus.

Rabanus de Vniuerso scribens.

Propter obscuritatem sanctarum scripturarum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur, si aliqua dubitationem nominis uel interpretationis sermo unius lingue attulerit. Hæc ille.

6 4 **Augu**

Distin. 20.
Ca. De quibus causis.

Viennense concilium.

Linguarum peritia operis et Pauli linguarum cognitionem et peritiam exigit.

August. in lib. 1. de sermone

Domini in monte.

Fatetur exemplaribus Græcis maiorem adhibendam esse fidem quam Latinis. Item in lib. 2. Multa exemplaria latina, inquit, sic habent; Et pater tuus qui uidet in absconso, reddet tibi palam; sed quia in Græcis quæ priora sunt, non inuenimus, palam, non putauimus hinc ad aliquid differendum esse. Idem li. Retracta. 1. cap. 7. Fatetur quoque Græcos Latinis ueriores & sua ex Græcis emendat.

Græca priora Latini = Græcis quæ priora sunt, non inuenimus, palam, non putauimus hinc ad aliquid differendum esse. Idem li. nis. Retracta. 1. cap. 7. Fatetur quoque Græcos Latinis ueriores & sua ex Græcis emendat.

Linguae apostolorum = Idem ad Volusianum Epistola 1. Præcipue Apostolorum linguas exhortor, ut legas, ex his enim ad cognoscendos prophetas excitaberis, quorum testimonijs utuntur Apostoli. Item, uide Augustinum contra Faustum Manichæum, lib. 11. cap. quomodo exemplaria emendanda sint. Item de doctrina Christiana libro primo, capite quinto, Scripturam ab una lingua profectam esse, dicit.

Augustinus in epistola

48. ad Vincentium.

Neque enim sic potuit integritas atque notitia literarum unius quantumlibet illustris Episcopi custodiri, quæ admodum scriptura canonica, tot linguarum literis et ordine

ordine & successione celebrationis ecclesiasticæ custoditur Apostolorum multa confingerent. Frustra quidem, quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est. Verum quid possit aduersus literas, non canonica autoritate fundatas, etiam hinc demonstrauit impie conatus audaciæ, quod & aduersus eas quæ tanta notitiæ mole firmatæ sunt, sese erigere non prætermisit.

SCRIPTURA SACRA IN

disputationibus adhibeatur.

OMnis scriptura diuinitus inspirata est, utilis ad doctrinam, ad rearguendum, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iusticia.

Defendit discipulos contra phariseos ex scripturis disputans. Non legitis quid fecerit Dauid, cum fame torqueretur? 1. Reg. 21.

Eunuchus bene audit, & conuertitur ad fidem, quia legit Esaiam prophetam quem Philippus disputando ex Esaiâ informabat.

Commendatur Apollo, quod fuit uir potens in scripturis, & uehemen-

ter ex scripturis conuincebat Iudæos, Iesum esse Christum.

Augustinus de Concordia

facienda Epist. 163.

Vult ut in disputationibus libri Canonici adsint siue ergo, inquit, in Tubursicensi, siue in Tagestensi talis locus, uel quem commemorauimus, uel aliquis alius inuentus fuerit, faciamus codices Canonicos præsto esse. Et si qua proferrî poterint ex utraque parte documenta, ut postpositis cæteris nulla si domino placuerit interpellante molestia, quotquot diebus poterimus ab hoc uacantes, & unusquisque nostrum apud suum hospitem dominum deprecantes adiuuante ipso, cui pax Christiana gratissima est, rem tantam & bono animo ceptam ad inquisitionis terminum producamus.

Ifychius in Leuit. lib. 5.

capite 16.

Nil aliud queramus nos, qui aliquid de deo scrutari uolumus, sed quantum nobis Euangelicus sermo tradit, quanta ex dominica carne percipimus. Nihil querendum de Christo, nisi quod Euangelium nobis permittit.

Augustinus

Augustinus Confess. lib. 3.

Capite 18.

Appareamus sicut luminaria in mundo, coherentes firmamento scripturæ tuæ. Ibi enim nobiscum disputans, ut diuidamus inter intelligibilia & sensibilia tanquam inter diem & noctem, &c. inter animas alias intelligibilibus, alias sensibilibus deditas.

SCRIPTVRARVM INTELL

ctus non est mortua litera, sed ex magisterio & eruditione spiritus Dei.

DA mihi intellectum ut discam psalm. 118.
mandata tua.

Beatus homo quæ tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. 93.

Non docebit uir fratrem suum, cognosce dominum, sed à maiori usque ad minimum cognoscent dominum. Hier. 31.

Erunt omnes docibiles dei. Ioan. 6.

Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur. & 10.

Paracletus autem spiritus sanctus ille docebit uos omnia. Ioan. 14.

Eunti-

Luce vlti.

Euntibus duobus in Emaus discipulis, Christus aperuit mentem, ut intelligerent scripturas.

Iacobi 1.

Si quis indiget sapientia postulet illam à deo, in fide nihil hæsitans.

2. Ioan. 2.

Vnctio ipsa docebit uos.

Apoc. 3.

Qui habet clauem Dauid, claudit, nemo aperit, & nemo claudit.

Chrysofomus in cap. Gen. 5

Homilia 21.

Scripturæ intelligentiam spiritus Dei accrescat. Neque opus habet diuina scriptura hominum sapientia ut intelligatur, sed reuelatione spiritus, ut hausto inde uero sensu, magnum nobis hinc lucrum perit.

Idem in cap. Gen. 14.

Homil. 35.

Nec enim fieri potest, eum qui in diuinis scripturis magno studio seruentiq; desiderio uacat, semper negligi: sed licet desit nobis hominis magisterium ipse dominus superne corda nostra intras illustrat mentem rationi iubar suum infundit, detegit occulta, doctorq; sit eorum quæ ignoramus, tantum nos, quæ ab sunt afferre uelimus. Ne uocatis, inquit, magistrum supra terram. Quando igitur in manus spirituales librum

brum capimus omni seculari cura repulsa, cogitationes nostras cogamus, & mentem ne distrabatur, cohibentes, lectioni uacemus magna pietate & attentione ut possimus sancto spiritu ad scriptorum intelligentiam duci, & multum in se fructum percipere, &c. profert in exemplum Barbarum illum reginæ Aethiopicum eunuchum: ut in Actis habetur.

SCRIPTURA HABET

quicquid necessarium ad salutem.

Et repleta est terra scientia Dei. Esa. 34.

Messias cum uenerit reuelabit uobis omnia. Ioan. 4.

Erunt omnes docti à deo. 6.

Omnia ostendi uobis, Christus docuit omnia ad uitam necessaria, Act. 20.

Et paracletus cum uenerit, docebit uos omnia.

Chrysoft. in cap. Matth. 22.

Homilia. 41.

Quicquid queritur ad salutem, totum iam impletum est in scripturis. Qui ignarus est, inueniet ibi quod discat. Qui contumax est & peccator, inueniet futuri iudicij flagella, quæ timeat. Qui laborat, inueniet

nicel

niet ibi glorias, & promissiones uitæ perpetuæ, & quas manducando amplius excitetur ad opus, &c.

Augustinus super Ioannem

Tractatu 49. capite 11.

Nam cum dominus Iesus multa fecisset: non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, multa dominum Christum, & dixisse, & fecisse quæ scripta non sunt. Electa sunt autem quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere uidebantur.

Hieronymus in proœmio lib. 1.

commentariorum ad Ephesios, Tomo 9.

Si quicquam est Paula & Eustochium, quod in

Meditatio hac uita sapientem uirum teneat, & inter pressuras
 & scientia & turbines nudi aequo animo manere persuadeat, id
 scriptura = esse uel primum reor, meditationem et scientiam scri
 rû ad que pturarum. Cum enim à cæteris animantibus hoc uel
 ualent. maxime differamus, quòd rationale animal sumus &
 loqui possumus: Ratio autem omnis & sermo, di
 uinis libris contineatur: per quos, & deum disci
 mus, & quare creati sumus non ignoramus: miror
 quosdam extitisse, qui ut ipsi se inertia, & somno
 dantes, nolint quæ præclara sunt discere: aut cæteros
 qui id studij habent reprehendendos putent. Quibus

cum

cum possim districtius respondere, & breuiter eos uel offensos dimittere, uel placatos, multo esse melius scripturas legere, quàm augendis & cumulandis opibus inhiare.

Cyprianus Sermon. de

Baptismo Christi.

Iustum est domine deus, ut diligamus te, quia & ipse nos diligit: & iniquum omnino est, ut te in aliquo dilecti tui offendant. Verè hoc mandatum legentem complectitur & prophetas, & in hoc uerbo omnium scripturarum uolumina coartantur. Hoc natura, hoc ore tuo audiuius, hic inuenit consummationem omnis religionis, primum est hoc mandatum & ultimum, hoc in libro uitæ conscriptum indeficientem & hominibus & angelis exhibitionem. Legat hic unum uerbum, & in hoc mandato meditetur Christi ana religionis, & inueniet ex hac scriptura omnium doctrinarum regulas emanasse, & hinc nasci, & huc reuertì, quicquid ecclesiastica continet disciplina, & in omnibus irritum esse & friuolum, quicquid dilectio non confirmat. Præcepisti domine ut audiamus dilectum filium tuum, gratias tibi agimus, quia nos eius magisterio commendasti. Nos uerò ex præcepto

Religionis
 cõsumma
 tio.

Doctrinæ
 Christi in
 herendum

800

tuo eius doctrine nos tradimus informandos, & inhaerentes ei libenter, eum duce spiritus sancto omni tempore audiemus.

Idem Homilia prima in Epist.

ad Titum.

Manifestavit, inquit, temporibus suis uerbum suum in praedicatione, quae credita est mihi. Haec est praedicatione. Omnia euangelium continet, praesentia & futura, honorem, & pietatem, fidem, simul omni praedicationis uerbo conclusit. Sicut enim praeco praesentibus omnibus in theatro praedicat, ita & nos, inquit, publice praedicamus ea ratione, ut nihil addamus, sed ea tantum quae auduimus. Ea quippe uirtus praeconis est, ueraciter quae sibi credita sunt omnia prosequi, non aliquid addere, aut immutare aut auferre.

In Trip. Hist. lib. 2.

cap. 3. Sozomenus.

Fertur enim & aliud, dum quidam eorum magnificientia sermonum extolleretur, & illuderet sacerdotibus, non pertulit eius fastum quidem senex simplex & innocens ac probatissimus confessorum, sed accessit aduersus eum proferre sermonem. Hoc itaque factum petulantibus quidem & simplicem scientibus confessorum risum mouit, maturioribus uero formidinem, pro-

risum

uidentibus, ne à uiro uerbis artifice deduceretur ad risum, ueruntamen sedentibus, ut quod uellet ediceret, resistere nanque ei cum talis esset, nimium uerebatur. In nomine, inquit, Iesu Christi ò philosophæ, audi dogmata ueritatis. Unus est deus caeli & terræ, omniumque uisibilem & inuisibilem creator, qui haec omnia uerbi sui uirtute fecit, & spiritus sui sanctitate firmavit. Hoc itaque uerbum quod nos, inquit, filium dei nominamus, habita misericordia super homines, ab errore eos & ferali religione liberauit, passus ex muliere nasci, & cum hominibus conuersari, & mori pro eis, uenietque; denique iudicaturus singulorum uitam. Haec ita se habere sine perscrutatione credimus. Noli igitur inaniter laborare, quærens destruere ea quæ fide percepimus. Noli inuestigare modum quo fieri haec, aut non fieri potuerint. Si enim credis consulenti mihi, ad ista responde. Obstupescit uero philosophus, credo inquit. Tunc gratias pro deum actione persoluens, eadem quæ senior æque seclatus est, & prioribus consecutoribus ut unanimes sibi met essent persuadebat, non improuide mutatum se iurans, sed ineffabili quadam uirtute ad Christianitatem protinus inuitatum.

CONSVB

f

Disputatio
simplicis se
nis laici.

Fides no-
dimus. Noli igitur inaniter laborare, quærens destru-
stra sim-
plex ac suf-
ficiēs desc-
bitur.

CONSVETVDO LONGA NON
sequenda, sed Dei ueritas.

Leuit. 18.

IVxta consuetudinem terræ Aegypti in qua habitastis, non facietis: et iuxta morem regionis Chanaan non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis: facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, ut ambulabitis in eis.

4. Reg. 17.

Illi uerò non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant: fuerunt igitur gentes istæ timentes dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes.

Ibidem.

Vsq̄ue in præsentem diem morem sequuntur antiquum: non timent dominum, neque custodiunt ceremonias, atque iudicia, & legem, & mandatum, quod præceperat dominus filiis Jacob, quem cognominauit Israël.

Exod. 23.

Ne sequaris turbam ad faciendum malum &c.

Leuit. 18.

Nolite facere quæ fecerunt hi, qui fuerunt ante uos, & ne polluamini in eis.

Quis

NON SEQUENDA. 83

Qui non ingreditur per ostium, Ioan. 10.
fur est et latro.

Allegantes autem præscriptionem consuetudinis antiquæ, æque concludent ualere peccatum, & Sata nam imitandum, quibus nihil antiquius deberet esse præter deum, & eius ueritatem.

Cyprianus lib. 2. Epistolarum, Epistola 3.

Non est frater charissime, quod aliquis æstimet sequendam esse quorundam consuetudinem. Quærendum enim est, ipsi quem sint secuti. Et quod Christus debeat solus audiri, Pater de cælo contestatur dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene sentis, ipsum audite.

Augustinus de unico

Baptismo lib. 2. Dist. 8.

Can. Veritate.

Veritate manifestata, cedat consuetudo, planè quis dubitet ueritati manifestæ cōsuetudinem cedere. Item uerbo dei nemo consuetudinem rationi & ueritati præponat: quia consuetudinē ratio & ueritas semper excludit.

Augustinus lib. 3. de Baptismo, contra Donatum. Cap. 9

Item Honoratus Autuca dixit: Cū Christus ueritas

f 2 sit,

fit, magis ueritatem quā consuetudinē sequi debemus.

Responsio Augustini.

Si ueritas autem id aperuerit esse retinendū, quod illa consuetudo prescripserat, manifestum erit, nec illam frustra fuisse institutam atque roboratam.

Felix Episcopus.

Veritatem non consue-
nat, quia consuetudinem ratio et ueritas semper ex-
tudinem se eludunt.
qui debe-
mus.

Sententia Casti episcopi,

Capite 5.

Qui contempta ueritate presumat consuetudinē sequi, aut circa fratres inuidus est et malignus, quibus ueritas reuelatur, aut circa deum ingratus est cuius inspiratione ecclesia eius instruitur.

Cyprianus ad Pompei um

contra epistolam Stephani.

Nec consuetudo que apud quosdam obrepserat impetire debet, quod minus ueritas preualeat et uincat. Nam consuetudo sine ueritate, uetustas erroris est: propter quod relicto errore, sequamur ueritatem.

Vide Tertullianum libro de uirginibus uelandis in principio de consuetudine.

Prouet

Gregorius Guilmundo

Auersano Episc. dist. 2. Can.

Si consuet.

Si consuetudinem fortassis opponas, aduertendum est quod dominus dicit: Ego sum uia, ueritas et uita, non dixit: ego sum consuetudo, sed ueritas.

Cyprianus lib. Epistolarum. 2.

Epist. 3. ad Cæcilium.

In sacrificio quod Christus instituit, quis dubitat non nisi Christum sequendum esse. Vtque id nos, inquit, audire et facere oportet, quod Christus fecit, quodque faciendum esse mandauit, cum ipse in Euangelio suo dicat: Si feceritis que mando uobis, iam non dicam uos seruos, sed amicos. Et quod Christus de-
beat solus audiri, pater de celo testatur, dicens: Hic
est filius meus dilectus, in quo bene sensi, ipsum audi-
te. Quare si solus Christus audiendus est, non de-
bemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum esse putauerit, sed quid, qui ante omnes est Christus, prior fecerit. Et abrogans uiolatas malas consuetudines. Neque enim, inquit, hominis consuetudinem sequi oportet, sed dei ueritatem, cum per Esaiam prophetam deus loquatur, et dicat: Sine causa autem colunt me mandata et doctrinas hominum docentes.

Christus
solus audi-
endus.

f 3

Augu

CONSVETVDO LONGA
Augustinus in libro de Ba
ptif. paruulorum, Distinct. 8.

Can. Qui contempta.

Sententia
Casti episco
pi cap. 5.
Cōsuetudo
cedat ueri-
tati.

Qui contempta ueritate, presumit consuetudinē sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus ueritas reuelatur, aut circa deum ingratus est, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur. Nam dominus in Euangelio: Ego sum, inquit, ueritas: non dixit: Ego sum consuetudo. Itaq; ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati. Reuelatione igitur facta ueritatis, ueritati cedat consuetudo: quia & Petrus qui circuncidebat, cessit Paulo ueritatem predicanti. Igitur cum Christus ueritas sit: magis ueritatem quam consuetudinem sequi debemus.

Cyprianus ad Iubaianum

de hereticis baptizandis.

Frustra quidam, qui ratione uincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit ueritate: aut non fuerit in spiritalibus sequendū, si melius fuerit à sancto spiritu reuelatum. Et Aug. in lib. 4. de Baptismo eadem uerba recitat. Addit, Hoc plānē uerum est, quia ratio & ueritas, consuetudini proponenda est. Sed cum consuetudini ueritas suffragatur, nihil oportet firmiter teneri.

Augusti

Augustinus.

Vna saluberrima regula tenenda est, ut quae non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uice melioris, ubicunque institui uideamus, uel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitantes, quae non do sectemur, si aliquorum infirmitas nominata impediat, ut amplius detrimentū sit. Si enim eo modo impediat, ut maiora studiorum lucra speranda sint, quam uandae sunt calumniatorem detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud quod etiam de scripturis defendi potest, sicut de Hymnis & psalmis canendis, cum & ipsius domini & Apostolorum habemus documenta, & exempla, & praecepta de hac re tam utilia.

Cyprianus ad Pompeium

contra Epist. Stephani, Dist. 8

Can. Consuetudo.

Nam consuetudo sine ueritate, uetustas erroris est, propter quod relicto errore, sequamur ueritatem: scientes quia & apud Efram ueritas uetustas, sicut scriptum est: Veritas ualet, & inualescit in aeternum, & uiuit & obtinet in seculum.

Cōsuetudo

sine ueritate

erroris

uetustas.

ualet,

& inuale-

scit in aeternum,

& uiuit

& obtinet

in secula

seculorum.

f 4

Augusti

Augustinus Aurelio de co
ercenda temulentia & conten
tione, Epistola. 64.

Cōsuetudo
mala
quomodo
tollenda.

Sed quod erat nunc dolendum, nunc aufrendum
est, non asperè, sed sicut scriptum est: In spiritu leni=
tatis, & mansuetudinis. Nec modo imperioso ista
tolluntur, magis docendo quàm iubendo, magis mo=
nendo quàm minando. Sic enim agendum est cum mul=
titudine peccantium: seueritas autem exercenda est
in peccata paucorum.

Idem Ianuario Epi
stola. 118.

Quod neque contra fidem, neque contra bonos
mores iniungitur, indifferenter est habendum, et pro
eorum inter quos uiuitur societate seruandum est.
Idem de Baptismo contra Donatistas libro quarto, ca
pite sexto. Nec quisquam dicat quod accepimus ab
Apostolis, hoc sequimur: quando Apostoli non nisi
unam ecclesiam tradiderunt, & baptisma unū, quod
non nisi in eadem ecclesia sit constitutum. Idem de do
ctrina Christiana libro 3. ca. 13. Consuetudinem non
esse iusticiam affirmat. Item uide Isychium in Leuit.

Isychius in lib. 4. capite 14. qui dicit, Dogmata mala unà cum
Leuit. autoribus eijcienda esse.

Nicolau

Nicolaus Papa, Ignaro Remensi
episc. Dist. 8. Can. Mala.

Mala autē consuetudo non minus q̄ pernicioſa cō Cōsuetudo
ruptela uitāda est, quæ nisi citius radicitus euellatur, mala abro=
in priuilegiorū ius ab impijs assumitur, & incipiunt gaudē.
præuaticationes, & uariæ præſumptiones, celerrimē
me non compressæ, pro legibus uenerari, & priuile
giorum more perpetuò celebrari.

Augustinus ad Casulanum Presby
terum Distinctione. 11. Con=
suetudinem,

Consuetudinem laudamus, quæ non contra fidem
catholicam nihil usurpare dignoscitur.

Leo Papa Distinct. 11. Can,
Hoc ueſtre.

Hoc ueſtre indicimus charitati, ut ab apostolicis
inſtitutis nullo ulterius recedatis excessu: quia inultū
post hoc esse non poterit, si quisquā Apostolicas
regulas in aliquo crediderit esse negligendas.

Augustinus ad Casulanum
Epistola 86.

In his rebus, de quibus nihil certi statuit scriptu= Cōsuetudo
ra diuina, mos populi dei, uel inſtituta maiorum, pro uerbo diu
lege tenenda sunt. De quibus, si disputare uolueri= no locū da
re debet.

f 5 mus,

mus, & ex aliorum consuetudine alios improbare orietur interminata luctatio, cum utiq; cauendū est, ne tempestate contentiois, serenitas obnubiletur charitatis. Quoniā non inuenimus, in euangelicis & apostolicis literis quæ ad noui Testamēti reuelationē proprie pertinerent, certis diebus aliquibus, euidenter præceptū, obseruanda esse ieiunia, & ideo res quoq; ista, sicut aliæ plurimæ quas enarrare difficile est, inuenit in Ecclesia uarietatis locū. Indicabo tibi, quid mihi de hoc requirenti respōderit, uenerandus Ambrosius (à quo baptizatus sum:) Mediolanēsis Episcopus. Nam cum in eadem ciuitate, mater mea mecum esset, & nobis adhuc cathecuminis, paruū ista curantibus illa sollicitudinem gereret. Vtrum secundum morem nostræ ciuitatis sibi esse sabbato ieiunandum, an Ecclesiæ Mediolanensis more præstandum, ut hac eam cunctatione liberarem. Interrogauit hoc supra dictum hominem dei. At ille: Quid possum inquit, hinc docere amplius, quàm ipse facio? Vbi ergo putaueram nihil cum ista responsione præcepisse, nisi ut sabbato pranderemus. Hoc quippe ipsum facere sciebam, sed ille secutus adiecit: quando hic sum, non ieiuno sabbato, & ad quamcunque Ecclesiam ueneritis, inquit, eius morem seruate, si pati

scant

scandalum non uultis, aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem eiq; suffecit, nec dubitauit esse obediendum, hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniā cōtingit maxime in Africa, ut una ecclesia, uel unius regionis ecclesiæ, alios habet sabbato prædentes, alios ieiunantes: mos eorū mihi sequendus uidetur, quibus eorū populorū congregatio regenda, cōmissa est. Item de Baptis. li. 7 ca. 20. Zosimi sententiā probat Aug. Reuelatione (inquit Zosimus) facta ueritatis cedat errori ueritati. At ille. Veritate liquidius reuelata cessit error ueritati. His itaq; satis cōstat, quomodo oēs omnium ecclesiarū consuetudines sacra scrip. demolitur.

Chrysofomus in Gene. 29

Cap. Hom. 56.

Nam siquidē bonum & utile fuerit consiliū etiam Consuetudinē si consuetudo non sit, fiat: sin damnosum & perniciosum est quod asserimus etiam si consuetudo sit, reijciendū. Reijciendū. si enim uoluerimus prudentes esse, & habere curam nostræ salutis, posimus à mala consuetudine desistere, & in bonā consuetudinem nos reducere, & sic posteris nostris non paruam dabimus occasionem eadem imitandi, & accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab his aguntur.

ECCLĒ

ECCLESIA CATHOLICA VERE
 ra quæ sit, & unde cog-
 noscatur.

Ephes. 5

Viri diligite uxores uestras, sicut
 & Christus ecclesiam dilexit, et
 semetipsum exposuit pro ea, ut illam
 sanctificaret, mundatâ lauacro aque
 per uerbū, ut adhiberet eam sibi glo-
 riosam non habentem maculam ac
 rugam, aut aliquid huiusmodi, ut sit
 sancta & immaculata.

Matth. 16.

Tu es Petrus, & super hanc petrâ
 ædificabo ecclesiam meam, & portæ
 inferiorū non præualebunt aduersus
 eam.

Cant. 6.

Vnica est columba mea, perfecta
 mea, una est matri suæ, de cuius uni-
 cesponsæ Ecclesiæ puritate, quæ ex
 prædestinatis conflata est, dicit scri-
 ptura Ephes. 5.

Chrysoftomus in cap. Matth. 7

Homilia 19.

Ex fructibus eorum cognoscetis eos] Fructus enim
 hominis est confessio fidei eius, & opera conuersatio-
 nis

nis ipsius: Si ergo uideris hominem Christianum, sta Confessio
 tim considera si confessio eius conueniat cum scrip- christi christi
 turis, uerus est Christianus: si autem non est quem- stianū non
 admodum Christus mandauit, falsus est. Iudiciū Chri- nomē facit.
 stianitatis non ad nomen Christi retulit, sed ad con-
 fessionem: quia non nomen solum Christi Chri-
 stianum facit, sed etiam ueritas Christi: quia in
 nomine Christi multi ambulant, in ueritate autem
 eius pauci.

Augustinus ad Bonifacium comi-

tem 23. Quæst. 4. can. Si

Ecclesia.

Si Ecclesia uera est, ipsa est, quæ persecutionem
 patitur propter ea, quæ non fecit: queratur ab Apo-
 stolo quam ecclesiam significabat Sara, quando perse-
 cutionem faciebat ancille, liberam quippe matrē ue-
 ram celestem Hierusalem, id est, ueram dei ecclesiā Ecclesiæ dicitur
 in illa muliere dicitur esse figuram, quæ affligebat finitio.
 ancillā. Item, De consecr. Dis. 1. Can. Ecclesia, id est,
 catholicorum collectio & congregatio.

Chrysoft. in cap. Matth. 24

Homilia 49.

Qui sunt in Iudæa fugiant ad montes. id est, qui
 sunt in Christianitate conferant se ad scripturas. Se-
 quitur

Ad scripturas fugiendū quitur: Et, Quare in hoc tēpore omnes Christianos conferre se ad scripturas debent? Quia in tempore hoc ex quo obtinuit hæresis illas ecclesias, nulla probatio potest esse ueræ Christianitatis, neque refugium potest esse Christianorum aliud, uolentium cognoscere fidei ueritatem, nisi scripturæ diuinæ. Antea enim multis modis ostendebantur, quæ esset ecclesia Christi, & quæ gentilitas: nunc autem nullo modo cognoscitur, uolentibus cognoscere quæ sit uera ecclesia Christi, nisi tantummodo per scripturas. Quare? quia omnia hæc quæ sunt propriè Christi in ueritate habeat, & hæresis illa in schismate. Similiter ecclesias, similiter & ipsas scripturas diuinæ, similiter episcopos, ceterosque ordines clericorum, similiter baptismū, similiter eucharistiā, & cetera omnia. Denique ipsum Christum: uolens ergo cognoscere quæ sit uera ecclesia Christi, unde cognoscat in tanta confusione similitudinis, nisi tantummodo per scripturas? Item ex moribus ipsis prius intelligebatur ecclesia Christi, quando conuersatio Christianorum, aut omnium, aut multorum erat sancta, quæ apud impios non erat. Nunc autem aut tales, aut peiores facti sunt Christiani, quales sunt hæretici aut gentiles. Adhuc autem & maior continentia apud illos inuenitur, quamuis

quamuis in schismate sint, quàm apud Christianos: Qui ergo uult cognoscere quæ sit uera ecclesia Christi, unde cognoscat, nisi tantummodo per scripturas. Sciens ergo dominus tantam confusionem rerum in nouissimis diebus esse futurā: ideò mandat, ut Christiani qui sunt in Christianitate, uolentes firmitatem accipere fidei ueræ ad nullā rem fugiant, nisi ad scripturas. Alioqui si ad alia respexerint, scandalizabuntur, & peribunt, non intelligentes quæ sit uera ecclesia. Consule latius in cap. Mat. 3. Homilia 4. Omnes enim species, &c. Et Hilarium quoque in Auxentium Mediolanensem. Ac primum &c.

Augustinus Leto de contemptu mundi, Epistola 38.

Hæc mater ecclesia toto orbe diffusa, tam uarijs & multiplicibus errorū infestationibus agitur, ut abortiuū iam filij eius aduersus eam infestis armis beligerare non dubitent. Idem de moribus Ecclesiæ catholicæ lib. 1. Idem ad concordiam Ecclesiæ exhortatio. Sic, inquit, eos in isto mundo in quo Ecclesia catholica per omnes gentes diffunditur, quam agrum suum dicit &c.

Pelas

Pelagius Papa 24. Quæst. 1.

Can. Pudenda.

Vna est columba mea, id est, ecclesia & nullam
alian esse constat, nisi que in apostolica radice est
fundata, à quibus ipsam fidem uniuerso orbe proga=
ta esse non dubitari. Itē, De Consecr. Distin. 4. Can.
prima. Igitur. Augustinus ad Neophitos. Propterea,
inquit, sancta & catholica est ecclesia, quia recte cre=
dit in deum.

Augustinus Serm. de omnibus
sanctis.

Catholica mater ecclesia per totum orbem longe
lateq; diffusa in ipso capite suo Christo Iesu edocta
contumelias crucis & mortē non timere, magis ma=
Ecclesiario gisq; roborata est non resistendo, sed perferendo. Idē
borata per in lib. de Gene. ad literam, cap. 1. Mater ecclesia que
ferēdo non catholica dicitur ex ea quia uniuersaliter perfecta
resistendo. est, & in nullo claudicat, & per totum orbem dif=
fusa est: remissa esse penitentibus, & c. Item, De ue=
ra religione.

Lucius Papa 24. Quæst. 21.

ca. A recta, in Glossa.

Ipsa congregatio fidelium hic dicitur ecclesia: ut
de Consecr. Dis. 1. Ecclesia. Et talis Ecclesia nō po=
test

test nō esse: ut suprā. Vna est columba, etc. Nam ipse
dominus orat pro Ecclesia: ut. Dist. 21. Ego pro te, et
uoluntate labiorum suorum non fraudabitur.

Hieronymus in Epistola ad

Philomonem.

Deus ueritas est, ueris tantum apud eum profi=
citur. Certē Hiero. ad eō nō agnoscit, de ecclesia uerē Qui uere
esse, eum qui sanctus non est, ut dicat illum, qui hu= sint in Ec=
iusmodi ecclesiæ inserat, Christum uiolare. Si quis, clesia.
inquit, hominem, qui sanctus nō est, sanctum esse cre=
diderit, & dei eum iunxerit societati, Christum uio=
lat, cuius membra sumus. Hæc sententia tanti proceri
bus ecclesiæ habita est olim, ut decretis Pontificijs in
feruerint. Legitur enim in Canone. Si quis. Quæst. 3.
Nemo tamen ob hæc existimet, negari nobis de eccle=
sia esse peccatores, in futuro siquidem, non modo illa
omni ruga & macula carebit. Eos tantum dicimus
apud Christum non habere de ecclesia ipsius, quibus
dicit olim: Amen dico uobis, nunquam noui uos. Qui
nihil prorsus fidei & dilectionis unquam habuerūt.
Quos tamē oportet nos in ecclesia ferre, donec mani=
festis sceleribus mereantur inde eijci, Vnde Augusti=
nus de Ciuit. Dei, lib. 18. Ecclesia præsens ædificatur
ex bonis & malis, sed coelestis ex electis solum.

Gregorius.

Ordines
nos nõ pxi
mos Christo
faciunt.

Non loca (inquit) uel ordines creatori nostro nos
proximos faciunt, sed aut bona merita nos ei coniun-
gunt, aut mala disiungant.

Hieronymus.

Non est (inquit) facile stare in loco Petri & Pau-
li scilicet, tenere cathedram regnantium cum Christo,
quia huic dicitur : non sanctorum filij sunt qui tenent
loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Dist.
can. Non est.

Bernhardus ad Guiel. abba

tem in Apolog.

Ecclesiarii
luxus rep=

Fulget ecclesia in parietibus, & in pauperibus
eget, suos lapides induit auro, & suos filios nudos de-
serit. De sumptibus egenorum seruitur oculis diui-
tum. Inueniunt curiosi, quod delectentur, & non inue-
niunt miseri, quod sustententur.

Ilychius libro 4. in Leuiticum

Capite 14.

Parietes domus recte dicuntur hi qui eam conti-
nent, id est, ordines diuina dicentium atq; docentium.
Ex his quippe uerè consistit ecclesia, & non sicut

Ecclesia quæ quidam putant, ex lignis atq; lapidibus. Vnde &
bus constat Moyses, quando colligere uidebatur ecclesia non li-

gna

gna & lapides, ceteraq; similia, sed plebem, seniores
leuitasq; conuocabat. Item Chrysostomus. De expul-
sione ipsius, Homilia 20. Nõ est, inquit, in parietibus
ecclesia, sed in multitudine piorum.

Hieronymus ad Euandrum uel Eu-

genium episcopum Dist. 93. Ca. Legimus

Para. Nam & Alexan.

Nam & Alexandria à Marco euangelista. Se-
quitur ilico, Nec altera Romanae urbis ecclesia, alte-
ra totius orbis aestimanda est & Galliae & Britanniae:
nam & Africa & Persis oriens & Iudaea, & om-
nes barbarae nationes unum Christum adorant, & unam
obseruant regulam.

Augustinus.

Ecclesia Christi est non habens maculam, neq; ru-
gam, aut aliquid istiusmodi: qui ergo peccator est ali-
qua sordide maculatus, de ecclesia Christi non potest
adpellari, nec Christo subiectus dici. Possibile au-
tem est, ut quomodo ecclesia Christi, quæ prius ru-
gam habuit & maculam, & immundiciam, & po-
stea restituta est: ita & peccator currat ad medi-
cum, quia non habent opus sani medico, sed male ha-
bentes, ut curentur uulnera ipsorum, & fiant de ec-
clesia quæ est corpus Christi. Item uide Augustinum

g

2

in li=

in libro de Baptismo & 1. Quest. 1. Multa autē etc.
in fine. Item in Dist. 93. legimus, circa medium, ut su-
pra citatum, in his Canonibus fatetur Papa ecclesiam
catholicam esse fidelium multitudinem fide & chari-
tate unitam.

Cyprianus Papa 24. Quæst. 1.

Can. Loquitur.

Inter cætera uerba dicit. Ut ecclesia Christi una
monstretur, quam unā ecclesiā in Cantico quoq; Can-
ticorū spiritus sanctus ex persona Christi designaue-
rat, dicens: Vna est columba & c. Hęc ecclesiæ unita-
tem beatus Paulus apostolus, docet, & sacramentum
unitatis ostendit, dicens: Vnum corpus, & unus spi-
ritus, & una spes uocationis nostræ, unus dominus,
una fides, unum baptisma, unus deus & c.

Articulus catholicus est, quod una est sancta ec-
clesia catholica, de qua male præsciti nō sunt, de quo
in ca. In ecclesia, Dist. 1. Quippe qui sunt eiusdem ec-
clesiæ catholicæ membra, ut in Cano. Vnitas. De con-
secra. Dist. 4.

Augustinus in Ioannem.

Tractatu. 76

Raptores solos si dicam, membra accipitis pos-
sunt esse, non colūbe. Et quod iam citauimus, nō fue-
runt

runt ex nobis, qui fuissent & c. Idem alibi de moribus
Ecclesiæ cath. li. 1. nisi titulus fallat. Zizania etiam in
ecclesia cū ipsa sit regnum Christi, de quo collecturi
sunt angeli eius messis tēpore omnia scandala. Vnde
& Cyprianus martyr, Et si, inquit, uidentur in eccle-
sia esse zizania: nō tamē impediri debet, aut fides aut
charitas. Vestra, ut quoniam zizania esse in ecclesia
cernimus, ipsi de ecclesia recedamus.

Augustinus in proœmio

Psalmo. 64

Ecclesia Hierusalem nuncupatur. Hęc accepit, in-
quit, exordium per Abelē, sicut Babylon per Cain.
Quæ duæ urbes certis temporibus conditæ sunt, quo
declaretur figura duarum ciuitatū, iam olim coceptæ
ru, & in finem huius seculi mansurarum, At in fi-
ne tamen superandarum, cum scilicet segregaturus
est dominus oues ab hœdis. Hic Hierusalem ecclesiā
prædestinatorum, & impiorum conuentum Babylō-
na nuncupat.

EPISCOPI ET OMNES CHRIS-
tiani sunt una ecclesia.

Cyprianus Papa Distinct. 93

Can. Legimus.

Ecclēsiā unam esse patet ex Canticis: Vna est

columba mea, inquit, perfecta mea: et una est matris
sue, electa generatricis sue. hanc ecclesie unitatem bea-
tus Paulus docet, & sacramentum unitatis ostendit di-
cens: Vnum corpus, & unus spiritus, & una spes uoca-
tionis nostre & c. ut supra quoque; auditum. Hoc & 24.
Quæst. 1. quoque; indicat, & sunt uerba eiusdem Cypria-
ni Papæ. Item Aug. super Psalmum 122. Omnes Chri-
stiani sunt ecclesia.

Theophylactus in 1. Corinth.

Epistolam, cap. 1

Non huius illiusue dixit ecclesiam, sed dei. Quid
ergo homines ipsi habetis qui uos tutentur? Quod si
estis ecclesie nomen sortiti, necessarium est ut iuncti
et unanimiter sitis: quandoquidem ecclesia unitas quædam
& conuentio interpretatur & omnium uidelicet, quot
quot ubique; fidelium sunt, inuenit, ut arguat fideles om-
nes unam esse ecclesiam. Ex his & superioribus locis
clarum est Pontifices Rom. & nostrates episcopi non
esse ecclesiam: sed membra tantum (si tamen boni sue-
rint) ecclesie esse & c.

ECCLESIA ERRARE
non potest.

Mat. 24

Veniēt pseudophropheta, et scandalizabūtur
etiam si fieri possit, electi. Vbi nota q. dicit, si
fieri

ECCL. ERRARE NON POT. 103
feriposuit, quasi dicat, Non potest fieri, ut errent ele-
cti finaliter.

Lucius Papa. 24. Quæst. 1

Ca. A recto.

A recto ergo tramite & apostolica fide propter
ullam perturbationem nolite recedere & c. Et paulo
post. Hæc sancta & apostolica mater omnium ecle-
siarum Christi ecclesia, quæ per dei omnipotentis
gratiam à tramite apostolicæ traditionis nunquam
errasse probatur: nec hereticis nouitatibus depræ-
uata succubuit, sed ut in exordio normam fidei Chri-
stianæ percepit ab autoribus suis apostolorum Chri-
stiani, principibus illibata fide tenus manet. Gratianus in
Glossa intelligit sub nomine ecclesie congregationem
fidelium, de hac hic textus loquitur quod non possit er-
rare. Nam ipse dominus orauit pro ea, ut 21. Distinct.
& talis non potest non esse: ut de Consecra. Dist. 1. Ec-
clesia 24. Quæst. 1. Can. Pudenda. Sed certum est, in-
quit, quod Papa errare potest, ut 19. Dist. Anastasius
ultimo. Dist. Si Papa. Hæc hæcenus Gratianus. test errare.

ECCLESIA CORPVS
Christi est.

Quotquot receperunt eum, dedit Ioan. 1.
eis potestatem filios dei fieri.

g 4

Quemad-

Rom. an. 12. Quemadmodum corpus unū mem-
bra multa habet &c.

1. Cor. 6. Nescitis, quod corpora uestra mē-
bra sunt Christi.

Ephes. 4. Hoc corpus omnia dona sua acce-
pit à capite.

1. Cor. 12. Quemadmodum corpus unū est,
& membra habet multa. Omnia ue-
rò membra corporis unius multa cū
sint, unum sunt corpus, sic & Chri-
stus &c.

Augustinus de doct. Christ.

Lib. 1. cap. 16.

Est enim ecclesia corpus Christi, sicut apostolica
doctrina commendat, quæ coniunx eius dicitur. Cor-
pus ergo suum multis membris diuersa officia geren-
tibus, modo unitatis & charitatis tanquam sanitatis
astringit.

Cyrillus in Euang. Ioannis, ca. 17

Libro 11. capite 26.

Ecclesia
corpus
Christi ca-
ptis est.

Idcirco etiam ecclesia corpus Christi facta est, &
nos singuli membra Christi, secundū Paulū Ephes. 5.
Vni enim Christo per corpus suum coniuncti &c.
Quod autem ecclesia corpus à singulis hominibus

t. an =

tanquam membris compositum. Saluator uerò caput
sit, Paulus ostendit dicens: Ephes. 4. Ut iam non
simus paruuli fluctuantes &c. Vide Augustinum ad August.
Bonifacium Comitem de moderate coercendis he-
reticis Epist. 50. Item ad Dardanum Epist. 57. Idem
1. Quæst. 1. Ca. Ut euidenter.

Isychius in Leuit. lib. 2.

Cap. 8.

Corpus autē Christi ecclesia est, & omnis plebs
eius, quod specialiter dicentem Marcum inuenimus.
Et sumens, agens gratias &c.

Augustinus super Ioannem

Cap. ultimo.

Omnibus sanctis ad Corpus Christi inseparabili-
ter pertinentibus, propter huius uite procellosissime
gubernaculum ad liganda, & soluenda peccata, cla-
ues regni cælorum primus apost. Petrus accepit.

ECCLESIAE CAPVT

Christus solus.

ET ipsum dedit caput super om-
nem ecclesiam, quæ est corpus
ipsum ecclesiæ.

Crescamus in illo corpore per om-
nia

g s nia

Ephes. 4

Ibidem

nia, qui est caput nempe Christus.

Coloſ. 1 Sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius.

Ibidem. Ipse est caput ecclesiæ, qui est principium primogenitus.

Coloſ. 2 Qui est caput omnis principatus, ac potestatis.

Ephes. 5 Quoniam uir caput est, sicut Christus caput ecclesiæ est, ipse saluator corporis eius.

Matth. 28. Ecce uobiscum sum usq; ad cõsummationem seculi.

Rom. 12 Quemadmodum in uno corpore membra multa &c.

Esa. 49 Dedit te in lucẽ gẽtium, ut sis salus mea, usq; ad extremum terræ.

August. de Genesi contra Manichæos libro 2. Capite 14.

Dicit enim Apostolus ipsũ esse caput ecclesiæ, & ecclesiam corpus eius. Idem in Sermone de remissione peccatorum. 1. Quest. 1. Ca. Vt euidenter, &c. Inter cetera sic loquitur. Proinde sicut is quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam, & extra corpus eius, cuius caput est Christus.

Cyrillus

Cyrillus in Euang. Ioan.

17. lib. 11. cap. 26.

Quod autem ecclesia corpus à singulis hominibus tanquam membris compositum, saluator uerò caput sit, Paulus ostendit dicens Ephes. 4.

Augustinus Bonifacio Co

miti de moderate coercendis

Hæreticis Epistola. 50.

Proinde Ecclesia Catholica sola corpus Christi, est cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem uiuificat spiritus sanctus. Et ad Dardanum scribit. Quomodo Christus sit ubique Epist. 57. Huius corporis intellige ecclesiæ, cuius caput est Christus.

ECCLESIAE CLAVES,

Verbum domini, non humana

potestas.

EVNTes ergo, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et Marci ultimo: Ite in mundum uniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uerò

non

Matth. ult.

Marci 6.

non crediderit, condemnabitur.

Lucæ 11.

Matth. 23.

Væ uobis legisperitis, quia tulistis
clauem scientiæ, ipse non introiistis: et
eos qui introibant, uetulistis. Hoc di-
co. Verbum domini clauis est, quæ
claudit & nemo aperit: aperit, & ne-
mo claudit, quam promissam habemus
apud Esaiam: Et dabo clauem
domus Iacob super humerum eius,
& aperiet, & non erit qui claudet.

Esa. 22.

Hebr. 1.

Ad Hebreos 1. Portans omnia uer-
bo uirtutis suæ, purgationem peccarum
faciens.

Chrysof. in cap. Matth. 23.

Homil. 4. 4.

Clauis est uerbum scientiæ scripturarum, per
quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Clauicula
rij autem sunt sacerdotes, quibus creditum est uerbum
docendi & interpretandi scripturas.

Augustinus Sermon. 27. de
Sanctis.

Clauis enim dicenda est, qua ad fidem pectora du-
ra referantur, mentium secreta panduntur, &
quicquid intrinsecus tenetur clausum, palam in ratio-
nabili

nabili manifestatione producitur, Clauis, inquam, Clauis
est quæ, & conscientiam ad confessionem peccati quid sit.
aperit, & gratiam ad eternitatem mysterij salu-
taris includit.

Ambrosius de Pœnitentia.

Distinctione 1. Ca. Verbum. Verbum dei dimit- Ambrosii.
tit peccata, sacerdos est iudex: sacerdos quidem su- de Cain &
um officium exhibet, & nullius potestatis uira ex- Abel.
ercet. Item Ambrosius lib. de Cain & Abel: Peccata
per uerbum dimituntur, cuius interpres siue exposi-
tor Leuita est.

Augustinus de Doctrina

Christiana libro 1. cap. 17. & 18.

Quid liberalius & misericordius facere potuit,
qui seipsum nobis quod rediremus substernere uoluit
nisi ut omnia peccata conuersis donaret, & grauius
fixa interdicitæ reditus nostri, p nobis crucifixus euel-
leret: Has igitur clauis dedit ecclesiæ suæ, ut quæ sol- Clauis den-
ueret in terra, soluta essent in cœlo: quæ ligaret in ter dit ecclesiæ
ra, ligata essent in cœlo, scilicet ut quisquis in eccle- sue.
sia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimit-
terentur: quisquis autem crederet, seq; ab his corre-
ctus auerteret, in eiusdem ecclesiæ gremio constitu-
tus, eadem fide atq; correctione sanaretur.

CLAVES.

CLAVES SOLVENDI DA=

te, communesq; Ecclesie.

Matth. 18. Amen dico uobis, quæcunque solueritis super terram, soluta erunt & in cælo.

Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: quodcunque retinueritis, retenta sunt.

Augustinus de uerbis Domini
super Mattheum, Serm. 16.

Amen dico uobis, quæcunque ligaueritis super terram, ligata erunt, & in cælo: & quæcunq; sol=

Soluere & ueritis super terram, soluta erunt, & in cælo. Cæ= ligare inui= pisti habere fratrem tuum, tanquam publicanum, li= cent possi= gas illum in terra, sed ut iuste alliges, uide. Nam in= mus. iusta uincula dirumpit iusticia. Cum autem corre= xeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti il= lum in terra. Cum solueris in terra, solutus erit in cæ= lo. Multum, non tibi, præstas, sed illi: quia multum no= cuit, non tibi, sed sibi. Vide Origenem super Mat= theum Homilia 1. Verè ergo, & c.

Augu=

Augustinus super Ioan.

Tract. 124. cap. 21.

Hoc agit Ecclesia spe beata in hac uita erummo= sa, cuius ecclesie Petrus apostolus propter aposto= latus sui primatum, gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, na= tura unus homo erat, gratia unus Christianus, ab un= datore gratia unus, idèq; primus apostolus: sed quan= do ei dictum est: Tibi dabo clauis regni cælorum: et quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum et in cælis: & quodcunq; solueris super terrã, erit & so= lutum in cælis: Vniuersam significabat ecclesiã, quæ In Petri per= in hoc seculo, diuersis tentationibus, uelut imbribus, sona uniuersa ecclesia fluminibus, tēpestatibusq; quatitur, & non cadit: quo sa ecclesia niam fundata est super petram, unde & Petrus no= significata. men accepit: non enim à Petro petra, sed Petrus à pe= tra: sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Petrus à pe= Christo uocatur. Ideò quippe ait dominus: Super tra, & non hanc petram ædificabo ecclesiam meam, qui dixerat e contra. Petrus: Tu es Christus filius dei uiui, super hanc er= go, inquit, petrã quam confessus es, ædificabo ecclesiã Ecclesia so meã: Petra enim erat Christus, super quod fundamen La clauis à tum etiam ædificatus est Petrus: Fundamentũ quip= Christo ac= pe aliud nemo potest ponere præter id quod positũ cepit, est,

est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo que fundatur in Christo claves ab eo regni caelorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi solvendiq; peccata: quod enim est per proprietatem in Christo ecclesia, hoc est, per significationem Petrus in petra: qua significatione intelligitur Christus petra, Petrus ecclesia.

Cyrillus in dialogo de Trinitate lib. 4.

Et ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, &c. Petram opinor per agnominatorem, aliud nihil quam inconcussa & firmissimam discipuli fidem uocavit, in qua ecclesia Christi ita fundata et confirmata esset ut non laberetur, & esset inexpugnabilis inferorum portis in perpetuum manens. Item alibi de Adoratione in spiritu sancto li. 1. dicit Petrum representare Christum.

Augustinus in lib. de agone

Christiani, cap. 31.

Nec eos audiamus qui negant ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaq; miserum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas ecclesiae claves regni caelorum, ipsi eas de manibus amiserunt.

Theo

Theophilact. in Matth.

Cap. 16

Et dabo tibi claves regni caelorum, &c. Tanquam Deus magna potestate dicit: Dabo tibi sicut enim pater dedit tibi reuelationem, sic ego claves. Claves autem intelligas, quae ligant, & solvunt, hoc est, delictorum uel indulgentias, uel poenas. Habent enim potestatem remittendi & ligandi, qui sicut Petrus episcopatus gratiam assequuti sunt. Quamuis autem Petro soli dictum: Dabo tibi: omnibus tamen & Apostolis concessa sunt, Quomodo? quum dixit: Quorumcumq; remiseritis peccata, remittuntur. Etenim quum dixit: Dabo, futurum tempus signat, hoc est, post resurrectionem, &c.

Augustinus de fide ad Petrum

Diaconum lib. 1.

Poenitentia peccatori tunc prodest, si eam in ecclesia catholica gerat. Cui ecclesiae uidelicet, Deus in persona beati Petri ligandi solvendiq; tribuit potestatem, dicens: Quae alligaueritis super terram, erunt ligatae & in caelis: & quae solueritis super terram, solvendiq; erunt soluta & in caelis.

Theophilact. in Matth.

Cap. 18.

b

Amen

114 CLAVES SOLVENDI ET

Amen dico uobis, quæcumq; alligaueritis super terram. Si tu, inquit, offensus: habes eum qui te iniuria affectus, sicut publicanum & gentilem, erit ille & in cælo talis: si autem solueris eum, hoc est, ignoueris, erit ei & in cælo condonatum. Non enim solum quæ soluunt sacerdotes, sunt soluta: sed quæcumq; & nos iniuria affecti, uel ligamus, uel soluimus, & ipsæ erunt ligata uel soluta.

Augustinus in Euangeliū.

Ioan. Tractat. 50. cap. 12.

Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia: si autem & in ecclesia fit, ut quæ in terra ligantur in cælo ligentur, & quæ soluantur in terra, soluantur in cælo: quia cum excommunicat ecclesia, in cælo ligatur excommunicatus: cum reconciliatur ab ecclesia, in cælo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in ecclesia fit, Petrus quando clauas accepit, ecclesiam sanctam significauit. Idem alibi undecima

11. Quest. Questione 3. can. Illud plane, & c. Spiritus sanctus 3. cap. Illud enim habitat in sanctis, per quæ quisq; ligatur aut soluitur, immeritā nulli ingerit pœnā, per eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris: quando per a peram agit, pax ecclesiæ dimittit peccata, & ab ecclesia

LIGANDI ECCL. DATAE. 115

eclesiæ pace alienus tenet peccata, non secundam arbitrium hominum, sed secundum arbitrium Dei petra tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimittit. Gratianus in glossa dicit: Pax ecclesiæ, id est, spiritus sanctus, petra Christus, columba ecclesia.

Hilarius de Trinitate

Libro 6.

Petro reuelauit pater ut diceret: Tu es filius dei. Super hanc igitur confessionis petram, Ecclesiæ edificatio est. Hæc fides ecclesiæ est fundamentum. Hæc fides regni cælestis habet clauas. Hæc fides quæ in terra soluerit aut ligauerit, & ligata sunt in cælis et soluta. Hæc fides paternæ reuelationis est munus. Paulò post. Sin uerò hæc sola fides confessio Christum filium dei omnium beatitudinum gloriam meruit in Petro, necesse est ut ea quæ creaturam potius ex nihilo confitebitur, clauas regni cælorum non adeptæ, extra fidem ac uirtutem Apostolicam constituta, nec ecclesia sit ulla, nec Christus.

Ilychius in Leuit. libro 3.

Capite 16.

Tu es Petrus, & super hanc petram. Ecce est locus apud me, stabis super petram, id est, ecclesiam,

h 2 et con

et confessionem quæ in eo est, cum fide dicens: cunctis
transibit gloria mea &c.

Augustinus Retract. lib. 1.

Cap. 21.

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo
ecclesiam meam. Ut super hanc intelligeretur, quem
confessus est Petrus, dicens: Tu es filius dei uiui, ac
si Petrus ab hac petra appellatus, personam ecclesie
figuraret, quæ super hanc petram ædificatur. Non
enim dictum est illi: Tu es petra, sed tu es Petrus, et
accepit clauis regni cælorum: petra autem erat Chri-
stus, quem confessus Simon sicut eum tota ecclesia cõ-
fiteatur, dictus est Petrus.

Origenes.

Cunicunq; inquit, uestigia Petri imitantur
habent recte ligandi, et soluendi potestatem. Et
quæ sunt uestigia Petri, nisi excellentior uia cha-
ritatis? quam exactissime expetebat ab eo dominus,
cum percontabatur ingeminando: Simon diligis me
plus his &c.

Augustinus super Ioannem

Ecclesie clauis explicat, charitatem per spiritum
sanctum in cordibus filiorum regni diffusam. Eccle-
sie, inquiens, charitas, quæ per spiritum sanctum diffusa
dicitur

dicitur in cordibus eorum, qui participes sui sunt pec-
cata dimittit, eorum qui non sunt, tenet.

Iam qui uerè est Christianus, et ecclesie filius, ha-
bet ecclesie caput, et patrem et Christum. Habens modo etiã
autem Christum habet charitatem: Deus enim chari-
tatis est: habet igitur secundum Augustinum potesta-
tem ligandi et soluendi in sacramento quoque. Solue testatem li-
re enim est, contra rem charitatis similitudine in con-
fortium recipere. Ligare autem, dissimilitudine à con-
fortium excludere. Et quoniam sc in consortium simi-
litudinis recipere pietatis magis sit quàm autoritatis
quis uerè Christianorum nullo uel sexu uel conditio-
ne prohibetur, ut ait Basilius, ligare et soluere. Nam
Christianus spiritu sancto plenus, si secundum traditio-
nem Christi, et Euangelij ministret proximo, siue fi-
dei uerbum, siue charitatis exemplum, aut mysteria
gratiæ, aut præcepta salutis, et auditor fideliter ac-
cipiat reuera fidei, doctrine, et pietatis minister, qui
à foris dei cooperator est, soluit et ligat in terra, so-
luta et ligata in cælis: sed ministerio non imperio.
Quomodo enim unus est qui baptizat in spiritu san-
cto auctoritate et imperio (ut Augustinus super Io-
annem late Sermone quarto disserit) sic unus tantum
qui ligat et soluit, ut ait Ambrosius: Verbum dei

August. su dimittit peccata, sacerdos est iudex: sacerdos quid em per Ioan. officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura ex= Sermon. 4 ercet. Idem ait ille solus peccata dimittit, qui solus de peccatis nostris mortuus est. Idem in primam Co = Peccata di= rinth. capite . 1. peccata autem dimittere, & spiri = mittere so= tum sanctum dare, solius est dei. Si ergo affectum lius est dei. salutis deus dedit, nulla gloria in hac re hominis est. Hæc ille.

Augustinus contra Aduersarium

Legis, & Prophet. lib. 1. cap. 17.

Claves quippe regni cælorum sic dedit Christus ec= desia, ut non solum diceret: *Quæ solueritis super ter ram, erunt soluta & in cælis.* Vbi apertissime bonum, non malum pro malo reddit ecclesia: uerum & ad= git: *Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata, & in cæ lo: quia bona est & uindicandi iusticia.*

Beda Presbyter in 1. Corinth. 2.

Capite 15.

Certiores sunt claves ecclesie, quam corda regum, quibus clauibus quodcumq; in terra soluitur, etiam in cælo solutum promittitur: & multa est honestior hu= militas, qua se quisq; humiliat ecclesie dei: & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis peri= culo mors æterna uitatur.

ECCLE=

ECCLESIA AEDIFICATA

super petram, non super Petrum.

Chrysostr. Serm. 21. De

Penthecoste.

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt a uersus eam. Super hanc petram, non dixit super Pe trum: non enim super hominem, sed super fidem Pe= tri ædificauit ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius dei uiui. Petram uocauit ecclesi am, fluctus suscipientem, & non titubantem. Etenim ecclesia tot suscepit tentationes, non tamen uincitur. Quid est super petram? est super confessionem, su= per sermones pietatis.

Beda in primam Corinth.

Capite 1.

Ego dico tibi, tu es Petrus & cæ. Quia enim Christus petra. Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est. Ideo Petrus à petra, non petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, Ecclesia sed à Christo Christianus uocatur. Tu es ergo, in= fundamen= quit, Petrus, & super hanc petram, quam confes= tum Chris= sus es: super hanc petram, quam cognouisti dicens: stus.

b 4 Tu

Tu es Christus filius dei uini, aedificabo ecclesiam meam, id est, super meipsum filium dei: aedificabo ecclesiam meam, super me aedificabo te, non me super te. Nam uolentes homines aedificari super homines dicebant: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cepha, ipse est Petrus. Alij uero, qui uolebant aedificari super Petrum, sed super petram, dicebant: Ego autem sum Christi. Apostolus autem Paulus, ubi cognouit se eligi, & Christum contemni: Diuisus est, inquit, Christus? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, ut Petrus aedificetur super petram, non petra super Petrum. Haec & August. de uerbis Domini in Matth. Sermon. 13.

Paulus Diaconus Roman.

Rerum lib. 23.

Tharasiij uerba sunt. Ille fatetur ecclesiam super petram Christum deum aedificatam esse, et fundatam fateturque; etiam quod neque Imperator, neque sacerdos, neque principes, nec hominum multitudinem poterit eam eripere in die domini Iesu Christi.

Chrysostronus in cap. Matth. 7.

Homil. 20.

Christus

Christus enim sapiens est uir, qui aedificauit domum suam, id est, ecclesiam supra petram, id est, fortitudinem fidei. Nam & fortitudo fidei petra dicitur, propter quam Simon Petrus dictus est, ad quem dicit dominus: Tu es Petrus &c.

ECCLESIAE IVSTVS VSVS opum qui.

Ambrosius libro de

Officio.

Avrum ecclesia habet non ut seruet, sed ut erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri & argenti de templo domini Assyrij sustulerunt? Nonne melius conflatur sacerdos pro alia monia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quam si sacrilegus contaminat, & asportat hostis? Ad quod facit textus certe Imperatore dignus in L. Sancimus. C. De sacro. eccle. Facultates etiam ecclesiae non proprias, sed communes esse dixit, Ca. Expedit. Et Canon Res ecclesiae 12. Quaest. 1.

Ecclesiae bona pauperum sunt.

Urbanus Papa 12. Quaest. 1.

Canon. Res ecclesiae.

Res ecclesiae non quasi propriae, sed ut commu-

nes &

nes, & domino oblatæ, cū summo timore non in alios
quàm in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ. Simi-
liter in Canone, Expedit dicit Propper. Non enim
proprie sunt, sed communes ecclesiæ facultates &c.

Chrysoströmus de Sacerdo-
tio Libro 3.

Magna igitur prouisione opus est ut ecclesiæ faci-
cultates, neq; redundet, neq; rursus desint: sed quæ ec-
clesiæ erogantur, continuo indigentibus sunt disper-
tienda. Caterum in subditorum animis ac beneuolen-
tia ecclesiæ thesauri collocandi. Item ecclesiæ thesau-
rus olim qualis & quibus debebatur, uide Chrysostrō-
mum in Mat. 26 cap. Homilia 86.

Idem in caput Matth. 25.

Homilia 81.

Pauperib; Ita & tu si præparasse quosdam uasa uideris sa-
debetur tē- cra, aut ornatum quendam alium circa parietes ec-
plorū orna- clesiarum, & pauimenta confecisse, noli reprehē-
menta. dere aut uenundari iubere quod factum est, ne ani-
mum eius qui fecit perturbes: sin uerò antequam fe-
cerit te consuluerit, pauperibus offerre iubeto. Et
inter alia uerba inquit. Hæc ornamenta ecclesiæ sunt,
isti conuenientes thesauri, qui & nobis faciliorem ui-
tam,

tam, & nobis fructuosiorē præbere possunt, imò ue-
rò nobis non paruam quoq; afferent utilitatem.

ECCLESIAE PRIMATVS

ministerium, non do-
minium.

Ministri eius cui credidistis, & ut-
1. Cor. 3
nicuiq; sicut Dominus dedit:
Dei enim sumus adiutores.

Nō enim nosmetipsos prædicamus,
1. Cor. 14
sed Iesum Christū dominū nostrum:
nos autem seruos uestros per Iesum.

Sed in omnibus exhibeamus nos-
2. Cor. 6
metipsos sicut deī ministros.

Qui idoneos fecit nos ministros no-
3
ui Testamenti nō literę, sed spiritus.

Sic nos estimet homo ut ministros
1. Cor. 4
Christi, & dispensatores mysterio=
rum deī.

Nō quod dominemur fidei uestre,
2. Cor.
sed adiutores sumus gaudiij uestri.

Cōparticipes promissionis in Chri-
1. Ephe. 3
sto Iesu, per Euangeliū, cuius factus
sum ego minister, secundum donum
gratiæ deī.

Cuius

Col. 1

Matth. 28

Luce 9.

Cuius Euangelij factus sum minister ego Paulus. Principes gentium dominantur illis, &c. Non ita erit inter uos, sed quicumq; uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus: & qui uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester minister. Itē 22. Lucæ. Mar. 10. Ecce ego mitto.

1. Pet. 5

Pascite, quantum in uobis est gregem Christi, curā illius agentes, non coacte, neq; ceu dominiū exercentes in cleros: sed sicut sitis exemplaria gregis. Et Actor. 20. uide cap. 2. Cor. 10. & 13. Quoniam accepit in ædificationem, non in destructionem, potestatem.

Augustinus 8. Quæst. 1. Can.

Qui episcopatum.

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus: quia nomen est operis non honoris. Episcopus enim idem quod superintendens, Episcopi superintendentes. Item in Dist. 11 cap. Cleros.

Chry-

Chrysoströmus Sermo de

Anathemate.

Nōne præceptum habemus, ut pro inimicis & qui nos oderunt & persequuntur precemur? Eia quā probè implemus ministerium? en obsecro ordi natio non effert, non in sublime extollit, non potentiā præstat. Omnes eundem spiritum accepimus, omnes in adoptionem filiorum uocati sumus: quos autem probauit pater, eos fratribus in potestate seruire uoluit. Eia ministerium nostrum curemus: obsecramus & contestamur uos, ut à tanto malo desistatis. Vide Chrysoströmū de Sacerdotio lib. 3. Item in actū Apostolorum, Homilia 3. Episcopatum ambiētes Cain similes. In Matth. 20. Homilia 25. & 3. In caput ad Titum 1. Homilia 1.

Hieronymus ad Nepotianum

Dist. 95. Can. Esto.

Episcopi sacerdotes sciāt se ministros esse nō dominos. Et infra subdit: Recordemur semper quod apostolus Petrus præcepit sacerdotibus: Pasci enim qui in uobis est gregē domini præuidentes nō coacte, sed spontaneè secundum domini præceptum: non dominātes in cleros, sed forma facti gregis ex animo, &c.

Bern-

Bernhardus in epist. ad Eugenium

Papa, Epistola 237

Si Christus te misit, estimabis tibi non ministrari sed ministrare uenisse: & ministrare non solum substantiam, sed ipsam quoque animam sicut praefatus sum. Verus successor Pauli dicet cum Paulo: Non quod dominemur fidei uestrae, sed adiutores sumus gaudij. Petri haeres audiet Petrum dicentem:

Neque ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis.

Ioannes Papa 23. Quaest. 8. Ca.

De Episcopis.

De Episcopis uero uel quibuslibet clericis, quod nec sua autoritate, nec autoritate Romani Pontificis arma arripere ualeant, facile probatur. Cum enim Petrus qui primus Apostolorum à domino fuerat electus: audiuit, conuertit gladium tuum in uaginam, &c. ac si aperte ei diceretur: haec tibi tuisque praecessoribus inimicos dei gladio corporali licuit persequi: demceps in exemplum patientiae gladium tuum, id est, tibi haec concessum in uaginam conuertit: et spirituale tantum gladium, quod est uerbum dei in mactatione ueteris uitae exerce, &c. Itē Ambrosius arma Episcopi lachrymae sunt & orationes. Item sequens Canon declarat. Nimirum.

Ibidem

Ibidem Can. Reprehensibilem.

Militum Christi est Christo seruire: milites uero seculi seruiant seculo, secundum quod scriptum est: Nemo militans deo implicet se negocijs secularibus. Quod si seculi milites militiae student, quid ad episcopos & milites Christi, nisi, ut uacent orationibus. Ex hijs nunc clarum est non licere episcopum simul & principem agere. Item quod non liceat episcopo intendere uel operam dare uenationi, Distin. 34. Can. Quorundam.

Chrysof. de uerbis Esaiae, Vidi dominum, Homilia 4.

Sacerdotis tantum est arguere, liberatque praestare admonitionem, non mouere arma, non clypeos usurpare non uibrare lanceam, nec iacula mittere.

Hieronymus ad Oceanum.

Si quis episcopatum desiderat, &c. Opus, non dignitatem: laborem, non delicias: opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio &c.

Origenes in Esaiaam

Homilia 7.

Bonum est non proflire ad eas quae à deo sunt dignitas, & principatus & ministeria ecclesiae, sed

Ambros.

Episcopi
militaribus
negotijs ne
se implicet.
= oratio=
episcopum
epi
Distin.
= Vidi
Sacerdotis
est arguere
non mouere
arma.
Episcopus
opus et mi-
nisterium non
dignitas.

sed imitari Moysen, & dicere cum eo: provide alium quem quem mittas. Neque enim ad principatum ecclesiae uenit, qui saluari uult eisi praest, sed ad seruitutem ecclesiae, si oportet dicere & de Euangelio: Principes gentium qui dem dominantur eis, & qui potestatem habent in illis, magistratus uocantur. Non sic erit in uobis: nec enim dominantur principes in uobis, sed qui uult uestrum fieri maior, erit omnium minimus. Qui uult esse primus, erit omnium nouissimus. Qui uocatur ergo ad episcopatum, non ad principatum uocatur, sed ad seruitutem ecclesiae totius. Si uis credere de scripturis, quia in ecclesia seruus sit omnium qui praest, suadeat tibi ipse saluator & dominus, qui talis tantusque factus est in medio discipulorum, non quasi discumbens, sed quasi ministrans. Accipiens enim linteam, postquam exutus est uestimentis, &c. Et docens quales oporteat esse principes tanquam seruos, ait: Vocatis me magister & domine, & cetera. Et Paulus ait: Facti sumus paruuli in medio uestrum, &c.

Hieronymus ad Titum. Dist. 93

Can. Olim idem.

Idem est ergo presbyter, qui episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & dicere=

diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, Episcopi & ego Cephæ, communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam uero unusquisque eos quos baptizauerat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis non scripturarum, sed nostram esse sententiam, episcopum & presbyterum unum esse, & aliud aetatis, aliud esse nomen officij, relegat Apostoli uerba ad Philippenses dicentis: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconis. Gratia uobis & pax, & reliqua. Philippis una est urbs Macedoniae, & certe in una ciuitate plures ut nunquam Philippis cupantur episcopi esse non poterant: sed quia eosdem urbs Macedoniae episcopos illo tempore quod & presbyteros appellabant: propterea indifferenter de episcopis quasi de presbyteris est locutus. Adhuc alicui uideatur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In Actis apostolorum scriptum est, quod cum Apostolus uenisset Miletum, miserit Ephesum, & uocauerit presbyteros ecclesiae eiusdem, quibus postea inter cetera sic locutus: Attendite uobis, &c.

Et hic diligentius obseruate, quomodo unius ciuitatis Ephesti presbyteros uocans, postea eosdem episcopos dixerit. Et Petrus qui ex fidei firmitate nomen accepit, in epistola sua loquitur, dicens: Presbyteros ergo in uobis obsecro compresbyter, &c. Hæc propterea, ut ostenderemus apud ueteres eosdem fuisse presbyteros, quos & episcopos, paulatim uerò ut dissensionis plantaria euellerentur, ad unum omnem sollicitudinem esse delatam. Idem ad Euagrium, & ad Timoth. cap. 3

PONTIFICVM ROMANORUM ambitio de Pontificatu quando cepta.

Damasus eius nominis primus, Hispanus Iulij temporibus fuit. Platina. Eusebius ait, temporibus Valentiniani & Valenti fuisse. Damasus ille magna suffragiorum disceptatione eligebatur, quia Vrsicinus diaconus (quæ alij Vrsinū uocant) tum Pontificatū ambiebat quoq;. Ambitio namq; Pontificatū animos subire cœperat, ut non solū suffragijs, sed etiam cruentis armis in Sicinij basilica pro Pontificatu impetrando decertatū est. Damasus autē repudiato Vrsinico, magno Cleri plausu Pontifex eligitur. Sabellius. Eccle. Hist. lib. 11. cap. 10 autores sunt.

Sic

Sic Bonifacius eius nominis primus, patria Romanus, patre Iucundo presb. & uero natus, Honorij tēporibus fuit. Platina. Electo Bonifacio seditio in Clero orta Pontifex factus est, dum Bonifacius in basilica Iulij creatur pontifex, aliter nomine Eulalius in basilica Cōstantiniana teritur. na eligitur, qui Bonifacio obijciatur. Honorius Imperator seditione motus, & uxoris & filij hortatu instigatus, utruq; urbe eiecit. Septimo autē mense Bonifacius reuocatur, & solus Pontifex constituitur. Chron.

Symmachus eius nominis primus, magna Cleri discordia creatus est Pontifex, & tanto tumultu auit, ut cruor utruq; fusus est, ita de seuitum est, ut etiam factiones in sacras uirgines ferrū stringerent. Faustinus uerò consul seditionem tandem compefcuit. Platina. Sabellicus.

Bonifacius secundus, Romanus, Iustiniano imperante, clero inter se dissentiente non sine acri contentione creatus est Pontifex. Seditio 28 diebus feruebat. Platina.

Gregorij eius nominis primi, & Magni tempore contentio fuit de primatu inter Romanam & Constantinopolitanam ecclesiam. Ioannes Constantinus episcopus in Græcorum synodo.

pro uniuersali Patriarcha proclamatus fuit. Mauri-
tius uero Imperator uoluit ac madauit Gregorio eius
nominis 2. Rom. ac Pontifici obedire Constantinopo-
litano patriarcha. Gregorius uero contra probas Pe-
tro clauis traditis esse Romae. Rom. sedem redigi in
seruitute Constantinopolitani episcopi non est passus.
Platina. Vide quoq; lector Gregorij pont. 32 epistolā
ad Mauritium Imperatorem, & 38 ad Ioannem Pa-
triarcham.

Ecclesia nū Bonifacius eius nominis tertius, Romanus, a Phoca
q̄ episcopū Imperatore contentione obrinuit, ut Romana sedes
Ro. accepit haberetur, ac diceretur caput omnium ecclesia-
rum: Atque sic Constantinopolitana ecclesia ambitio-
li capite ec- so titulo primatus, priuata est, quae se primam alia-
rum Ecclesiarum scribere solebat. Rationes quibus
ubring; pro suarum ecclesiarū primatu concertationem
fit, reperies apud Platina. Paulum Diaconū lib. 4.
Cap. 11

Ro. episco= Leo secundus, natione Siculus, Raenmates praesu-
pus Raen les, qui Exarchorum auctoritate freti haecenus nole-
bant Romano pontifici parere, sed pares esse, su-
lis. begit. Statuitq; ne Raenmatis cleri electio ua-
leret nisi Pontifex approbaret. Platina autor est.

Cum

Cum eò uentum esset, ut honos sit episcopū agere
& non omis, tunc certant ambitione & largitione
capita (si dijs placet) ecclesiae dei. De hoc uide de
Sergio eius nominis primo, natione Syrus fuit is,
imperante Iustiniano eius nominis secundo. Nam qui-
dam Theodorum presbyterum, quidam Paschalem
Archidiaconum elegerant. Platina haec. Item, de ele-
ctione Cononis eius nominis primi acris contentio ex-
orta fuit.

Sergius eius nominis secundus, Romanus, sub Lo Pötificū no-
tario imperatore Pontificatus praesuit. Primum di- minū sub
ctus fuit Os porci, ob appellationis turpitudinem, no Sergio mu-
men mutauit, & appellauit se Sergium, & ab illo tio cepta.
de electis Pontificibus mos fuit nomen mutare, & ap-
pellare se nomine maiorum suorum Pontificum. Pla-
tina. Sabellicus. Nauclerus. Volaterranus haec.

Iustinianus Imperator Constantinum eius nomi- Primus qui
nis primum, natione Syrum, papā Constantinopolim osculatur
uocans, erratorum, suorum ueniam petijt, quo cum pedes Papae
uentū esset, Imperator Pontificem non solū amplecti-
tur sed etiam uenerabūdus illius pedes exosculatur.
Platina. Nauclerus haec.

Stephanus eius nominis tertius, natione Siculus,
professione monachus, tempore Constantini quarti

Caroli Magni in Pontificatu sedit, strenuus Pontificia autoritatis & rerum ecclesiasticarum defensor fuit. Platina.

Hadrianus eius nominis primus, patria Romanus & temporibus Caroli Magni in Pont. sedit, uir ad tuendas res ecclesiasticas minime piger. Hæc Platina Deq; cõtentione Papæ Formosi & Sergij cõsule Abbatem Vrßpergensẽ, & Sabellicum.

Gregorius eius nominis primus, & cognomento Magnus scripsit, Seruus Seruorum. Chron.

Eugenius eius nominis secūdus, sub Ludouico Pio põtificio minere functus est. Electus est nõ sine discordia electorum: habuit nanq; Zinzinus suffragia ad dignitatis Pontificatum.

Crescētius
cõsuloscula
tur pcedes
Pont.

Crescentius Romæ urbis consul osculatus est pcedes Pontificis Ioannis eius nominis 17.

Zacharias eius nominis secundus, ueteris beneuolentiæ memor, quæ Rom. Pontificibus cum familia Pipini intercesserat, & sperans fe auxilia ea ratione paraturũ contra Casarem, autoritate sua Pipino regnum Franciæ iure hereditario decernit. Anno à nato Christo. D C C L V. Childe ricus cui regnũ Franciæ debebatur, Pontificis iussu capillo tonso monasterio includi. ur.

Stea

Stephanus eius nominis secundus, sub Constantino quarto sedit in Pont. Huius Pontificis tẽpore magistratus Exarchatus in Italia cessauit, qui à Narsetis eiectione durauerat annis C L X X V, de iureq; fuerat Imperatoris: Per Pipinum autem ablatus Imperatori donatus est Romano Pontifici. Diuisus autẽ Exarchatus fuit in duas regiones. Pentapolim, & Amiliam. Pentapolis V. urbes habuit, Rauennã, Cesenã, Classẽ, Forum Liuij, Forũ Pompiliij. Aemilia comprehendit Bononiã, Rhegium, Parmã, Placentiam Mutinam, & quicquid terrarum est à Placentinorũ finibus. Ticiniensiumq; ad Adriani usq;: & rursus à Venetis Areminũ usq;: ad has Exarchatus partes Pipinus Pontifici dedit, Ariminum ad mare, Conchã Pisaurũ, Phanum Fortunæ, Vrbinũ, Eugubiu, et alia loca in Flamina, & Piceno agro, et plerasq; alias urbes, quas Pius II. enumerat. His rationib. querẽdi auxiliũ à Franco rege, Imperium ad Francos translatum est, quod Leo Pont. postea confirmauit. Pl. Nau.

Exarchat9
ablatus Im=
peratori p
Pipinum et
donatus Ro
mano Pon.

Hadriano, eius nominis, primo, Romano Pontifici dono dedit Carolus hæc. A Luna urbe quicquid Caroli dono Liguria ad Italiæ fines usq; continet, Corsica insula natio Rom. Surianum, mons Bardonis, Bercetum, loca inter Lu Pontifici, eam & Parmã, ad pontem Tremulum pertinentia,

i 4 Parma,

Parma, Regium, Mutina, Mantua, mons Felicitis, & alia que ad Exarchatū Rauennatem pertinent, Venetia, Histria, ducatus Foroiuliensis, ducatus Spoletanus, & Beneuentatus. Rursum auore Hadriano Concilium congregauit. In hoc Concilio tradita est Carolo Magno potestas eligendi Romanū Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem: data est etiā patricia dignitas, & ius conferendi dignitatem patriciatu. Item concessum est, ut singulis prouincijs Archiepiscopi & Episcopi inuestituram à Carolo reciperent. Item ne episcopus consecratur, nisi à Carolo inuestiatur. Quod si uerò quis contra hoc decretum egerit, Concilium decernit eum reum anathematis, & nisi resipiscat, iubet eius bona publicanda, & ipsum exilio multandum esse. Plana Naucle. Pius eius nominis secundus. Sabellius & c.

Carolus Francofordiæ ad condemnandā Feliciam hæresim Synodum indixit episcoporum Francorum & Germanorum. Ex hoc liquet Cæsarem potestatem habuisse indicere Concilium. Sed Nicolaus eius nominis primus Imperatores & seculares principes decreto exclusit ab omnibus Clericorum Concilijs, nisi quando causa agerentur de fide. Item, Marcellus

Inuestitura
nō episcopi
est sed Cæ-
saris.

Electio. ius
hoc tēpore
adēptū est
Constantino
politano im-
peratori.

Marcellus Pont. ne Concilium sine peculiari Pontificis autoritate haberetur, statuit. Chron.

Leo eius nominis tertius Hadriano in Pontificatum surrogato statim misit ad Carolum clauēs S. Petri, urbis uexillum, petens ut Romanum populum Papæ sacramento fidei dato subijceret. Carolus gratiam Leonis relaturus, misso Abbate Agilberto Rom. populū iuramento cōfirmavit Rom. Pontifici. Is Carolus Magnus postquam à Leone in Imperatorem coronatus fuerat, & eius electio in crebruerat, non uoluit Imperatoris titulum suscipere, nisi (sancto fœdere) Constantinopolitanus Imperator consentiret.

Leo Pontifex tertius ius eligendi Rom. Pontificē ordinandi Romanam sedem, & concedendi inuestituras Episcopis & c. ut Hadrianus primus Carolo concesserat, ratum habuit. Stephanus autem eius quartus Ludouici pietate animaduersa, fingens ius Carolo, et successoribus eius datum, plurimum mali secum trahere, obrogat pronunciatq; ius eligendi Pontificis debere esse penes Clerum, Senatū, populūq; Rom. Ne uerò Imperator suum ius assereret ui, addidit decreto Hadriani primi & Leonis interpretationem, Pontificem Rom. eligere licere sine Imperatoris autoritate, sed non licere consecrare sine præsentia Cæ-

Rom. popu-
lus subditur
Rom. Pon-
tifici.

Inuestiturā
episcoporū
quando Pa-
painuasi.

faris, uel Cesarianorum legatorum. Post hæc tempo-
ra Imperatorib. inuicis electionem Pontificis, & Inue-
stiturâ episcoporum Romana sedes sibi usurpauit.

Donatio
Ludouici
Pij.
Ludouicus Pius, nimium desferens Romanæ sedi,
autoritatem ab Hadriano Carolo Magno datam, cre-
andi Pontificem, & eligendi Episcopos, clero & po-
pulo contulit. Illam tantum prorogatiuam Imperato-
ribus seruans, ut electus & cōsecratus Pōtifez ad sta-
bilitandam amicitiam Legationē mittat regibus Fran-
corum. Distinct. 63. cap. Ego Ludouicus. Pla. Pius.
II. Naucle. Sabell. &c.

Roma ple-
ne cesit in
potestatem
Papæ.
Antigraphum descriptum ex uetusto libro in ua-
ticana Bibliotheca de donatione Ludouici Pij quæ fa-
cta est Paschali sedente in Pontificatu. Ego Ludouicus
Imperator, concedo tibi beato Petro principi Aposto-
lorum, & uicario tuo domino Paschali summo Pon-
tifici, successoribusq; eius in perpetuum ciuitatem Ro-
mæ, cū sua iurisdictione, omnibusq; circa terris, ci-
uitatibus, portibus, ac maritimis locis Hætruriæ, in
ea deniq; mediterranea urbem ueterē, balneo Regiū,
Viterbium, Soanæ, Populoniam, Rosellas, Perusiū,
Maturanum, Sutrium, Nepe. Versus, Campaniam,
Ananiam, Signiam, Ferentinum, Alatrum, Patricum
Fensinonum cum omnibus circa oppidis & uicis, nec

non

non Exarchatum Rauennæ integrum. Sicut piæ re-
cordationis Carolus pater, & item Pipinus auus no-
ster, beato Stephano dudum concessere, uidelicet Ra-
uennam, Bouium Aemiliani, Forum Pompilij, Fo-
rum Liuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariā,
Comaculum, Adrianam, Ceruiam. In Marchia, Pisauriæ
Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum, Numama-
nam, Esum, Forum Sempronij, Ferretum, Urbiniū,
Territorium, Valnense, Callium, Luceolos, Eugubi-
um. In Campania, Soram, Arquinum, Arpinum,
Theonum, Capuam. Patrimonia quoq; ad nostram
pertinentia ditionem, Beneuentanum, Salertinanum,
Calabria inferioris et superioris, ac Neopolitanum,
ducatum insuper Spoletinum, Tuderotriculum, Ner-
uiam, reliquasq; eius ditionis ciuitates. Insulas quo-
que inferi maris, Corsicam, Sardiniam, Siciliam, quæ
omnia piæ memoriæ Pipinus auus, deinde Carolus ge-
nitor noster, per Atherium, & Meynardum Abba-
tes, hoc sponte missos, beato Petro, eiusque successo-
ribus scripto concesserunt: nos item probamus,
atque concedimus. Præterea summi Pontificis delat-
gendi Romano Concilio potestatem esse uolumus,
modo sine discordia fiat, ac post consecrationē Legati
ad nos, successoresq; nostros reges Francorū concili

an. de

andæ charitatis & amicitie causa mittantur. Sicut t̄
poribus Domini Caroli attavi, & Pipini aui, & po-
stremo Caroli genitoris nostri mos fuit. Hanc igitur
uoluntatem scripto, ac iureiurando firmamus, per
legatum S. R. F. Theodorum, domino Pascali
missimus, manuq; propria subscripsi, ego Ludouicus.
Subscripsere quoq; tres eius filij. Episcopi X. Ab-
bates VIII. Comites XV. Bibliothecarius, Man-
tionarius, Ostiariusq; unus. Hæc Vola. libro tertio
Geographiæ.

Archiepis- Archiepiscopus Rauennates Nicolao eius nomi-
copatus Ra nis primo subijcitur. Nam Pontifex Ioanni Rauenna
uennates in ti archiepiscopo, diem dixerat Romæ. Deinde Pon-
potestatem tificæ Ioannem in gratiam recepit, ea tamen lege ut ip-
redigitur se reciperet has condiciones.
Pontificis. Vt se in Cõcilio de Heresi purget. Vt polliceatur
se uenturum Romam quotannis. Vt potestatem abdi-
cet consecrandi Episcopos, etiam Canonicè electos, si
ne pontificia autoritate data per literas. Vt ne Epis-
copis Romam uenire cupientibus id prohibeat. Vt
nullam exactionem, & morem introduceret quem
Canones papales non recipissent. Item, intentata an-
thematis pœna, phibuit, ne de ecclesiasticis bonis ali-
quid uel mutaret, uel discerneret, in consulto Pontifi-
ce.

ce. Et ne prophana in ecclesiasticum usum acceperet,
sine assensu pontificis Romanæ sedis. Has præscri-
ptas condiciones tota Synodus acclamationibus appro-
bauit. Plat. Naucle.

Item Ioãnes nonus Rom. Pontifex quomodo se in-
gesserit in electionem Imperatoris, Et sub illo Pon-
tifice per Carolum Crassum eius nominis tertium in
Imperio, iure tamen belli, tum electionis, Imperium à
Gallis prorsus translatum ad Germanos sit, po-
tes lector consulere Naucleum, Pium secundum, &
Platinam.

Otto cognomento Magnus iurat Ioanni eius nomi-
nis 13. Romanorum Pontifici, cuius exemplar placuit
subijcere.

Tibi domino Ioanni Papæ ego rex Otto promit-
tere, & iurare facio, per patrem & filium, & spiri-
tum sanctum, & per hoc lignum uiuificæ Crucis, &
per has reliquias sanctorum, quod si permittente do-
mino Romam uenero, sanctam Romanam Ecclesiam
& te rectorem eius exalta: o secundum posse meum,
& nunquam uitam, aut membra, aut ipsum honorem
quem habes, uoluntate mea, aut meo consensu, aut cõ-
cilio meo, aut exhortatione perdes: Et in Roma, nullū
placitum, aut ordinationē faciā de omnibus que ad
te, aut

Otto iurat
Pontifici.
Hic oritur
primatus.

te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo cōsilio. Et quæ
quid de terra S. Petri ad nostram potestatem uenerit,
tibi reddam. Et cuiuscūq; regnum Italicum commise-
ro, illum iurare faciam ut adiutor tui sit, ad defenden-
dam terram sancti Petri, secundum suum posse. Hoc
iuramento dato, urbem ingredi:ur. Ioannes Pontifex
cum Clero Ottonē honorifice excipit, inungit, & co-
rona imperatoria ornat, Augustum q; appellat.

Matildis Comitissa legauit Testamento Roma-
manæ ecclesiæ, quicquid est à Pisisa amne, sancto Qui-
tino agri Senensis, usq; ad Ceperanum inter Apen-
ninum, & mare. Addita est etiam Ferraria quæ in-
liat suos hæc hunc usque diem Romanæ ecclesiæ uetigalis est.
redes Hen- Hæc sub Paschali eius nominis secundo, Pont. Roma-
ricum s. Im no facta, regnante Henrico. V.

peratorem. Marcellus eius nominis primus, à Constantio &
Galerio usq; ad Maxentium peruenit. Platina. Volaterranus, ait sub Diocletiano fuisse. Ne Concili-
um sine peculiari Pontificis autoritate haberetur, sta-
tuit. Chron.

Symmachus primus, ne uiuo Pontifice Concilia
mouerentur, de electione noui Pontificis pœna ana-
thematis uetuit, Platina.

Euge-

Eugenius primus, Pontifex sub Constantino
tertio Imperante, iussit ut Episcopi carcerem ha-
berent ad plectenda delicta Clericorum. Chron.
Volaterranus.

Rauenna Ecclesia contra antiquas libertates Ro-
manæ ecclesiæ subditur à Leone secundo Pontifice.

Gregorius eius nominis secundus Luuthprandum
(primum recusantem) autoritate sua compulit Ari-
thparti donationem ratam habere: Platina. Sabellicus

Ioannes eius nominis septimus, Græcus, sub Iusti-
niano sedit. Incerto auctore, proditum est memoria, Arithparti
Arithpartum Longobardorum regem, hoc e n p o r e donatio.
religionis per amorem donasse diuo Petro Coccias al-
pes in Liguria tractu, à Taurinis, Medullis usq; ad
Genuam, Ligusticamq;. Quidam ferunt Arithparti
Constantini donationem confirmasse. Sed hæc dubie fi-
dei sunt, quia ea etiam quæ de donatione Constantini
dicuntur, incertissima sunt. Platina hæc.

Nicolaus secundus, imperante Henrico quarto
in Apuliam uenit, Robertum anathematis grauis-
simo onere leuat, & Ducem Apulie, ac Calabriae de-
cernit. Sed hac lege, ut Beneuentum, Troiam in
Apulia, & quicquid ad sedem Pontificiam pertinet
restitueret, auxilia mitteret, quoties Pontifici esset

opus

opus, omnibus copijs suis Pōtifici suppetias ferret in
necessitate. Robertus syngrapha, cum iuramento dato
Pontifici omnia hæc stipulatur, & se eius subditum
profitetur. Robertus etiam à Pontifice uexillo dona-
tus, ducatum Apuliæ & Calabria sibi propter initium
cum Pontif. e foedus, uendicat. Nauclerus. Pius secun-
dus. Platina hæc.

Postea magnā controuersiam subortam fuisse inter
Lotarium Imperatorē, & Innocētium secundū autē
uter deberet ius habere dandi Ducatum Apuliæ, &
cū neuter alteri totū ius cedere uellet, sedata est cōtro-
uersia ea lege, ut uterq; apponeret manum ad uexil-
lum dandum nouo Apuliæ duci, quo declararetur u-
triusq; ius esse dandi ducatum Apuliense. Lotarius
Imp. priuilegium Henrico ademptum de inuestitura
Episcoporum repetere constituerat, sed id ne faceret
diuus Bernardus disuasit. Item quomodo Hadrianus
cum Friderico Imp. primo egerit potes consulere.

Martini secundi Pontificis tempore, non expecta-
batur Imperatoris Caroli Crassi tertij autoritas in
creando Pontifice. Platina hæc.

Benedicti secundi Pontificis sanctitate per motum
esse Constantinum eius nominis quartum Imp. scri-
bunt, quod sanciuerit Rom. Pontificis electionem à
Clero

Clero, populo, exercituq; Rom. factam, firmam esse
debere, etiam sine autoritate Imperatoris & Italiæ
Exarchis, sine quorum autoritate electio Pontificis an-
tea non fuit rata. Platina. Volateranus.

Coronatio siue unctio Cæsarum à

Papa quando cepta.

Leo eius nominis tertius Rom. Pontifex, sub Caro-
lo Magno, Irene cum Constantino filio Constantino-
poli imperante. Carolum Magnum magna noce Im-
peratorem decernit, inungit, diademate ornat, & mo-
re prisco adorat, Populusque Romanus ter accla-
mat Carolo Augusto, à Deo coronato, magno & pa-
cifico Imperatori, uita & gloria. Hinc mos mansit, ut
qui legitime Imperij sceptrum acciperent à Pontifice
Rom. inungerentur, & omisso nomine patricio, Im-
peratores & Augusti dicerentur. Inungit item Pipinū
tertium Caroli filium, & pronunciat eum regem Ita-
liæ solenni decreto. Hoc die imperiū à Græcis in Ca-
rolum Gallie regem translatum est, & monarchia
quæ 500. annos apud Græcos fuit, ad Francos trans-
fertur, & postea à Francis ad Germanos. Illaq; trans-
latio per Carolum Crassum. 3. facta est, sedente Io-
anne, eius nominis, nono Pontifice Rom. Ille inquam
Pontifex ad Lodouicū scripsit, ecclesiæ Romanæ pri-

Imperij
translatio
à Græcis
ad Francos

k uilegia

uilegia auferre non posse nisi praescriptione centum Annorum 16. Quest. 3. can. Nemo. In Summa totum schisma in primis factu est in Romana et Graeca ecclesia propter Primatum & dissimilitudinem Ceremoniarum ut ex omnibus scriptoribus uidere licet.

PONTIFICES ROMANI non maiores ceteris Episcopis, sed aequales.

Hieronymus ad Euandrum uel Eugenium episcopum, Distinct. 93

Can. Legimus.

Vbicunq; fuerit Episcopus siue Romae, siue Eubugij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriae, siue Thebis, siue Guarmaciae eiusdem meriti est, et eiusdem sacerdotij. Item, Dist. 95. cap. Olim. Superiori astipulatur in fine Canonis. Item. 1. Questio. 1. c. ut Euidenter. Omnes aequales facit.

Dist. 95. ca. Olim.

Distinct. 93. Can. Legimus.

Nam cum Apostolus perspicue doceat eiusdem esse Episcopos quos presbyteros, quid patitur mensarum & uiduorum ministerium, ut super eos tumidus se effrat, ad quorum preces Christi corpus, & sanguis confici.

conficitur. Quæris auctoritatem? audi testimonium, Paulus & Timotheus serui Christi Iesu omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconis. Sic in Actis. In quo uos fratres spiritus sanctus posuit episcopos: ac ne quis contentiose in una ecclesia plures fuisse episcopos contendat, audiat aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur eundem esse episcopum atq; presbiterum. Propter hoc reliqui te Creta, ut quæ deerant corrigeres, & constitueres episcopos per ciuitates, & c.

Niceni concilij

Canones.

Sollicitudinem Ecclesiarum pro recepta consuetudine ueterum, habendam esse statuerunt, hoc est, ut matris ubi Alexandrinus episcopus Aegypti, Romanus subueniens ecclesijs praesert Eccle. Histo.

Hierosolymitano Episcopo datum honoris praerogatiuam seruandam esse, ita tamen ne dignitati Metropolitanam illius prouinciae derogeretur. Eccl. hist. p. e.

Stephanus eius nominis, sub Henrico 3. ecclesiam Mediolanensem quæ a temporibus Apostolorum libera fuit, sub obedientiam Romani Pontificis redegit autore Platina. Ex hoc licet conijcere Rom. ecclesiam non habitam fuisse pro uniuersali capite.

Chryfost. in epistolam ad

Philippenses Homilia 2.

Diaconi o= Cum Episcopis ac Diaconis. Hoc titulo designat
 lim dicti epi presbyteros. Tunc eum temporis adhuc uocabulum
 scopi. erat commune, adeo ut Episcopus diceretur Diaco=
 nus, hoc est, minister, unde in epistola ad Timotheum
 dicit: Imple ministerium tuum. Cum iam esset epi=
 scopus. Nam episcopum illum fuisse declarat illi scri=
 bens: Manum cito nemini imposueris. Sic olim pre=
 sbyteri uocabantur episcopi & diaconi, hoc est, mi=
 nistri Christi.

August. lib. 3. cap. 3. de Ba-

ptismo contra Donatist. Et sunt uer-

ba Cypriani in Concilio Cartha.

Nullus epi Neq; enim quisquam nostrum, inquit, episcopum
 scopus epi= se Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad
 scoporum. obsequendi necessitatem collegas suos adegit. Quid
 mansuetius, quid humiliter? Nulla nos certe deterret
 autoritas à querendo quid uerum sit. Quando habe
 at, inquit, omnis Episcopus pro licentia libertatis &
 potestatis suae arbitrium proprium, tanquam iudica=
 ri non possit ab alio, quomodo nec ipse potest alteri
 Vnus est iudicare. Nouerat enim quanta sacramenti profundi
 pr. eses ec= tate tunc omnis ecclesia uaria dispensatione uersabat,
 librunt

liberumq; faciebat querendi arbitrium, ut examina= clesie non
 ta ueritas panderetur. auctoritate
 diuina, sed
 consuetudi=

Hieronymus in Epist.

ad Titum.

Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesie consue= ne.
 tudine ei qui sibi praelatus est esse subiectos; ita episco=
 pi nouerint se magis consuetudine, quam dominice
 dispositionis ueritate presbyteris esse maiores, & in
 commune debere ecclesiam regere, imitantes Moy=
 sen, qui cum haberet in potestate solus praesse popu=
 lo Israél, septuaginta elegit cum quibus populum iu=
 dicaret &c. Item ad Titum dicit, quod gradus eccle=
 siasticus non ex gratia, sed ex merito dandus, & sacer=
 dotum sanguini non deferendum.

APOSTOLIS MAGNA

cura fuit pauperum.

Proficiscar Hierosolymā, ministrās Rom. 13.
 sanctis, uisum est enim Macedoniae,
 & Achaiae collationem aliquam face
 re in pauperes sanctorum.

Discipuli autem prout cuiq; suppe Acto. 12.
 tebat, proposuerūt in subsidiū mitte
 re habitantibus in Iudaea fratrib. &c.
 Quem=

1. Cor. 16.

Quemadmodum ordinaui ecclesijs Gallaciæ, ita & uos facite. Quisquis apud se ponat, recondens quod commodum fuerit.

Galat. 2

Dexteras dederunt mihi & Barnabæ, tantum ut pauperum memores essemus.

Paulus laborauit proprijs manibus, ut fratribus egenis subueniret. Iubet ad Titum et Timotheum episcopum esse hospitalem.

Augustinus ad Bonifacium Comitem de moderate coercendis hæreticis

Epistolo 50.

Sacerdotes Si priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, non dispensato sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuratio non quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus. Quicquid ergo nomine ecclesiarum partis Donati possidebatur, Christiani Imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesijs ad catholicam transire iusserunt. Cum ergo nobis cum sint plebes earundem Ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui ab eisdem possessiunculis debentur, ipsi potius foris positi, desinunt concupiscere aliena & c.

Hiero=

Hierony. Damaso papæ 16. Quæst. 1.

Can. Quoniam.

Quicquid habent Clerici, pauperum est, & domus sanctus illorum omnibus debent esse communes. susce= cerdotum ptioni peregrinorum & hospitum inuigilare debent sunt paupe Item, Distinct. 85. cap. Archidiaconum. Sic loquitur hostetur, Distinct. 85, Hospitalitas uerò usque adeo episcopus est necessaria, ut si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari. Vnde Gregor. scribit Ioanni episcopo, quomodo destituerint episcoporum quendam Antiochiæ propter tenacitatem, in locumque illius elegerint nomine Rusticum licet indoctum, se liberalem, hospitalem erga pauperes.

Aurelianum concilium

Dist. 82. Can. Episcopus.

Episcopus pauperibus uel infirmis qui debilitate faciente suis manibus laborare non possunt, uictum & uestimentum in quantum sibi possibile fuerit, largiatur. Item Distinct. 86. Cano. Fratrem nostrum. Distinct. 86 C. Fratrem Largam manum habeat, necessitate patietibus succurrat, alienam inopiam suam credat: quod si hoc non habet uacuum nomen episcopi tenet. Item sequitur: Donare res suas histrionibus uitium est immane, non uirtus, & Qui uenatoribus & meretricibus do=

k 4

nate

nat & c. Item 12. *Quæst. 2. Can. Quatuor autem.* Perlege Canonem in quatuor partes diuidit bona ecclesiastica, tertiam portionē pauperibus ascribit. *Gelasius Papa, & sequens Canon idem declarat. De re dicitibus Simplicius Papa.*

DE SACRAMENTIS.

August. ad Ianuariū Epist. 118

Sacramentis, inquit, numero paucissimis, obseruatione facillimis, societatem noui populi saluator colligauit. Sicut est baptismus trinitatis nomine consecratus: communicatio corporis & sanguinis Christi, & si quid aliud in scripturis Canonice commendatur. Et subiungit. Illa autē quæ non scripta sunt sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis uel plenarijs Concilijs, quarum est in ecclesia saluberrima autoritas commendata atq; statuta retineri. Et cōfert exempla. Sicut quod passio domini & resurrectio, & ascensio in caelum, certis diebus celebrantur.

Ambrosius in Tractatu, cui de sacramentis titulu fecit, tantum duorum meminit Sacramentorum nempe Baptismi & Synaxeos.

Bernardus in cœna dñi Ser.

Duo nobis certiora, inquit, prædicatus sacramenta: ad hoc ut inuisibilis gratia signo aliquo uisi-

bili præstaretur, instituta sunt omnia Sacramenta: ad hoc Eucharistiæ participatio: ad hoc pedum ablutio: ad hoc deniq; ipse baptismus, initium sacramentorū omnium, in quo complantatur similitudini mortis eius. Hæc ille. In hoc sermone sentit Bernardus multum ta esse sacramenta, sed non secundum exactam sacramentorum rationem, ut preces, uerbum, cruce, deniq; & pedum lotionem, quibus ceu sigillis non indicat dominus gratiam conferri addita promissione.

Adrianus Traiectensis Romanus.

Pontifex.

Adrianus ille non uidetur negare in quarto, submonens ecclesiam ut nouerit se non esse dominam Sacramentorum, sed ministram: nec posse magis formā sacrament. alē instituerē, quā legem aliquam diuinā abrogare. Quod de Sacramētis quibus gratia gratiū faciens confertur, intelligitur. Hæc ille.

ORDINIS SACRAMENTVM

Ecclesia Christi ignorat.

Ordinem nouit ecclesia. Nā Apostolus inquit quosdam dedit Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores. At de sacerdotum diuino sacra-

k s mentali

mentali ordine, ne iota quidem unum mentionē fecit.

Ordines autem in gradus Ecclesiasticos (si Fasciculo Caius. temporum fidem adhibemus) primus redegit Caius eius nominis primus, doctores uocabulo dignos: qui docent uerbo & uitę sanctimonia iure opt. mo cense mus. Ambrosius 1. Corin. 1. Apostolus, inquit, scripsit ecclesię Corinthiorum, qui a. huc omnibus ecclesijs non erant rectores constituti. Non potuit igitur esse sacramentum, quod postea etate accessit, ut hic ordinem inuictum Ambrosius. Verbum siquidem domini manet in æternum. Interim tamen non negamus Diaconos institutos, id est, ministros: non qui Euangelio erudirent, sed qui mensis ministrarent et uidiuis. Inter Doctores uero et pastores, is episcopus dicebatur, qui primus erat. Ambrosius 1. Timoth. 3. In aliquibus ergo ecclesijs, ut monasterijs, singulos in ordinē redigi constat, ita ut hic primus sit, ille secundus, iste tertius. Itē in ecclesijs adhuc ordinantur fossores, qui monumenta aperiant, & custodes, ostiarij, quos ecclesię tamen pro uoto, de munere & officio suo desitiunt, etiā pastoris calculo non intercedente. Quare tot sunt ordines, quot sunt ministeria. Item Ambrosius, ubi enarrasset libellū, qui de sacramētis titulo in signitur, separatim alium de dignitate sacer

dotali

dotali exorsus est: uelut insinuans hunc ordinē sacramenti re & uocabulo non celebratum.

DE ELECTIONE
Episcoporum.

Suffragijs populi eligendi
sunt Episcopi.

ET cū suffragijs creassent illis per Act. 9
singulas ecclesias presbyteros, precati q̄ essent cum ieiunijs, cōmendauerunt eos domino in quem crediderant &c.

Item uide epistolā ad Titum & 1. Timoth. 3. Acto. 24. 8. 13. 20.

Acta in designando Augustini
successore Eradio.

Minus aliquid factum erat, unā nonnulli contristabantur, quia frater Seuerus putauerat sufficere, ut successorem suum apud clericos designaret, apud populum inde non locutus est, erat in aliquorum nonnulla tristitia. Quid plura? Deo placuit, tristitia fugata est, gaudium successit, ordinatus est

episco-

episcopus, quem præcedens episcopus designauit. Ego ne aliqui de me querantur, uoluntatem meam, quam credo dei esse, in omnium uestrum notitiã profero, presbyterum Eradium mihi successorem uolo. A populo acclamatum est deo gratias, deo laudes dictum est uicies.

Cyprianus ad Felicem presbyterum

Epist. 4

q. BA 10 Plebs obsequens præceptis dominicis, & deum metuens, a peccatore præposito separari debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, cum ipsa maxime habeat in potestate uel dignos eligendi sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsum uidemus de diuina autoritate descendere, ut sacerdos plebe præsentate sub omnium oculis eligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio & testimonio cõprobetur. Sicut in Numeris Mosi præcepit dominus dicens: Prehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, et Aaron appositus moriatur illic. Coram omni synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est instruit & ostendit non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsentate,

Num. 22

sente, uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata. Quod postea secundũ diuina magisteria obseruatur in Actis apostolorum, quando ordinatio in locũ Iudæ Act. 15 episcopo, Petrus ad plebem loquitur: Nec hoc in episcoporum tantũ & sacerdotum, sed & in diaconorũ ordinationibus obseruasse Apostolos animaduertimus, de quo in Actis Apostolorũ scriptum est. Cyprianus hæc.

Licet nos omnes esse sacerdotes, (ut infra patebit) sacerdotes quotquot baptizati sumus. Attamen non licet quenquam hac ipsa uti potestate, nisi consensu communitatis, aut uocatione maioris. Quod enim omnium est communiter, nullus sibi singulariter potest arrogare, nisi uocetur. Vnde & secularium hominum cœtu episcopũ posse elegi Patres orthodoxi atq; Historici indicant.

Hieronymus ad Rusticum

monachum.

Ita age & uiue in monasterio, ut clericus esse merearis, & paulo post: Cum ad perfectam ætatem perueneris, si tamen uita comes fuerit, & te uel populus, uel pontifex ciuitatis in clerum elegerit, age

que

que clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores.
Eutropius, & Paulus Diaconus Ro-
m. anarum rerum, lib. 12.

Electio am- De electione Ambrosij sic Paulus Diaconus te=
brofij qua- statur. Petebant sacerdotes ut Imperator Valentini=
lis fuerit. nus eligeret episcopum mortuo Auxentio Arriano
 episcopo Mediolanensi: nã ciuitatis habitatores sedi=
 tionem (ut affolet) mouebant, alij hunc, alij illũ ordi=
 nari cupientes. Ambrosius autẽ cui tunc fuerat præsi=
 dialis cura cõmissa sedauit tumultũ. Illi hoc uidentes
 cõmunem dederunt uocem, petentes ut pastor gregis
 ordinaretur Ambrosius, qui nondum fuerat baptiza=
 tus. Hoc Imperator agnoscens, repente iussit baptiza=
 ri, & tanq̃ dignum uirum ordinari pontificẽ. Noue=
 rant enim eius certiorẽ omni pondere uoluntatẽ, &
 totius regule decreta subuilior: arbitratus etiam diu=
 num in eo esse iudicium, dum in eius electione etiam
 pars contraria consonaret. Hæc hæcenus ille.

Ambrosius lib. Epistolarum 10.

Epistola 82.

Notat quis dignẽ sacerdos ordinetur. Merito, in=
 quit, uir tantus euasit, quem omnis elegit ecclesia, &
 merito creditũ quod diuino esset electus iudicio, quẽ
 omnes populi postulauissent,

Gelasius

Gelasius Papa Distinct. 63.

Can. Plebs.

Plebs Diotrensis data nobis petitione, desleuit diu=
 se sine rectoris proprij gubernatione dispergi: ac si=
 cut asseritur, is qui à uobis iam probatus dicitur, à
 paucis & tenuibus putatur electus, cum ad uos per=
 tineat uniuersos assidua admonitione compellere, ut
 omnes in unum quem dignum sacerdotio uiderint, et
 sine aliqua reprehensione consentiant. Et iam fratres
 charissimi diuersos ex omnibus sæpe dicti loci paro=
 chijs, & presbyteros, & diaconos, & uniuersam tur=
 bam uos iam sæpius conuocare, quatenus prout cõuili=
 bet libuerit, sed concordantibus animis talem uobis
 admonentibus sibi quærant sola diuinitatis attentione
 personam: quoniam nulla contrarietas à constitutis
 possit reuocare rescriptis.

Bonifacius eius nominis tertius, Phoca Imperãte,
 episcopum à c'ero & populo pariter eligi uoluit,
 eamq; electionem ratam habendam iussit, si prin=
 ceps ciuitatis ratam haberet, & Ro. Pontifex suam
 auctoritatem interponeret, his uerbis: uolumus &
 iubemus. *Platina. Sabellicus.*

Canon

*In episcopi
 electioe de=
 bet populũ
 adesse.*

Canon sequens, Nossé.

Stephanus episcopus seruus seruorum Dei Rom. Archiepiscopo Rauēnati. Inter cetera uerba sic ait: Veruntanē in hoc tuam plurimū oportet adhiberi sollicitudinē, ut conuocato clero & populo talis ibi eligatur per Dei misericordiam cui sacri non obueniant, quippe est electio & fidelis populi consensus adhibendus.

Nicolaus Papa, Dist. 27. Can.

Si quis.

Papa pecunie gratia seu militari tumultu sine concordia & canonica electione Cardinalium fuerit Apostolicę sedis inthronizatus, non apostolicus sed apostaticus habeatur, licet atq; Cardinalibus & alijs clericis deum timentibus, & laicis inuasorem illum anathematizare, & humo auxilio a sede apostolica pellere, &c. Item Symachus Papa. 1. Quęst. 6 ca. 6. Simoniacum appellat illū, qui ut eligatur premia largitur, censetq; depellendum esse. Item sequens Canon quoq; precipit Gregorius, & Canon. Sicut is qui inuitatus renuit, quęsticus refugit, sacris altaribus est admouendus, sic qui ultrò ambit uel importunum se ingerit, est proculdubio rebellendus, &c.

Hiero-

EPISCOPI ROMANI. 162
Hieronymus, 8. Quęst. 1. Can.

Qui uos.

Qui uos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est, quia qui apostoli lege contempta ecclesiasticū gradum non meritis uoluerint alicuius deferre, sed gratiæ, contra Christum facere uidentur. Quia qualis in ecclesia presbyter constituendus sit, per apostolū suum in sequentibus executus est. Item Canon. Licet ergo dominus de constituendo principe præcessisset & elegisset, tamen conuocatur etiam synagoga, requiritur ergo in ordinando sacerdote etiam populi presentia, &c. Et Moyses conuocauit synagogam. Et Apostolus dicit: Oportet autem illum & testimonium habere bonū ab his qui foris sunt. Item 8. Quęst. 2. cap. Illud. Vult in Canone hoc ut in electione episcopi, nec munerum datio uel acceptio, nec aliquorū patrocini conualescant. Item, Sequens Canon. Diligentissimi. Ostendit, ut in electione antistitis cōmuni utilitati non suo lucro quisq; prospiciat.

1. Quęst. 7. Can.

Si quis.

Omnis enim episcopus aut presbyter, aut diaconus conuictus, quod pro muneribus ordinationē dedit uel acceperit, a sacerdotio cadat, &c.

Platina

Platina in uita Seuerini eius

nominis primi.

Electiōnem Vana enim, inquit, habebatur cleri ac populi electio, nisi id Imperatores, aut eorum Exarchi confirmare solent. Item, uide Platina in uita Sergij. 1. Pont. polebat Imperatorum Rom. diuisionem ob electionē. Itē in uita Hadriani eius nominis secundi. Ludouicus Imper. in literis suis Romanos admodū laudauit, quod summū Pontificē sancte & integre creassent. Qui enim fieri posse dicebat, ut peregrinus & hospes dignoscere possit in aliena repub. quis potissimum ceteros præferendus sit, id maxime ad ciues pertinere, & ad eos præsertim qui cum inquilinis familiariter uixere. Non expectato aliorum uoto, qui fortē ea in re ob ignorantem personarum minus iudicij habuissent.

Origenes super Leuiticum,

Homilia 6.

Conuocauit, inquit, dominus synagogam, & dixit ad eos: Hoc est uerbum quod præcepit dominus. Licet ergo dominus de constituendo pontifice præcepisset, & dominus elegisset: tamen conuocatur & synagoga. Requiritur enim in ordinando sacerdote & præsentia populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui do-

ctior,

ctior, qui sanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, & hoc astante populo, ne qua post modum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus, resideret. Hoc est autem quod & Apostolus præcipit, in ordinatione sacerdotis, dicens: Oportet autem illum, & testimonium bonum habere ab eis qui foris sunt, &c.

Cyprianus Cornelio epistola. 3.

Libro. 1

Neque enim aliunde hereses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti Dei nõ obtemperatur. Nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex uice Christi cogitatur. cui si secundum magisteria diuina obtemperaret firmitas uniuersa: nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudiciū post populi suffragium, post cœpiscoporum consensum iudicem se non iam episcopi, sed dei faceret.

Idem lib. 1. epistola 4. de Martiale

& Basilde.

Prehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius. Coram omni synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est,

l 2

instruit

Præfete & instruit & ostendit ordinationes sacerdotales, non
 cōsentiente nisi sub populi astantis conscientia fieri oportere,
 populo eli ut plebe præfente, uel detegantur malorū crimina,
 gatur sacer uel bonorum merita prædicentur: & sit ordinatio iu-
 dos. sta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fue-
 rit exanimata. Quod postea secundum diuina magi-
 stria obseruatur in Actis Apostolorū, quādo de or-
 dinando in locum Iudæ episcopo, Petrus ad plebem
 loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discentiū,
 fuit autem turba in uno. Nec hoc in episcoporum tan-
 tum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationi-
 bus obseruasse Apostolos animaduertimus, de quo
 & in ipsis Actis Apostolorum scriptum est: Et con-
 uocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem di-
 scipulorum, & dixerunt eis &c. Quod utique idcir-
 eo tam diligenter, & caute conuocata plebe tota
 gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, uel ad
 sacerdotalem locum indignus obreperet. Item di-
 uis Hieronymus in epistolam Pauli priorem ad Ti-
 motheum cap. 3.

Origenes super Num. Hom. 22.

Capite 27.

Adsume ad temetipsum Iesum filium Nauæ, ho-
 minem qui habet spiritum dei in semetipso &c. Au-
 diſ

dis euidenter ordinationem principis populi tam ma-
 nifeste descriptā, ut pene expositione nō egeat. Nulla
 hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio,
 nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propin-
 quis agrorum et prædiorum relinquatur hæreditas,
 gubernatio populi illi tradatur, quem deus elegerit,
 homini, scilicet tali, qui habet (sicut scriptū audistis)
 in semetipso spiritum dei &c.

Cyprianus libro 1. Episto-

stola 4. de Martiale &

Basilide.

Ordinari inquit uidemus nonnunquam indignos,
 non secundum dei uoluntatem, sed secundum huma-
 nam præsumptionem: & hæc deo displicere, quæ nō
 ueniant ex legitima & iusta ordinatione. Deus ipse
 manifestat per Oseam prophetam, dicens: Sibimetipsi
 regem constituerunt, & non per me. Propter quod
 diligenter de traditione diuina, & apostolica obser-
 uatione seruandum est & tenendū, quod apud nos
 quoq; & ferè per prouincias uniuersas tenetur, ut
 ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui
 præpositus ordinatur, Episcopi eiusdem prouinciæ
 proximi quiq; conueniant, & episcopus delegatur
 plebe præfente, quæ singulorum uitam plenissime no-
 uerit,

uit, & uniuscuiusq; actum de eius conuersatione per
spexit.

DE ELECTIONE

Episcopi Romani.

Clerici nunq̄ solebant Pontificem eligere cuius ele-

Electio pon-
tificis p̄de-
bāt ex ap-
probatione
Cæsaris.

tionē Imperator nō approbasset, Pelagius eius nomi-
nis secūsus Pont. Rom. quia propter obsidionē urbis
quā tū Lōgobardi eā premebāt, sine Imperatoris cō-
sensu creatus erat Pontifex. Gregorius diaconus qui
postea Pelagio successit, Cōstantinopolim ad Cæsarē
Mauritiū missus est soluta obsidione, ut electionem
Pontificis excusaret apud Cæsarē. Imperator electio-
nē, pro qua confirmanda clerus ad Imperatorē mi-
serat, ratā habuit. Hęc Platina. Volaterranus.

Leo Papa Dist. 63. Ca.

In Synodo

Synodus
Roma.

In Synodo congregata Romę in Ecclesia sancti Sal-
uatoris, ad exemplum beati Hadriani Apostolicę se-
dis antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo regi
Francorū ac Longobardorum patriciatus dignitatē
ac ordinationem Apostolicę sedis, & inuestituram
Episcoporū concessit. Ego Leo, quoq; seruus seruo-
rum Dei episcopus, cum toto clero ac Romano po-
pulo constituimus, & confirmamus, & corroboramus,
& per nostram apostolicam autoritatem conce-
dimus,

Amus, atque largimur domino Ottoni primo regi
Teuthonicorum, eiusq; successoribus huius regni Ita-
lię in perpetuum facultatē eligendi successorē, atq;
summe sedis Apostolicę Pontificē ordinandi, ac per
hoc Archiepiscopos seu Episcopos, ut ipsi ab eo in-
uestituram accipiant, & consecrationē, unde debent.
Exceptis his quos Imperator Pōtificibus & Archi-
episcopis cōcessit. Et ut nemo deinceps cuiusq; digni-
tatis uel religionis eligendi, uel patricium uel Ponti-
ficem summe sedis apostolicę aut quemcunq; episco-
pum ordinandi habeat facultatē absq; consensu ipsius
Imperatoris. Quod tamen fiat absq; omni pecunia,
& ut ipse patricius Rex, quia si à Clero & populo
quis eligatur Episcopus, nisi à supradiçto rege lau-
detur, & inuestiatur, non consecretur. Si quis cōtra
hanc Apostolicam auctoritatē aliquid moliat, hunc
excommunicationi subiacere decernimus, & nisi resi-
puerit, irreuocabili exilio puniri, uel ultimis suppli-
cijs affici.

In Honorij eius nominis primi locum Seuerinus
successit, Cōfirmatus uerò est in Pōtificatu ab Isacio
totius Italię Exarcho: quia & populi electio uana
fuit, nisi eam uel Imperatores ipsi, uel Exarchi eorum
confirmassent, autore Platina.

Ottoni elea-
ctio Pont.
datur à Ro-
man. Pont.

Stephanus eius nominis quartus, Romanus, sub Ludouico Pio in pontificatu sedit. Is Pontifex misit legatos ad Imperatorem ut se de sui electione purgaret, quia incōsulto Imperatore à clero et populo Romanò contra Hadrianum eius nominis primi, & Leonis 3. decretū de eligendo Pontifice electus fuit. Hæc Platina. Nauclerus, Annaliarum Fran. Chro. Anglica.

Dis. 63 Ca Eleclis. Reatina ecclesia uacante, Stephanus episcopū consecrare noluit, nisi prius ex literis cognosceret Imperatorem probare electionem.

Benedictus eius nominis tertius, in Pōtificem flens obiit munus Pontificiū. Sed prius legati à Ludouico missi sunt Roman, ut electionem cleri & populi sua autoritate confirmarent.

Hadrianus eius nominis secundus, patria Romanus, patre Talaro episcopo natus, Imperante Ludouico sedit in Pontificatu. Nesciens autem hoc Imperator Hadrianum creatum in Pontificem legatos ad eligendum Pontificem Romanum misit. Clerus ac populus auctoritatem eligendi Pontificem sibi uindicaturi, non quæsita Imperatoris auctoritate, neque accersitis Imperatoris legatis, eligunt. Legati cum hoc agerent, culpa in populum & turbas uulgi transfertur, per suadetur

Legatis

Legatis multitudinem populi non potuisse compeisci, donec à legatis Imperatoris cognosceretur sententia. Legati hac excusatione placati, Hadrianum electum Pontificem salutant. Hæc Platina.

Gregorius eius nominis quartus, patria Romanus Ludouico Imperante. Is nisi (missis legatis) Imperator approbaret sui electionem Pontificatum inire noluit. Hæc Platina.

Pascalis eius nominis primus, patria Romanus, non requisita Imperatoris auctoritate, à Clero, & populo Rom. Pontifex creatus est. Ideo misit legatos ad Ludouicum, ut se excusarent, dicendo se ui Clericorum populi coactum Pōtificiū munus subire. Ludouicus ista excusatione placatus, monet Clericum atque populum, ne in futurum Casaream maiestatem ledāt & ut maiorum statuta seruent in creando Pontifice. Hæc Platina.

Ludouicus Pius nimium deferens Romanæ sedis auctoritatem ab Hadriano (ut infra patebit) Carolo Magno datam, creandi Pontificem, & eligendi Episcopos, clero & populo contulit. Illam tantum prouocatiuam Imperatoribus seruans, ut electus & consecratus Pontifex ad stabilendam amicitiam legationē mittat regibus Francorum. Distinct. 63. cap. Ego Ludouicus,

doicus, Platina. Pius secundus. Nauclerus. Sabellicus

Otto eius nominis Magnus Romam uenit. Pontificem Ioannem eius nominis tredecimum profugum re uocat ter, iubens eum tuto ac secure redire Romam.

Cesar pro= bat electio= nem Ponti= facis.

Cum uerò Pontifex redire nollet, Otto rogante Romano clero Synodum coëgit, Italiae Episcopos uocat sententiam de Pontifice cum scelerato, tum profugum rogat: Clerus populusq; petit alium Pontificem sibi dari. Otto iubet, ut eligant ipsi eum quem norunt ad Pontificium munus dignum, atq; se eam electionem ratam habituram. Eligitur ergo in Pontificem Leo Romanus, eius nominis. 8. & c. Item Otto iratus, mortuo Ioanne, quod Romani Benedictum eius nominis quintum, in Pontificem elegerant, urbem Romam obfidione cingit & redegit Romanos ad tantam inedia ut coacti sint edere asininas & equinas carnes, et electum Pontificem Benedictum Imperatori dedunt, Leonem antea electum recipiunt, Vide Naucle. Albertum Crantz. Antonini summam.

Hadrianus eius nominis tertius, patria Rom. Imperante Carolo Crasso ad Senatū populumq; Rom. detulit, ne in creando Pontifice, Imperatoria auctoritas expectaretur, sed libera essent suffragia clero & populo. Hanc rem prior tentauit Nicolaus primus.

Sed

Sed obscurius, sibi spem faciens perficiendæ rei ex dubio Marte, ausus est, Imperatori ius derogare quod semper habuit in creando Pontifice. Platina. Nauclerus.

Sub Nicolao eius nominis secundo, apud Lateranense Concilium indixit, in quo hanc legem tulit, ut non in nomine Apostolicus sed Apostaticus censeretur, qui sedem domini. Petri obtineret, uel pecunia uel fauore, sine unanimi consensu, & canonica electione Cardinalium: dedit quæ potestatem Cardinalibus, Clericis, & Laicis tantum Pontificem anathemate ferire, & in quouis loco: si non liceret Romæ, contra eum Concilium conuocare: & quouis humano auxilio eum Pontificia sede propellere, autore Platina. Is Pontifex sub Henrico quarto sedit.

Hic primū
constituuntur
Cardinales electores
Pontificum

Vrbanus eius nominis secundus sub Henrico quarto Pontificatum iniit, per eos electus, qui Victorium tertium Pontificis elegerant. Videlicet electus suffragijs Matilde Comitissæ, & ducis Normannorum. Platina. Abbas Vrspergensis. Is Vrbanus palatium mittit Mediolanensi Episcopo, quod quidem dignitatis genus, nulli ante nisi presenti concessum est. Is quoque Archiepiscopo Toletano Romæ

Primum iuramentū factum Roman. Pontifici ab iuranti Episcopis.

juranti in Pontificis uerba, dedit pallium & concessit privilegia, & instituit eum primatem totius Hispanie. Urbanus item Henricum Suefionensem episcopum Romæ agentem restituit, accepto tamen prius ab eo iuramento in hunc modum. Excommunicatis ab hac sede, deinde sciens & nolens non communicabo, neq; eorum consecrationibus interero qui Episcopus, uel cœnobita à laicis acceperint. Ita me deus adiuuet, & sancta hæc Euangelia. Similiter actum esse cū Beluacensi episcopo scribitur. Platina. Nauclæ. Volaterranus.

Ne quis laicus, nisi ordine per Ecclesiasticos gradus ascendens, episcopus fiat anathematis poena cautum est. Platina.

Benedictus nonus, uel largitione pontificatum inuasisit.

Gregorius septimus, antea Hildebrandus uocatus Symoniam in primis uocat laicum ecclesiastica beneficia conferre. Habetur namq; 16. Quæst. 7. can. Si quis. Ne quis à laico episcopatum uel Abbatiam acciperet, accipientem excommunicauit; neq; inter Episcopos, uel Abbates ei locum dari deberi statuit. Item Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, nullas uel alias seculares potestates dantes inuestitu-

ras Episcoporum, uel alias dignitates anathemate notauit.

Ne laici ecclesiasticas dignitates darent, prohibuit Pascalis eius nominis 2. sub Henrico 4.

Symoniacani hæresim uocant cum laicus beneficia aut inuestituras ecclesiasticorum confert.

Papa recusat Henrico eius nominis quinto, confirmare Episcopos à Cesare electos, quum tamen quasi per manus oēs Imperatores à Carolo Magno plusquam per trecentos annos acceperant. Verum Pontifex à Henrico Imp. capitur, & tandem dissidio composito, quod inter Henricum & Pontificem fuit. Pontifex Henrico priuilegium de instituendis episcopis, quod penes Imperatores à Carolo Magno semper fuerat, cōcessit. Datq; priuilegiū de inuestitura Episcoporum suis manibus, præsentē tota Ecclesia, & pronunciat omnes anathematis reos, quotquot datū priuilegium irritum dixerint. Verum postea Gerhardus Egelmensis episcopus Aquitanie legatus Pontificis & totius Concilij iussu priuilegium Henrico datum, reuocat, his uerbis: Priuilegium illud, quo nō est priuilegium, sed uerè debet dici præuilegium & c. & presentibus Cesareis legatis. Postea Imperator excommunicatur. De renunciatione autē Henrici Imp.

Renocatio lixto Pontifici 2. Priuilegij de inuestitura Episcoporum
priuilegij rum sacra lierarum exempla placuit subijcere.

de inuestitu Ego Henricus dei gratia Imperator Augustus,
ra Episco= pro anore dei, & sancte Romanæ ecclesie, & do=
porum. mini Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ di=
mitto Deo, & sanctis eius Apostolis Petro, & Pau=
lo, sanctæq; catholicæ Ecclesie omnem inuestituram
per amulum, & baculum, & concedo in omnibus ec=
clesijs fieri electionem, & liberam consecrationem,
possessions & regalia beati Petri, quæ à principio
huius discordiæ usq; ad hodiernum diem, siue tempo=
re patris mei, siue etiam meo oblata sunt, quæ habeo
eidem sancte Romanæ ecclesie restituo, quæ autem
non habeo, ut restituantur fideliter iuuabo. Possessio=
nes etiã omnium aliarum Ecclesiarum, et principum, & alio=
rum Clericorum, & laicorum consilio principum donatæ
quæ habeo reddam; quæ nõ habeo ut reddantur fideliter
iuuabo. Et do ueram pacem Calixto, sanctæq; Roma=
næ Ecclesie, & omnibus qui in parte ipsius sunt,
uel fuerunt, & in quibus S. Romana Ecclesia auxi=
lium postulauerit, fideliter iuuabo.

Literæ à Pontifice Imperatori uicissim datæ hæ
sunt. Ego Calixtus seruus seruorum dei, dilecto
filio

filio Henrico, Dei gratia Romanorum Imperatori
Augusto, concedo electionem Episcoporum, & Ab=
batum Teutonicæ regni, qui ad regnum pertinent in
presentia tua fieri, absq; symonia, & aliqua uiolenta.
tia. Et si quæ inter partes discordia emergerit, Me=
tropolitani & comprouincialium Concilio uel iudici=
o, seniori parti assensum & auxilium præbeas. Ele=
ctus autem regalia per sceptrum à te recipiat (exce=
ptis omnibus quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere
noscentur) & quæ ex ijs iure tibi debet, faciat. Ex
alijs uerò partibus Imperij consecratus infra VI. mens=
es regalia per sceptrum à te recipiat, De quibus
uerò si quæ remoniam feceris, secundum officij mei
debitum auxilium præstabo, doq; tibi ueram pacem,
& omnibus qui in parte tua sunt, uel fuerunt tempo=
re huius discordiæ. Datæ Anno M. C. XXII. IX.
Calend. Octobris.

Pontifices qui Pontificatum uendiderunt.

Benedictus eius nominis nonus Tusculanus antea
Theophilactus dictus, sub Henrico tertio Pontifica=
tum iniit. Is Pontifex Ioanni Archidaco ad por=
tam Latinam Pontificatum uendidit. Nauclerus.
Platina.

Syluester

Syluester eius nominis tertius, largitionibus Pontificatum adeptus pulso Benedicto.

Gregorius eius nominis sextus, cum à clero, tum populo iudicatus homicida, symoniacus, & sanguinarius à Benedicto nono, dicitur emisse Pontificatū.

Nicolaus secundus legem tulit, ut non Apostolicus, sed Apostolicus censeretur, qui sedem Petri obtineret uel pecunia uel fauore. Et Dist. 23. Can. In nomine domini. Concilij Maguntini uerba de Gregorio septimo aliàs Hildebrandus uocatus sunt hæc: Quia illum constat non à deo electū, sed à se ipso, fraude & pecunia obiectum &c. Vide. Abbatem Vrspersensem.

Alexander secundus omnes ecclesiasticos ordines & ecclesiastica beneficia gratis esse danda, doctis & bonis, non uendenda uel precio, uel nullius honesti contractus specie 1. Quæst. 3. can. Ex multis.

MINISTRIS VĒRBI

uictus debetur.

Deut. 25.

Non obligabis os bouis triturantis in area fruges tuas.

1. Tim. 5.

Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in uerbo &c.

Præcepit

Præcepit Ezechias etiam populo habitantium Hierusalē, ut darent partes sacerdotibus & leuitis, ut possent uacare legi domini. 2. Paral. 31.

Etenim si spiritalia sua communi cauerunt gentibus, debebāt & de carnalibus ministrare illis. Roman. 15.

Rogamus autem uos fratres, ut non ueritis eos, qui laborant inter uos, & præfunt uobis in domino, & monēt uos, ut habeatis illos abundantius in charitate. 1. Theff. 5.

Qui euangelium annunciant, ex euangelio uiuant: qui seruit altari, de altare manducet. 2. Corint. 9.

Et dignus est operarius mercede sua. Item 2. Corinth. 11. 2. Theff. 3. Luca 10.

Chrysostomus Tomo 3. Homilia 15. in Episto. 1. ad Timoth. ex cap. 5.

Dicit enim scriptura: Bovi trituranti os non infrenabis, & dignus est operarius mercede sua. Honorē nabis, & dignus est operarius mercede sua. Honorē hoc in loco, obsequiū dicit, & necessariarū rerū largitionem. Nam quod sequitur: Non infrenabis os bo-

ui trituranti, & dignus ē operarius mercede sua, hoc signat. Itaq; & cum honore uiduas ali praecepit, ad necessarium uictum referat, ut his quae uerē uiduae sunt, ministrare sufficiat, & rursus: Honora uiduas ueras, hoc est, in paupertate constitutas: quanto enim pauperior est, tanto magis est uidua: ponit testimonium legis, apponit & Christi, amboq; sibi omnino cōsentiant. Nam lex ait: Non infrenabis os boui trituranti. Vides quomodo uult laborare doctorem? Non sane est labor alius illi conferendus: addit & Christi testimonium: Dignus est enim, inquit, mercenarius mercede sua, non ergo solam intueamur mercedem, uerū & modo praeceptum audiamus: Dignus, inquit, est mercenarius mercede sua. Itaq; si quis declaratus aut remissus fuerit, dignus profecto non est. Nisi quis fuerit bos triturans, & contra gelu & spinas iugum sustinens traxerit, neq; ante discesserit, dignus non est Oportet ergo doctoribus necessarium uictum affa-

Paupertas
in uidua lau
datur.

Doctor nisi
aborauerit
indignus est

borauerit tim ministrari, ne deficiant, neq; soluantur, neq; minimis occupati, magnis seipfos atque alios priuent, ut spiritalia operentur, nullam secularium habentes rationem. Huiusmodi Leuitae erant, qui nullam secularium rerum habebant curam, quemadmodum laici: ipsis quippe Leuitarum erat cura permissa, & lege illis constituti fuerant redditus, decimae, aurum, prima

tiae, uota, & alia plurima: uerum illis lege, ista merito permittebantur, praesentia tantum & terrena quae rentibus. Ergo ecclesiae praesules audenter dixerim, nil praeter uictum & uestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desideria. Quid est autem duplici honore? putamus dictum duplici, quod ad uiduas, & mim- clesiae praes- stros extenditur: an duplici pro eo positum, quod est ter uictū & magno? Non ergo id inspiciamus tantū, quod eos du- uestitū nihil plici honore dignos dixit: sed quod addidit multo ma possideant. gis attendamus, qui bene praesunt. Quid est autem bene praesesse? audi dicentem Christū: Pastor bonus animā suā ponit pro ouibus. Bene igitur praesesse, hoc est sacerdotium nulli parcere illorū regimini gratia. Maxime, inquit, quae sit. qui laborat in uerbo & doctrina. Vbi modo sunt, qui dicunt sermone ac doctrina opus non esse: quādoquidē tanto studio Timotheū Paulus admonet, dicēs: Ista meditare, in his esto. Et iterū: Vacā lectioni, consolationi 1. Timot. 4. hoc enim faciens, & teipsum saluū facies, & eos qui te audiūt. Et hos omnium maxime iubet honorari, cau- samq; addit, dicēs: Multū enim laborē sustinent. Quā uerō id iuste: cū enim alius non uigilet, neq; curis maceretur, sed passim securus, & quietus in quotidianis Vita sacer- fabulis, & cōcesibus sit: hic autē concidatur sollicitu dotum quo- dine, & meditationi perpetuō insistat, idq; maxime si tidiana.

exterioris disciplinae sit rudis: quis non uideat, quanto sit ceteris in honore praestendus? quippe qui se ipsum tot laboribus, & aerumnis exposuit. Est enim linguis innumeris propositus ad lacerandum, alius culpam, alius laudat, alius detrahit, alius memoriam, alius compositionem in ius trahit, magna illi constantia ad ista toleranda opus est. Multum enim omnino ad ecclesiae aedificationem confert, si praesules doctrinae gratia polleant, quae nisi adsit, plurima ecclesiastica disciplinae peribunt, & caetera.

Hieronymus ad Damasum

Papam 1. Quaest. 2. Can. Clericos.

Clericos autem illos conuenit ecclesiae stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla Abusus facta suffragantur. Qui autem bonis parentum & opib. cerdotiorum suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusione talium iudicium sibi manducant & bibunt.

Ex concilio Carthag. 4. Dist. 4.

Can. Spiritus.

Episcopus uilem suppellestem & mensam ac uictum pauperum habeat, & dignitatis suae auctoritate fidei & uitae meritis quaerat. Item D. Hieronymus ad Nepotianum uult ut clericus nihil seculare possideat.

deat, sed ut ipse possideat dominum iuxta Prophetam dicentem: Pars mea dominus. 12. Quaest. 1. Ca. Clericus. Item in sequenti Canone dicit D. Ambrosius de fine saeculi. Cui portio deus est, nihil debet curare nisi deum, ne alterius impediatur necessitatis munere etc. Consule praeterea duos sequentes Canones. Duo sunt genera. Et, Quia tua & c.

Hieronymus 26. Quaest. 2.

Can. Apostolicis.

Apostolicis uiris & euangelizatorib. Christi in necessarijs usibus nolle tribuere, seipsum condemnare est. Prosper de contemplatiua uita ca. 10.

1. Quaest. 2. Can. Si quis.

Si quis propter hoc sua relinquere non uult, ut habeat unde uiuat, ut quid accipit unde ratione reddat, ut quid peccatis alenis sua multiplicat. Idem, Non est meum dicere quale peccatum est, qui cibos pauperum praesumendo suscipiunt, qui ecclesiam quam inuare de proprijs facultatibus debuerant, suis expensis insuper grauant: propter hoc fortassis in congregatione uiuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes accipiant & c. Item in canone, Pastor ecclesiae eiusdem Prosperi, Pastor ecclesiae his, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quandoquidem nihil ecclesia.

aliud sit habentibus dare quàm perdere, nec illi qui sua possidentes dare sibi aliquid uolunt, sine grandi peccato suo, unde pauper uicturū erat, accipiunt.

Augustinus ad Vincentium Donatistam & Rogatistam 5. Quæst. 5. Can.

Non omnis.

Inter cætera uerba dicit: Ut illic esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, ut iniusticia seductus, ac quiescat: & qui freneticum ligat, & qui letargicum exercitat, ambobus molestus, ambos amat & c. Perlege ipsum textum pulcherrimis exemplis refertum. Item Hiero. ad Rusticum episcopum Narbonensem Dist. 93. Can. Diaconi, Para, Nunc autem & c.

21. Quæstionis 1. Can.

Clericus.

Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesijs: negociationis enim hoc est, & turpis lucri proprium commodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum & c. Vnusquisq; enim secundum apostolicam uocē, in quo uocatus est, in hoc debet manere, & in una collocari ecclesia. Et, Extra de Cle. Non resid. Can. Quia nonnulli, Can. Relatū, & cap. Conquerente nobis & c.

De sacer=

De Sacerdotijs commutandis.

Euaristus natione Græcus, et genere, et patre Iudæo natus est, Imperante Traiano & Hadriano, ait. Episcopus Ecclesiam uel sine necessitate uel sine apostolica & Canonica mutatione nõ magis dimittere potest quàm maritus uxore suā: quia, inquit, qui uiderit mulierem, et concupierit eam in corde suo, mæchatus est Liber Conciliorum hæc.

Canon Niceni Concilij statuit. Neminē debere ambitionis uel lucri gratia se ad ditiores, maiorem uel ecclesiam conferre. Platina. Eccl. Hist. hæc.

Bonifacius eius nominis tertius, patria Romanus anathemate damnauit, uel fauore uel largitionibus se bi parantes aditum ad episcopatum. Platina. Itē. Clericos non debere accipere ecclesiastica beneficia à laico 16. Quæst. 7. can.

Canon Niceni cōcilij clericum damnat, qui usuras frumenti uiniq; ampliationem acceperit, tanquàm turpis lucri reus abijciatur. Eccl. Hist.

Gregorius statuit unāquamq; ecclesiam suos debere Redditus re possidere prouentus, unde sacerdotes uiuerent, ne ecclesiæ cogèrentur desertis sacris officijs, se dare prophanis & quæstuosis artibus.

Ne episcopi & clerici ullius gradus, preciosis & exquisitis uestibus, ne etiam coccinei coloris uestibus uterentur.

Ne aureis & argenteis baltheis uterentur.

Ne in digitis gemmas gestarēt, nisi quando præsules sacra facerent.

Ne aurum argentumue ferrent clerici in calceis, uel crepidis.

Zacharias eius nominis primus, Ecclesijs uestigia, quo oleum pro lampadibus emeretur, & fundos, assignauit, ex quibus sacerdotes uiuerent, Platina.

Antherus Episcopū ab uno Episcopatu ad alium transferre, si id Ecclesiæ necessitas uel utilitas exigit licere, sed ne id sine summi Pontificis autoritate fiat, cauit, Platina.

Syluester Constantini temporibus præcepit, ut unusquisq; uno gradu contentus sit, & unius solum uxoris sit, Platina.

Calixtus secundus Imperante Henrico, Episcopū ecclesiam (non afflictum ab eo) dimittentem, adulterum debere iudicari, statuit.

Canones Niceni Concilij statuerūt, ut Clericus qui sine probabili causa, relicta ecclesia oberrat, in Cōmunione ab alijs ecclesijs non suscipiatur, Eccle. hist.

Hadria

Hadrianus primus statuit, ut una ecclesia relicta, alterius curam sumere nemini liceat.

SACERDOTES DOCTI SINT,

& ut legem Dei sciant.

DE scientia legis necessaria in episcopo siue sacerdote habes cap. 34. Ezechielis. Speculatorē dedit te domui Israël. Audies ergo ex ore meo sermonem, &c.

Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Mala. 2

Filij Hebaia, filij Accos, hi quæserunt scripturam suam in censu, & nō inuenerunt, & eieci sunt de sacerdotio. Dixitq; Athersata eis, ut nō manducarent de sanctis sanctorū, donec staret sacerdos doctus & eruditus. 2. Esd. 7

Cōstitue iudices & præsides, ut iudicent omni populo, qui est trans flumen, his uidelicet qui nouerunt legem dei tui: sed & imperitos docete libere. 1. Esd. 7

Beatus seruus, quem, cum uenerit dominus, Mat. 14

186 SACERDOTES DOC. SINT.
dominus, inuenerit uigilantē, ut det
escam in tempore illis.

2. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut dispēsa-
tores mysteriorū dei, id est, euāgelij.

1. Tim. 3. Aptus sit ad docendum.

Acto. 10. Attēdite uobis & uniuerso gregi,
in quo spiritus sanctus posuit uos spe-
culatores &c.

Leo papa 25. Quæst. 1. Ca. Diui-
nis præceptis.

Diuinis præceptis, & apostolicis monitis incita-
mur, ut pro omni ecclesiarum statu impigro uigile-
lemus affectu, &c. Admonente enim diuinæ uocis im-
perio, quo beatissimus apostolus Petrus trina admo-
nitiōe mysticis sanctionibus imbutur: ut Christi oues
qui Christum diligit, pascat &c.

Dist. 43. Can. Pudicus.

Innocens absq; sermone conuersatio quantum ex-
emplo prodest, tantum silentio nocet: nam latratu ca-
num & baculo pastorum lupi sunt arcendi. Item per
lege sequentes Canones.

Zosimus papa Distin. 36

Can. Qui eccle.

Qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinē non est
imbutus,

SACERDOTES DOC. SINT. 187

imbutus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdo-
tium aspirare præsumat &c. Hinc etiā Dauid prius
ex gratia spiritus sancti donum scientiæ percepit, &
postea administrationem regni affectus est. Hinc
etiā dominus prius posuit uerba sua in ore Prophe-
tæ, & postea constituit eum super gentes & regnā,
dicens ad Hieremiā: Ecce dedi uerba mea in ore tuo.
Hinc etiam Malachias. Labia sacerdotis custodiunt
scientiam, & legem exquirunt de ore eius. Hinc etiā
idem Saluator noster prius in medio doctorum se-
dit, audiens illos & interrogans, & postea prædi-
care cœpit. Quia prius quisq; discere, et postea præ-
dicandi officium usurpare debet. Et infra, Petrus etiā
cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait: Parati esse de-
betis reddere rationem omni poscenti uos satisfactio-
nem de ea fide, & spe quæ in uobis est. Hinc etiam
Paulus scribens ad Timotheum ait: Attende lectioni,
& exhortationi, & doctrinæ. Ex quibus omnibus
liquido colligitur, quod non sufficit prælatis bona
conuersatio & morum honestas, nisi addatur sci-
entia doctrinæ.

Hieronimus in Leuit. Dis. 36.

Can. Si quis.

Si quis uult Pontifex esse, non tam uocabulo
quod

quod merito imitetur Moysen, &c. Et subdit: Quid autem ei opus erat, ut aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populū doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, ut à Deo discat legēdo diuinas scripturas, & sepius meditando, aut populum doceat: sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerat, non ex proprio corde uel humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet, &c. Itē, Dist. 43. Can. Ephesijs. Item, Can. Sit rector. Item ca. Dispensatio, &c.

Platina in uita Innocentijs 6.

Pontificis Rom.

De hoc Pontifice Platina sic scribit. Innocentius 6. beneficia ecclesiastica non nisi probatissimis sacerdotibus, tū uita, tum doctrina dare constituit, ut omnes prelati, omnesq; qui beneficia habebant ad ecclesias suas sub anathematis pœna proficiscerentur. Dicebat enim oues proprias à proprio pastore non à mercenario custodiri debere.

SACERDOTES IGNARI

aut improbi destina-

uantur.

Ose. 4.

Conticuit populus meus, eò quod non habuerit scientiam. Quia tu sciens

scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, &c.

Pseudopphetas & spiritū im = Zac. 13
mundum auferam de terra.

Vos estis onus: proiciam quippe uos, dicit dominus. Et propheta et sacerdos et populus, qui dicit onus domini.

Non appropinquabunt ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, nec accedent ad omne sanctuariū meū, iuxta sancta sanctorum, sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerunt. Ezec. 44

In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terra Israel ingreditur, dicit dominus: eò quod deceperint populum meum. 13

Hilarius primus, Leone primo imperante, stituit ignaros literarum, corporisq; aliquo membro carentes non esse sacris iniciandos.

Celestinus primus, Theodosij iunioris temporibus fuit. Is ut sacerdotes canones teneret, præcepit.

Alexander

Alexander secundus quoque statuit ecclesiastica beneficia non nisi bonis & doctis conferenda.

Hadrianus, Constantino & Leone regnante & temporibus Caroli Magni in Pontificatu sedit, infra tres annos ad sacerdotium promoueri, uetuit. Chro.

Ex Concilio Carthag. Dist. 23. Can.

Qui episcopus.

Quo sit ex
aminandus. si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si in episcopatu castus, si sobrius, si peruigil, si semper pro eligitur suis negocijs cauens, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus uel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus. Itē in sequenti Canone qualis esse debeat clericorum conuersatio. Isidorus de uita clericorum, consule sequentes Canones usque ad Dist. 17.

Ex Concilio Carthag. 3. Dist. 24.

Can. Nullus.

Nullus ordinetur clericus nisi probatus, uel examine episcoporum, uel populari testimonio. Itē sequens Canon. Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut cum certē discernerentur criminosa peccata confessi sunt, aut post ordinationem ab alijs detecti sunt, abijciantur ex clero:

clero: similiter uerò & de uniuerso clericorum ordine seruetur.

Hieron. in Micheam. Dist. 35.

Can. Ecclesia.

Ecclesie principes qui delicijs affluunt, & inter epulas atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit: quod eiiciendi sunt de spaciosis domibus lautisque conuiujs, & multo labore epulis conquestis, &c. Et infra. An non confusio & ignominia est Iesum crucifixum pauperem et esurientem falsis predicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre. Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermone eorum imitemur, sed etiam conuersationem & abstinentiam. Item, Canon, Episcopus & presbyter Episcopus aut diaconus alicui atque ebrietati deserviens, aut desinat ebriosus uel aut certe damnetur. Itē Canon ultimus huius Distincti alicui dāonus monet, ut clericus triginta diebus à communione abstinere, quem ebrium fuisse constiterit.

Gelasius Papa Distin. 36. Can.

Illiteratos.

Illiteratos aut aliqua parte corporis uitiatos uel imminutos, nullus presumat ad clericatus ordinem promouere, quia literis carens sacris non potest esse

Ebriosi clerici poena.

esse aptus officijs. Item Zozimus Papa. Qui ecclesia
sticis disciplinis per ordinē non est imbutus, & tem=
porum approbatione diuinis stipendijs non est erudi=
tus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotiū aspī=
rare præsumat.

Hieronymus in Esaiam, Dis. 38. Can.

Si iuxta.

Si iuxta apostolum Pauli Christus Dei uirtus est,
& Dei sapientia & scripturarum ignorantia, Chri=
sti est ignorātia, &c. Item, Ex Synodo 7. Can. Om=
nes. In hoc Canone exprimit quæ oporteat scire eum
qui episcopus est ordinandus. Similiter in Ca. Nullus
episcopus. Clemens præcipit ut propter opprobriū
senectutis à paruulis & à minimis non erubescat di=
scere episcopus. Item Hiero. super Malachiam, Dis.
49. Can. Sacerdotes.

Distinct. 81. Canone.

Volumus.

Volumus ut sacerdotes prohibeantur, ne cum mu=
lieribus conuersentur, excepta duntaxat matre, uel
sorore, uel uxore, cum quibus domus caste regenda
est. Item ex Concilio Toletano. Quidam clerici le=
gitimum non habentes coniugium, extranearum mu=
lierum uel ancillarum suarum quæ interdicta sunt
confor=

confortia, appetunt: iam quæcunq̄ clericis taliter
coniunctæ sunt, ab episcopo auferantur & uenun=
dentur, &c. Item, Can. Maximianus eiusdem Di=
stinctionis.

Augustinus Dist. 83. Can.

Nemo.

Nemo quippe nocet in ecclesia Dei amplius, quàm
qui peruerse agens nomen uel ordinem sanctitatis &
sacer dotis habet, &c. Episcopus itaq; qui talium
crimina non corrigit, magis dicendus est canis impu=
dicus quàm episcopus. Item Ca. Si quis episcopus for
Gregorius
Septimus.
nicationi presbyterorum, diaconorū, uel crimē ince=
stus in sua parochia precio uel precibus interueniēte
consenserit, uel commissum autoritate officij sui im=
pugnauerit, ab officio suspendatur.

Symachus Papa 1. Quæst. 1. Can.

Vilissimus.

Vilissimus computatus est nisi præcellat scientia
& sanctitate qui est honore præstantior. Item Augu=
stinus 8. Quæst. 1. Sunt in ecclesia quidam præposi=
ti, de quibus apostolus Paulus dicit: Sua quærentes nō
quæ Iesu Christi, hoc est, temporalia commoda quæ=
rentes, lucris inhiantes, honorem ab hominibus appe=
tentes: hij sunt mercenarij inter filios se non compu=
tari

tari debet. Item. 10. *Questione 1. Ex Concilio Tolera-*
tano. Relata. Item, Episcopum. Item Can. Dea-
creuimus.

CHRISTIANI OMNES LI-

gandi absoluedi q; potesta-
tem habent.

Matth. 18

SI peccauerit in te frater tuus, uade
 & argue eum inter te & ipsum so-
 lum. Si te audierit, lucratus es fratrem
 tuum: sin uero te non audierit, adhibe
 tecum adhuc unum aut duos, ut in ore
 duorum aut trium testium, consistat
 omne uerbum. Quod si non audierit
 eos, dic ecclesie. Quod si ecclesiam
 non audierit, sit tibi sicut ethnicus et
 publicanus, hoc est, interprete Au-
 gustino, noli illum iam deputare in nu-
 mero fratrum tuorum. Et continuo
 addit: Amē dico uobis, quaecumq; al-
 ligaueritis super terram, erunt li-
 gata in caelo. Et quaecumque sol-
 ueritis super terram, erunt soluta in
 caelo.

Hanc

Hanc itaque soluendi potestatem omnibus datam
 Christianis, ex his sequentibus Patrum testimonijis
 clarum erit.

Augustinus de uerbis domini

Sermon. 16.

Cœpisti, inquit, ad Christianam animam, habere
 fratrem tuum, tanquam publicanum, alligas illum in
 terra, sed ut iuste liges, uide: nam iniusta uincula di-
 frumpit iusticia. Cum autem correxeris & concor-
 daueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra: cum
 solueris in terra, solutus erit in caelo. Multum pre-
 stas non tibi, sed illi: quia multum nocuit, non tibi,
 sed sibi.

Beda super illud ad Col. Pauli:

Supportantes inuicem.

Nunquid dicere possumus, quod etiam frater fra-
 trem à delicti poterit contagione mundare? Imò uero
 id etiam nos esse admonitos in huius operis altitu-
 dine nouerimus, ut confessi inuicem delicta nostra,
 oremus pro nobis, sicut Christus interpellat pro no-
 bis. Audiamus apostolum Iacobum hoc ipsum eui-
 dentissime præcipientem atq; dicentem: Confitemi-
 ni inuicem delicta uestra, &c. quia ad hoc dominus
 nobis dedit exemplum: Si enim ille qui nullum pec-

catum nec habuit nec habebit, orat pro peccatis nostris, quanto magis nos iniucē pro nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere debemus iniucem nobis, qui sine peccato hic uiuere non ualemus. Et infra: Nostrum est donante ipso ministerium charitatis & humilitatis exhibere. Illius est exaudire, ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Christum, & in Christo, ut quod etiam alijs dimittimus, hoc est, in terra soluimus, soluetur in celo.

Hieronymus super Mat. 18.

Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem, in omni necessitate, qua praecipitur: ut debitoribus nostris debita remittamus.

Augustinus super Ioannem

Tractatu 5.

Si in Petro non esset ecclesiae sacramentum, non ei diceret dominus: Tibi dabo clauas regni caelorum, quod cumq; solueris super terram &c. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia. Et subdit: Si in ecclesia sit, quando clauas accepit, ecclesia sanctificatur. Et in praefatione Psalmi 108. Quaedam dicta sunt

ad

ad apostolum Petrum, nec habent illustrem intellectum nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam. Sicut est illud: Tibi dabo clauas &c. Iam omnes Christiani sunt ecclesia, ut ait Augustinus super Psalmum 122. Quare omnes Christiani hanc potestatem in uerbo & potestate acceperunt. Idem notat Augustinus in Apocalypsi Can. 2. Sermone 1. Deniq; super Ioannem sermone ultimo apertissime contestans. Ecclesiae, inquit, Petrus apostolus propter apostolatus sui primatum, gerebat figuratam generaliter personam &c. Vide in titulo, quomodo Clauis totae ecclesiae datae sint, reperies hunc Augustini locum.

Cyprianus in epistola 6

ad Magnum.

Cyprianus ad Magnum dicit: Dominus probat & declarat in Euangelio suo, per eos solos posse peccata dimitti, qui habent spiritum sanctum. Post resurrectionem enim discipulos suos mittens loquitur ad eos & dicit: Accipite spiritum sanctum, si cuius remisistis peccata, remittuntur illi. Quo in loco ostendit eum solum posse remissionem peccatorum dare, qui habet spiritum sanctum. Cui Cyrillus astipulatur in eiusdem loci expositione.

n 3

Augustinus

Augustinus super Ioannem

Sermone ultimo.

Ecclesia pe
Et ligat et
soluit.

Omnibus sanctis ad corpus Christi in separabili-
ter pertinentibus, propter huius uitæ procellosissime
gubernaculum ad liganda & soluenda peccata, cla-
ues regni caelorum primus apostolorum Petrus ac-
cepit. Ac deinde de Ioanne apostolo. Nec iste, inquit,
solus, sed uniuersa ecclesia ligat, soluitq; peccata. Cæ-
terum ecclesiam esse congregationem prædestinato-
rum, ex ip[s]is liquet præalligatis Augustini uerbis.

Ecclesia qd
sit.

Nam superius exponens, quæ sit uniuersalis eccle-
sia, ligandi soluendiq; peccata, potestatem nacta. Hæc,
inquit, est sancti ad corpus Christi inseparabiliter
pertinentes, de qua re Augustinus super Ioannis ca-
put decimum latius consule.

LAICORVM EST DOCERE

etiam literas diuinas.

Omnes Christianos habere eandem potestatem
in uerbo prædicatio diuino, si necessitas requirit. Ne-
mo autem communẽ ordinẽ ecclesiæ confundat more
falsorũ prophetarũ. Legimus enim Act. 5. de Stepha-
no, qui nõ in hoc ordinatus ut euangeliũ prædicaret,
sed ut bona pauperibus, & uiduis ministraret: attã
men opportunũ sermocinandi tempus nactus, nõ po-

tuit

tuit nõ loqui quæ uidit, audiuit & legit, ut lucidissimæ
apostolica Acta declarãt. Hoc ipsum et Paulus omni-
bus cõcedere Christianis uidetur ad Heb. 5. Etenim, in
quiens, cũ debeat esse doctores propter tẽpus, rur-
sum opus habetis, ut doceamus uos quæ sint elemẽta
initij eloquiorũ dei. In quæ uerba Chrysof. Ostendit
inquit, quia et laici debent docere. Quẽuis doctore et
interpretẽ non reijcit Paulus à confessu etiam docti-
s. quo loco monet superiores, ut si quid reuelatũ fuerit
asidenti &c. Et generatim omnib. docẽdi munus per-
mittit præterq; mulieribus, quas monet ut uiros domi
interrogẽ: frustra id præcepturus, nisi liberũ esse uo-
luisset omnes in uerbo eandẽ habere docẽdi potestatem
Absit autẽ à Christiano coetu omnis deordinatio. Sunt
pastores, Episcopi &c.

Chrysof. in caput Gene. 2. Homil. 24.

Neq; enim hoc solum nobis curæ est, ut multa di-
camus, sed idcõ dicimus, ut bene ea animis uestris
commendentur, & solum sciantur quæ in diuinis
scripturis continentur, ut & alijs fiat doctores,
positisque alios admonere. Hoc oro, ut omnes qui
hinc egrediuntur, cum proximis nunc dictis in-
ter se mutuum conferant: & ita omnia colligen-
tes, ac recenti memoria tenentes, domum concedite,

n 4 apud

Hebr. 5

Chrysof.

apud uos ipsos ruminantes diuinas hanc doctrinam et huc omni cura uestra conuersa, menteq; in his occupata, positis facile et turbulenta animi affectiones uincere, et diaboli insidias effugere.

Idem in caput Geneseos 1.

Homilia 6.

Ne ita negligentes simus, obsecro, in nostra ipsorum salute: quin potius sermo noster sit de spirituum uariis rebus. Et librum diuinum accipiat aliquis in manus, conuocatisq; proximis per diuina eloquiariget, et suam et conuenientium mentem, ut sic diabolicas insidias effugere ualeatis, et multos percipere ieiunij fructus, et frui misericordia dei positus.

Idem Homilia 7.

Laici uerum non solum solent audire sed et docere debent. A laico non erubescat presbyter discere. Volo enim et precor omnes uos in doctorum ordine esse, et non solum auditores nostrorum dictorum, sed et alij doctrinam nostram afferre debetis, piscariq; errantes, ut in uiam redeant ueritatis, sicut et Paulus inquit: Unus alterum edificet, et cum timore et tremore salutem uestram operemini.

Augustinus de anima

Et origine ad Petrum presbyterum epistola siue li. 2. ca. 1. Absit enim, inquit, ut erubescat a presbytero discere.

discere, si a laico tu non erubuiisti predicanda et imitanda humilitate uera didicisse.

Episcopi facti ex

Laicis.

Teuto Nepesinus impulsu Desiderij Longobardorum regis fratrem suum Constantinum armis et corruptio nibus munerum, in Pontificatu populo Rom. obtrusit Constantinus autem ab episcopo Prenestino ex laico inunctus in Episcopum, obstinate uel Pontificatum administrauit. Stephanus Pontifex Rom. tertius indicibus synodum in Lateranensi basilica, primores cleri ex Italia conuocat. Constantinus accusatur, quod ex laico statim factus sit episcopus, et cum excusaret maiorum exemplo, nempe, Sergij Rauennatis episcopi, et Stephani Neopolitani episcopi, qui ex laicis episcopi facti essent, contumeliose eicitur synodo, decreta eius abrogantur. Platina, Sabellicus. Nauclerus.

Leo eius nominis octauus, ciuis Romanus, eligitur in Pontificem electione cleri populiq; Romani et approbante Ottonis, eius nominis, Magno Imp. Nauclerus, Antonini summa.

Item apud Eusebium et Chrysostomum reperiimus causarum patronum in episcopum creatum.

Stephanus eius nominis tertius, tempore Constan-

tini quarti, & Caroli Magni in Pontificatu sedit. Is ne quis laicus, nisi ordine per Ecclesiasticos gradus ascendens episcopus fiat anathematis poena cautū est.

Formosus primus, sub Pontificatu Ioannis IX. deseruit episcopatum suum Portuensē, & in Galliā au- fugit, postea reuocatus à Ioanne, cui iureiurando, & data syngrapha promittere, cogitur: se neq; Romam neq; ad suum episcopatum esse rediturū, sed uicturū in laicali statu, uestibus prophanis indutū. Ioanne IX autem mortuo, Martinus 2. Formosum Romā accer- sit et à iuramento quod Ioanni IX prestiit, absoluit et in pristinā dignitatē, desertūq; episcopatū restituit.

CHRISTIANI SACERDO

tes, Reges & Prophetae sunt.

Ipsi quoq; ueluti uiui lapides aedifi- cemini, domus spiritualis, sacerdo- tium sanctum, ad offerendum spiritu- ales hostias deo uiuenti. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, genus sancta.

Scribit hanc epistolam Petrus ad omnes Chri- stianos ijs uerbis: Petrus Apostolus Iesu, adue- nis sparsim incolentibus, Pontium, Galatiam, Cap- padociam & c. **Qui**

Qui dilexit nos, & lauit nos à pecca- tis nostris, per sanguinē ipsius, & fecit nos reges & sacerdot. deo & patri suo

Fecisti nos deo nostro reges & sacer- dotes, & regnabimus super terram.

Et uos mihi eritis in regnum sacer- dotale, & genus sancta.

Chrylost. in Epist. ad Corinth. 2.

cap. 1. Homilia 3.

Quid est, qui unxit & signauit? Nimirū dato spū per quē utrinq; peregit, per quē simul pphetas & sa- cerdotes & reges facere solitus ē. Nā hoc hominū ge- nus olim ungebatur. Nos uerō nō unā, sed tres nūc ha- bemus dignitates. Nā & regno potituri sumus, & sa- cerdotes efficitur, dū nostra corpora hostiā offeri- mus. Exhibete, inq; corpora uestra hostiā uiuentē ac- ceptā deo. Ad hęc et pphetae reddimur, ppter ea qd̄ quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, hęc reserata sunt nobis: quanq̄ & alia ratioe reges efficitur, si uo- luerimus absurdis imperare cupiditatibus. Et infra in fine. Sic & tu in baptismo rex efficeris, & sacerdos & ppheta. Rex quidē omnibus prauis actionib. humili- pstratis, & interfectis peccatis. Sacerdos aut̄ dī se= ipsū offert deo, dūq; immolat corpus suū, mactatq; se ipsū. Nā si, inquit, mortui fuerimus illi, uiuemus etiā

Apocal. 1

5.

Exod. 19.

1. Pet. 2.

cum illo. Propheta uero dum futura discit, & Deo afflatus redditur, atq; ob signatur.

Hieron. Malach. 1.

In hæc uerba dicit: Genus regale, & sacerdotale sumus omnes, qui baptizati in Christo, Christi cenſemur nomine.

Ambrosius in Lucam

lib. 2. cap. 6.

Dauid inquit, cum esuriret, ipse cum socijs panes propositionis sumpsit, quod non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, ut per illam monstraret figuram sacerdotalem cibum, ad usum transiturum esse populorum. Siue quod omnes filij ecclesie sint sacerdotes unimur enim in sacerdotium sanctum, offerentes nosmetipsos hostias spirituales. De quo rationali sacrificio Paulus ait Romanorum duodecimo.

Bernhardus

In sententijs, ab his patribus non dissentit. Reges sunt, inquit, & sacerdotes omnes electi, & eos oportet oleo unctionis inungi.

Ex Augustino

Sententiæ excerptæ. Christi nomen à chrismate est, id est, ab unctione. Quia ideo omnis Christianus sanctificatur, ut intelligat se non solum sacerdotale, & regie

& regie dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem.

Eusebius Eccles. Hist. lib. 6.

Capite 15.

Quod autem addidisti in literis tuis, quia nunquam auditum, aut aliquando factum sit, ut presentibus episcopis laici disputent. Nescio quam ob causam tantum apertum mendacium asserere uolueris. Cum consuetudo hæc sit, ut sicubi inueniantur qui possint fratres Laici inuitari ad instituire ecclesiam, & consolari populum, ad tractandum semper à sanctis episcopis inuitentur: sicuti Euelpius à fratre nostro Neone apud Larandos, & Paulus dum publicus à Celso apud Iconium, & apud Synedam Theodorus ab Attico. Non autem dubium est, quod & alij plurimi in alijs locis, si qui sint, qui possint opus dei in uerbo & doctrina competenter explere: ad hoc ipsum à sanctis episcopis inuitentur. Epistola Alexandri ad Demetrium Alexandrinum &c. Item, Ex historia Tripartita, li. 2. capite 3. Socrates. Liqueat quod & Laici disputare, & docere etiam possunt. Et Somenus de quadam disputatiõe simplicis cuiusdam laici senis mentionem fecit ut supra recensuimus.

Beda in secunda epistola Petri 2.

Quest. 7. can. Secuti sunt.

Beda

Beda dicit in hoc Canone, quod docti ab indoctis, Episcopi in clerici à laicis quandoq; merito reprehendantur. Et docti à laicis infra à aperte dicit circa finem. Quia ergo non omnes reprehendē episcopi sunt episcopi, presbyteri à Daniele puero iudicatur, & sal infatuatū à porcis conculcatur. Et qui dicit pax vobis plerunq; non columba, sed coruus reputatur. Patet quod semper pro officio uel autoritate personæ ab accusatione est cessandum, imò cōtra paucos est agendum, & c.

Damasus Papa 2. Quæst. 7.

Can. Testes sunt in sacra.

Item Paulus.

Paulus Petrum reprehendit qui princeps Apostolorum erat, unde datur intelligi, quod subditi possunt reprehendere praelatos suos, si reprehensibiles fuerint. Item in fine dicit: Cum Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti fratres sunt qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quod ad gentilem diuertisset. Ecce quod praelati iure possunt reprehendi à subditis. Item sequens Canon. Petrus potestatem, & c. non ex potestate officij, sed ex autoritate diuinæ uirtutis subditis suis respondit. Item Canon, Paulus Deacliæ ciuitatis episcopus accusatur à subditis de lapsu carnis conuincitur, deponitur, alius loco eius substituitur.

Item

Item, Laico producenti scripturam plus credendum esse, quàm toti Concilio fuerit Panormitanus in cap. Panormita
Significasti de Electione. In summa, sumus itaq; singu
nus.
li quiq; ueri sacerdotes quatenus mortificantes membra nostra quæ sunt super terram, & sacrificium spiritus contribulati, cordis contriti altissimo offerimus, una uidelicet spiritus unctione delibuti, & Christo Iesu per mortem eius in quam baptizati sumus inatatorati. Scriptum est enim, & erunt omnes theodidacti. At sacerdotes, quos ordinatos dicimus ex Ecclesiæ instituto, ut pax Christiana & ordo certus constaret, uerbum dei publicè administrare habent, quod dum faciunt dispensatores tantum agunt uerbi, non Imperatores. Iuxta id Apostoli: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Cui sententiæ adde Cyprianum scribentem confratri suo Cornelio, hoc est, summo Pontifici. Sacerdotes, inquit, id est, dispensatores, populi suffragio eliguntur.

Augustinus libro de uita

Christiana, cap. 9

Ex quo tempore credentes illi, & baptismatis illius sanctificatione purgati, non aliqui sicut sub lege prius

prius fuerant, sed omnes in prophetis & sacerdotibus unguuntur, & regibus. Cuius unctionis quales esse debemus admonemur exemplo, ut in quibus tanta sancta est unctio, sit non minus conuersatio. Ex sacramento enim unctionis huius & Christi, & Christi anorum omnium, id est, in Christo credentium uocabulum descendit & nomen. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur.

Origenes super Leuit. Homi-

lia 9. cap. 16.

Omnes enim quicumque unguento charismatis delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut, & Petrus ad omnem dicit ecclesiam: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. Estis ergo genus sacerdotale, & ideò acceditis ad sancta. Sed & unusquisque habet in se holocaustum suum, & holocausti sui ipse succendit altare, ut semper ardeat. Ego si renunciam omnibus que possideo, & tollam crucem meam, & sequar Christum, holocaustum obtuli ad altare dei: aut si membra mea ab omni concupiscentia carnis mortificauero, si mundus mihi crucifixus sit, & ego mundo. Holocaustum obtuli ad altare dei, & ipse mea hostia sacerdos efficior. Et super Iudicum Homilia 6.

Chryso-

Chrysost. in opere imperfecto in

Matth. cap. 7. Attendite uobis à falsis prophetis.

Scriptum est: Omnis lex & propheta usque ad Ioannem. Non quia futuri non erant post Ioannem: fuerunt enim Agabus & Silas, & multi. Sed quia prophetia de Christo non erat futura post eum: ergo prophetia quidem cessauit. Prophetæ autem & fuerunt & sunt: sed non qui prophetarent de Christo ab anti- quis fuerunt prophetata, id est, doctores ecclesiarum: sed & omnes Christiani prophetæ dicuntur, qui in regnum, & sacerdotium, & in prophetiam unguuntur. Nec enim quis potest prophetico interpretari sensus, nisi habeat spiritum prophetie.

Beda in epist. Petri primam, ca. 2.

Sacerdotium sanctum.

Manifestissime uos hortatur, ut sacerdotium sanctum ipsi existetes, super edificemur super fundamentum Christi. Omnem ergo ecclesiam sacerdotium sanctum appellat, quod sola domus Aaron in lege nomen & officium habuit. Quia nimirum omnes summi sacerdotis membra sumus, cuncti oleo letitiæ signamur uniuersis congruit quod subdit: Offerre spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum, &c.

Et sacerdotio sancto participare, & boni aliquid ac
ceptabile deo gerere, nõ nisi per ipsum ualeamus. Sicut
enim palmites nõ possunt ferre fructum, & c. Ioan. 15

Idem in Apocalypsim lib. 1

Capite 1.

Omniamẽs Et fecit nos regnum, & sacerdotes deo & patri
bra Christi suo. Quia rex regũ & sacerdos cœlestis se offerendo
sacerdotes pro nobis nos suo corpori adunauit: nemo sanctorum
est, qui spiritualiter sacerdotio officio careat, cum sit
membrum æterni sacerdotis. Idem in eodem libro ca
pite 20. Sed erunt sancti dei & Christi. Alia editio
habet: Sacerdotes dei & Christi. Non autem de solis
episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie uo=
cantur in ecclesia sacerdotes, sed sicut omnes Christi
dicimur propter mysticum chrisma, sic omnes sacer=
dotes, quoniã membra sumus unius sacerdotis, de qui
bus apostolus Petrus: Plebs, inquit, sancta, regale sa=
cerdotium, & c.

Hieronymus in Malachiam

Capite 1.

Corripit sermo diuinus episcopos atq; presbyteros
& diaconos negligentes, siue quoniam genus sacerdo
tale & regale sumus, omnes qui baptizati in Christo,
Christi censemur nomine: cur despiciant nomẽ dei? Et
interro

interrogantibus, in quo despexerunt nomen eius: cau
sus monstrat offensã: Offeritis, inquit, super altare
meum, & c.

Cyrillus in Ioannem cap. 9

lib. 6. cap. 20.

Et tu doces nos? Solet enim maiorum consuetu=
do à minoribus aliquid discere dedignari: quod nimi
rum ex latente morbo superbiã proficitur, quo sibi
animus falsam scientiã opinionem ascribit, & eru
bescit ab eis qui inferiore gradu uitæ aut dignitate
sunt constituti quippiã percipere, ne ignorasse uidea
tur idipsũ, aut minor illo in doctrina appareat à quo
discit, cum cupit omnibus supereminere. Sed si animus
noster uera esset humilitate munitus, nõ erubesceret, **Cyrillus à**
etiam à quouis puerulo quicquam quod ignoraret, ad **puerulo nõ**
discere. A quocũq; percipi potest ueritas, amplecten **erubescit**
da est & capescenda, & c.

Eusebius in hist. Tripartita

Lib. 2. cap. 3. Socrates.

Cum plurimi disputationis delectatione traherentur,
unus quidam ex confessoribus laicis simplici=
cem habens sensum dialecticis obuiabat, dicens: Au=
dite igitur, Christus apostoli non nobis artem dia=
lecticam tradiderunt, uanãq; uerborum fallaciam,

sed puram scientiam fide & bonis operibus obseruandam. Hæc dicente iuvene, & animo sene, presentes, quidem mirati sunt, dictumq; probauerunt. Dialectici uerò satisfactione suscepta cessarunt, rationem uidelicet simplicem ueritatis audientes. Idem in libro 6. capite 16. Ecclesiast. Historia, & libro septimo, capite 6.

Chrysofomus in Genesim Ho-

milia 28. cap. 9.

Vidisti quomodo quacumq; calamitate humanam naturam præueniēte, cōueniens ex scripturis antidotum accipere liceat, & omnis uitæ huius repellatur cura, neq; ab ullo quod accidit, grauēmur? Propterea obsecro, ut subinde huc ueniat, & diuinæ scripturæ lectionem diligenter auscultetis, nō solum cum huc uenitis, sed & domi diuina Biblia in manus sumite, & utilitatē in eis positam magno studio suscipite. Inde enim multum lucri nascitur.

Vide suprā & Titulum, Laicorum est docere literas. Item, Chrysof. Ioannem cap. 1. Homel. 2. Illud Paterfamilias uos admonendos hortandosq; censo pernecessarium ut quo nunc estis animo perseueretis, neq; in hoc tantum cōfessu, sed domi quoq; uir cum uxore, pater cū tractare de filio inuicem de his frequenter loquantur, & ultro citroq;

troq; suam & serant & inquirant sententiam, uelintque probatissimam hanc & pulcherrimam inducere consuetudinem, & c. Idem Homil. 78. ex cap. Matt. 25. Et Homil. 3. ex cap. Matth. 1. dicit: quod scriptura sacra non ad solos Monachos pertineat.

DE CONIVGIO SA-

cerdotali.

Episcopis & sacerdotibus

permissæ uxores.

AN non habemus potestatem, solum 1. Corin. 9.
Arorem mulierem circumducendi, quemadmodum & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas?

Melius est nubere quā urī, & propter fornicationē unusquisq; uxorem suā habeat. Vbi neminem excipit. De uirginibus præceptum non habeo.

Vxorī suę meminit Paulus Phil. 4. Philip. 4.
Sanè rogo te, & compar germana, adiuua eos qui Euangelio decertarūt mecum.

Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum. 1. Timot. 3.

0 3 id est,

id est, ne plures habeat quemadmodum permiffum erat Iudæis ex lege.

Titum 1. Vt constituas oppidatim presbyteros, sicut & ego ordinârã. Si quis est inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles.

Ecce uxorem ac liberos audis.

Hebr. 13. Honorabile est inter omnes coniu-
gium, & cubile impollutũ. Scortato-
res enim & adulteros iudicabit Deus

2. Timot. 4. Spiritus autẽ certo loquitur, quod
in posterioribus tẽporibus descendent
quidam à fide, attendentes spiritibus
impostoribus, ac doctrinis dæmonio-
rum, prohibentium contrahere ma-
trimonium.

1. Theß. 4. Hæc enim est uoluntas domini dei
sanctificatio uestra, ut abstineatis à
scortatione, & sciat unusquisq; uestrũ
suum uas possidere cum sanctificatio-
ne & honore, non cum concupiscen-
tia, &c.

Matth. 8. Cum uenisset Iesus in domum Pe-
ri, uidit foetum illius in lecto decum-
bentem,

bentem, & febricitantẽ, tetigitq; ma-
num illius, et reliquit illam febris, et
surrexit ac ministravit illis.

Si ad istum modum habet causa ho-
minis cum uxore, non expedit cõtra
here matrimonium. Qui dixit illis:
Non omnes capaces sunt huius dicti,
sed hi, quibus datum est. Matth. 9.

Origenes in Matth. Ho-
lia 25.

Reprehendit huiusmodi præceptores, qui non so-
lum quæ dicunt non faciunt, sed etiam crudeliter & si legum im-
ne misericordia, & non secundum estimationem uiri portabiliũ.
um unuscuiusq; audientis, sed maior a uirtute ipsorum
iniungūt: ut pöte qui prohibent nubere, et ab eo quod
expedit, ad immoderatam immunditiam compellunt.
Qui docent etiam abstinere à cibis &c.

Eusebius Eccle. Hist. lib. 31.

Capite 30.

Clemens sanè scribens aduersus eos, qui nu-
ptias spernunt, inter cætera etiam hæc dicit. An &
Apostolos improbant? Petrus enim ac Philippus,
& uxores habuerunt, & filias etiam uiris nuptum
dederunt,

**Petrus &
Philippus
habuerunt,
uxores.**

dederunt. Sed ut Paulum non tædet apostolum in qua
dam Epistola sua mentionem, uel salutationem facere
comparis sue, quam se ideo negat circumducere, ut
ad prædicationem Euangelij expeditior fiat.

Clemens quoq; ille scribit: Aiunt, inquit, beatū Petriū
cum uidisset uxorem suam duci ad passionem gauisū
esse electionis gratia, ac regressionis ad propriam do-
mum, & exclamasse ad eam cum duceretur ac pro-
prio nomine compellantē, dixisse: O coniunx, memen-
to domini, talia coniugia sanctorū uerū, iam perfectā
fuit affectatio beatorum.

Innocentius Distin. 26. Ca.

Deinde. In fine.

Mihi credite, nō modicum erratur, quia quicquid
bene gestum fuerit & secundum præcepta legalia cu-
stoditum, non potest facientibus deperire: nuptiarum
ergo copula quia Dei mandato perficitur, non po-
test dici peccatum, & quod peccatū non est, inter pec-
cata credi & solui non debet.

**August. in lib. de bono coniugali ad
Iulianum. Distin. 27. Can. Quidam.**

Quidam nubentes post uotum asserunt adulteros
esse: Ego autem dico uobis, quod grauius peccant,
qui tales diuidunt.

Eusebius

Eusebius Eccles. historia lib. 3.

Capite 29.

Nicolaus unus ex illis, qui cum Stephano in Apo-
stolos constituti sunt, Diaconi uxorem (ut Clemens
Alexandrius lib. 3. Stromatum) pulcherrimam ha-
buisse scribit. Cuius etiam liberi, foemina quidem usq;
ad ultimam senectutem casta uirginitate durarunt:
filius autem ipse sanctitatem incorrupti corporis
custodiuit.

Concilium Gangrense Dist. 3. Can.

Si quis nuptias.

Si quis nuptias, in accusationem duxerit, &
mulierem fidelē ac religiosam cum uiro suo dormien-
tem abominandam crediderit, aut etiam accusandam
tanquam non posse coniugatos in regnū dei ingredi:
anathema sit. Conciliū hoc Gangrense in Paphlogo-
nia celebratum. Anno CCCCXXXIII.

Chrysostronus

In oratione beati Philogonij, qui fuit patronus
causarum factus postea episcopus, uxorem & filiam
habuit. Idem, de uerbis Esaiæ: Vidi dominum &c.
Homilia 4. dicit in ea Chrysostr. Philippum quatuor
habuisse filias: & Petrum basim ecclesie, & amato-
rem Christi coniugem enutriuisse, testatur.

0 5 Ex

DE CONIUGIO
Ex sexto Synodo

Constantino
politano
concilium.

Que apud Constantinopolim conuenit, cautū est ne uouerentur cœlibatus, & ut à communione fidelium arcerentur, qui ab uxoribus se separarent propter ecclesiasticos ordines: cuius Synodi mentio facta est, Distinct. 31. Can. Quoniam in Romano ordine &c. Et in fine ait: Si quis igitur presumpserit contra apostolicos canones aliquos presbyterorum & diaconorum priuare à contractu, & à communione legalis uxoris sue, deponatur. Similiter & presbyter & diaconus qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur: si uero in hoc permanferit, deponatur.

Ex Tripartita historialib. 2. cap. 13.

Dist. 31. Can. Nicena.

Anno 313.
celebratum
Cōsule etiā
Platinā i ui
ta Syluestri
pontificis.

Nicena Synodus uolens corrigere hominum uitā in ecclesijs cōmorantium, posuit leges quas Canones uocamus: in quorum tractatu uidebatur aliquibus introducere legem, ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi cum coniugibus quas ante consecrationē duxerant non dormirent. Surgens autē Paphnutius confessor contradixit. Honorabiles confessus nuptias & castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Suasit itaq; Concilio, ne talem ponere, legem,

grauem

grauem esse, asserens causam que aut ipsis, aut eorū Concilium coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et hoc Neocæsariē quidem Paphnutius licet nuptiarum esset inexper- se sacerdotus, exposuit: Synodusq; laudauit sententiam eius, & tib. uxores nihil ex hac parte sancit, sed hoc in uniuscuiusq; uo rapuit.

luntate, non necessitate permisit. Audistis uos pon- Anno 330.
tificates Romani, quid Nicena synodus sacerdotibus permiserit, cur uos contrarium statuitis mandatisq; an nescitis quod quatuor principaliora Concilia, uidelicet Nicenum, Constantinopolitanum, Ephe Concilia 4.
sinum, & Calcedonense, sunt tanquam quatuor Euā principalio
gelia seruanda: ut Dist. 15. Can. Sicut sancti Euange- ra, 4. euan
lij &c. Et Can. Canones, habetur. Item cum in ge- gelsis coæ=
stis Conciliorum discors sententia inuenitur, illius quantur.

Concilij debet teneri sententia, cuius antiquior, & po-
tior extat autoritas, hæc Dist. 50. Ca. Domino sancto
In fine. Ergo antiquioribus Concilijs obedite, nisi pe-
rrire uelitis. Concilium autem 2. Carthaginense, Anno
CCCCXX. habitum prohibuit uxores.

Ambrosius Dist. 26. Can.

Qui sine.

Qui sine crimine unius uxoris est uir, tenetur
ad legem sacerdotij suscipiendi: qui autem iterauit
rit coniugium, culpam quidem non habet coinqui-
nati,

mati, sed prerogatiua exiuitur sacerdotis. Ergo non mergendus neq; cōburendus qui uxorem ducit legitimum, sed potius amandus & diligendus.

Distinct. 28. Can. Si quis. Canon

Apostolorum.

Si quis docuerit sacerdotem sub obtentu religionis propriam uxore contemnere, anathema sit. Itē, Ex cōcilio Gangrensi. Si quis discernit presbyterum coniugatum tanquam occasione nuptiarū, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione iam abstinet, anathema sit.

Hier. in epistola ad Ephesios

Dist. 37. Can. Legant.

Legāt episcopi atq; presbyteri, qui filios suos secularibus erudiunt literis, & faciunt illos Comœdias legere, et turpia scripta cantare de ecclesiasticis sumptibus eruditos. Ex his uerbis D. Hieron. clarum est Episcopos habuisse liberos.

Ex Concilio Agathensi 12. Quæst. 2.

Can. Episcopus.

Episcopus qui filios habet de bonis quæ reliquit, ab heredibus eius indemnitatibus ecclesiæ consulatur. Item 33. Quæst. 2. Can. Placuit. Ex Concilio Toletanū. Toletano. Primo sic legitur: Placuit ut si quorumcunq;

cunq; clericorum uxores peccauerint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem prater necem custodiendi & ligandi in domo sua ad ieiunia salutifera &c. De adulteris loquitur hæc Distinctio. Item fuerunt in concilio Anticyrano, Anno CCCIII, Anticyræ celebratum, Diaconis inuiciatis etiam sacris uxores permissæ.

Eccles. Historia libro 3. & 5.

Capite 24.

Dico autem de Philippo, inquit, qui fuit unus ex apostolis, qui dormiuit apud Hierapolim. Sed et due eius filie inibi uirgines consenuere, & alia eius filia spiritu sancto repleta, permansit apud Ephesum.

Ambrosius 32. Quæst. 1. Ca.

Integritas.

Integritas corporis expetenda à nobis est, quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola enim uirginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest. Gratianus in glossa. Magis liberæ uoluntatis quam coactionis.

Distinct. 28. Can. De Syracusana urbis.

Pelagius Syracusæ ordinabat episcopum, ille uxorera

rē atq; liberos habebat. Itē, In Anchiritana synodo :

Diaconi cō iugati. Diaconi qui in ordinatione sua dicunt se uelle habere uxores, si postea ad nuptias uenerint non prohibētur à ministerio. Patet quod nec Diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi à coniugio legitimo.

Ecclesiast. Historia, lib. 10.

Cap. 5.

Spiridion. Spiridion Cyprius episcopus, uir unus ex ordine prophetarum, quantum etiam nos eorum qui cum uiderunt narratione comperimus, &c. filiam habuit Irenem nomine, quæ ei cum bene ministrasset, uirgo defuncta est, &c.

Dis. 31. Can. Aliter.

Aliter se Orientalium traditio habet ecclesiarum: nam earum sacerdotes, diaconi & subdiaconi in matrimonio copulantur. Est autem Ecclesia quælibet cæteris pariter comparanda, & est una ecclesia siue sit Græcorum, siue, Latinorum attestante Canone. Legimus, Para. Nam et Alexandria, nec altera Romanæ urbis, &c. Dis. 93. Vide suprâ in Titulo.

Gregorius Petro subdiacono Siciliæ

Dis. 31. Ca. Antetrien.

Ante triennium omnium ecclesiarum subdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ ecclesiæ

siæ suis uxoribus nullatenus misceantur, quod mihi durum atq; incompetens uidetur, ut qui usu continentiam non inuenit, neq; castitatem promissit, compellatur à sua uxore separari, atq; per hoc quod absit in deteriorius cadat. Inde uidetur mihi, ut à præsentī die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere subdiaconum præsumant. &c.

Eusebius Ecclesiast. historia lib. 4.

Cap. 23.

Dionysius Corinthiorum episcopus scripsit epistolam ad Gnosios, in qua commonet & deprecatur episcopos eorum Pinytum, ne grauius onera discipulorum ceruicibus superponat, neque fratribus necessitatem cōpulsæ castitatis indicet, in quo nonnullorum periclitetur infirmitas. Ad quæ rescribēs Pinytus Dionysio, sententiã quidē melioris cōsilij amplectitur, simulq; obsecrat eum post illa quæ prius scripserat, robustioris iam et ualidioris cibi de cætero scripta transmittere, quibus ad meliorem profectum ecclesiæ suæ populus aleretur, &c.

Tripartita historia lib. 9. cap. 38.

Orientalēs sacerdotes liberi uel ad cœlibatum, uel ad matrimonium. Plurimi etiam episcopatus tempore ex legitima uxore filios habuerunt.

Eccle-

Attendant
hūc locum
episcopi.

Orientalium
mo.

DE CONIVGIO
Ecclesiast. Hist. lib. 9.

cap. 39.

Gregorius Nazianzenus apud Nazianzon in locum patris episcopus subrogatus est. Item, Tripartita histor. lib. 6. ca. 14. In illo tempore, inquit, ferunt uitam finisse martyrio Euppsychū Cæsariensem, Capodocia ducta nuper uxore, cum adhuc quasi sponsus esse uideretur.

Vrbanus Papa Dist. 56.

Can. Ceno.

Cenomanensem electum, pro eo quod filius sacerdotis dicitur, si ceteræ uirtutes in eum conueniunt, non reijcimus, &c. Cum ergo ex sacerdotibus nati in summos Pontifices infra legantur esse promoti: nõ sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis coniugijs nati, quæ sacerdotibus ante prohibitionem ubiq; licita erant, & in Orientali ecclesia usq; hodie eis licere probantur.

Ambrosius, 32. Quæst. 4.

Can. Nemo.

Inter cætera uerba dicit: Ideoq; coniugij datum est tibi ius, ne in laqueū incidas, & cum muliere aliena delinquas. Et in fine: Cognoscimus uelut presulem custodemq; esse deum coniugij, qui non patitur alienum

alienum thorum pollui. Item D. Hieronymus ad Eu Dis. 93. Ca. genium episcopum, Dist. 93. Can. Legimus. In me= Legimus. dio Dist. Et constitueres episcopos, hoc est, presbyteros, per ciuitates, sicut tibi mandauit: si quis est sine crimine unius uxoris uir, filios habens fideles non in accusatione luxuriæ, aut non subditos: Etenim episcopum sine crimine esse, quasi dei dispensatorem oportet.

Item, Bonifacius Papa eius nominis octauus, om= Bonifacius nem libertatem religiosi permittit, etiam si habeant Papa. uxores. Extra de Cle. con. lib. 6. cap. 1.

Dist. 27. Ca. Diaconus. Para.

Hac autoritate.

In hac distinctione expresse ostenditur, quod si quis episcoporum matrimonium sacerdotis soluerit quod ille peccet. Tanta uis, inquit, est in sacramento cõiugij, quod nec ex uiolatione uoti potest dissolui ipsum coniugium. Item, Concilium Gangrense, Dis. 30. Gangrense Can. Si quis uirorum. Nos autem etiam uirginitatem Concilium. eum humilitate admiramur, & continentiam cū castitate, & religionē deo acceptissimā esse dicimus, &c. laudamus & nuptiarum uinculum, quod secundum castitatem perdurat, honoramus.

P

Augu

Augustinus 27. Quæst. 1. Can.

Nuptiarum.

Coniugia
Monacho
uel Mona-
charū non
sunt dissol-
uenda.

Nuptiarum bonum semper qui lem bonum est, quod bonū est semper in populo dei fuit, sed aliquādo fuit legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium. Sed quoniam sic ait dominus: Non omnes capiunt uerbum hoc, qui potest capere capiat: quæ se non continet, nubat: quæ non coepit, deliberet: quæ egressa est, perseueret, &c. Et subdit: Proinde qui dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant, &c. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem qua putant lapsarum à sancto proposito foeminarum si nupsierint, non esse coniugia, non paruū malum, ut à maritis separarentur uxores, quasi adulteræ sint, non uxores, &c. Consi-
sule ipsum Canonem.

Gregorius 27. Quæst. 2. Ca.

Sunt qui.

Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere dissolui. Verum sciendum est, si hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Per se enim ueritas dicit: Quos deus coniunxit homo non separet: qui etiam ait: non licet dimittere uxorem excepta causa

causa fornicationis. Quis ergo huius lator legis contradicat, &c. Lege ipsum Canonē. Item Canon. Agathosa latrix. Ad uxorem redire cogatur, qui sine eius consensu religiosam uestem suscepit. Item Canon. Si tu abstines.

Cyprianus epist. 11. lib. 1.

Legimus literas tuas frater charissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans & desiderans ut tibi rescriberemus, quid nobis de ijs uirginibus uideatur, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere decreuerint, detectæ sint postea in eodem lecto, pariter mansisse cum masculis, ex quibus unum diaconum esse dicis. Et subdit: Quæ graues multorum ruinas hinc fieri uidemus, & per huiusmodi illicitas & periculosas coniunctiones corrumpi plurimas uirgines cum summo animi nostri dolore, conspiciamus. Quod si se ex fide Christo dederunt, pudicæ & castæ sine ulla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles premium uirginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubant, quæ ut in ignem delicias suis cadant. Certè nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant.

PONTIFICVM CATALOGVS

coniugatorum.

Petrus apostolus uxore habuit, & filias nuptiis dedit, testis est Clemens li. 3. Ca. 30. Eccle. histo.

Lucas euangelista Cleui Romani pontificis tempore uixit coniugatus: quia uxorem in Bithynia habuit. Annoq; sue etatis 83. mortuus est. Platina hæc.

Syluester Pontifex, natione Romanus, Constantini temporibus uixit. Precepit ut unusquisq; uno gradu contentus sit, & unius solum uxoris uir.

Spiridiō in Cypro episcopus, religionis uere amans, miraculis insignis, episcopatu fungens domi sue uxorem & liberos habuit. Tripar. i. hist. lib. 1. Cap. 10.

Paphnutius licet nuptiarum fuerit inexpertus: tamen honorabiles confessus nuptias, & castitatem decens esse cum propria coniunge concubitum. Latius uide Tripar. hist. lib. 13.

Bonifacius primus, Romanus, patre Iucido presbytero natus, Honorij temporibus fuit. Platina.

Felix eius nominis tertius, Romanus, patre Felici presbytero, ad Theodosium usq; peruenit, uixit anno Salutis 474.

Gelasius primus, Apher, patre Valerio episcopo, Theodorico imperante uixit anno salutis 494.

Agas

Aagpitus primus, natione Romanus, ex patre Gaudiano presbytero Ecclesie Sancti Ioannis & Pauli natus, sub Iustiniāno sedit Platina. Volaterranus. Anno incarnationis 533.

Syluerius Campanus, ex patre Hormisda episcopo, sub Iustiniāno, sedit. Platina. Volaterranus.

Ioānes eius nominis uigesimus primus, natione Romanus, patre Gregorio Portuensi episcopo natū scribunt, Ioannes Stella. Chron.

Deus dedit uel Theodatus, natione Romanus, patre Stephano subdiacono, sub Heraclio Imperatore sedit Anno 623. Platina. Volat.

Theodorus primus, Grecus, patre Theodoro episcopo, sub Heraclio sedit Volat.

Hadrianus secundus, natione Romanus, patre Talaro episcopo natus, sub Ludouico secundo inuitus creatus Pontifex, Anno 873.

Ioanne duodecimus, Romanus, Sergij pontificis filius, sub Henrico primo Imp. sedit, Anno 924.

Ioannes 14. Romanus, patre Ioanne episcopo sub Ottone primo Pontificatum inijt.

Ioānes 16. Romanus, patre Leone presbytero, Imperate Ottone tertio Pontifex creatus fuit. Floruit citius annuum salutis 984.

p 3 Ofius

Osius primus Stephani subdiaconi filius.
Syluerius Papa, natus à Rom. episcopo Syluerio,
circiter annum salutis 544.

Ioannes undecimus, Sergij tertij Põtificis filius, sub
Conrado primo. Imp. sedit.

Conon primus eius nominis, Thracia oriundus, ex
presbytero creatus est.

Theodorus Papa filius, Theodori episcopi, de ciui
tate Hierosolyma. Quam plures & alij inueniuntur,
qui se à sacerdotibus nati Apostolicæ (ut uocant) sedis
præfuerunt, Vide Damasum Papam Dis. 56 Can. Osius.

DE COELIBATV SACERDOVTM.

Nicolaus eius nominis primus, sub Ludouico
Pontificatum inijt. Is de coelibatu Clericorũ
constitutiones inuulgare ualde studuit, & quod de sa
cerdotum coelibatu successores eius impudente & tyran
nide obtinuerunt postea, id ipsum egit ipse prior, sed
nequicq̃. Extat autẽ de ea controuersia epistola diui
Huldarichi Augustensis episcopi, eã integrã adscri
bere placuit, ut Lectores uideant, quid ueteres san
ctissimi uiri de cõstitutionibus Pont. cœlibatus cleri
corum senserunt.

Nicolao domino, & patri, peruigili Sancte Roma
næ Ecclesie prouisor, Huldaricus solo nomine Epi
scopus, amorẽ ut filius, timorẽ ut seruus. Cũ tua õ pa

ter & domine decreta super clericorũ cõtinentiã ni
per mihi trãsmissa à discretiõe inuenire aliena: timor
quidẽ turbauit cũ tristitia, timor quidẽ propter hoc,
quod dicitur, pastoris sententiã, siue iusta, siue iniustã ti
menda est. Timebã enim infirmis scripturæ auditori
bus, qui uel iustæ uix obedunt sententiæ, ut iniustã con
culcãt, libere onerosa, imò importabili pastoris præ
uaricatiõe præcepto se obligarent. Tristitia uerò, uel
cõpassio dũ dubitabã, qua ratione mēbra cauere pos
sent, capite suo tã graui morbo laborãt? Quid enim
gr. uius, quid totius Ecclesie cõpassione dignius, q̃ te
summæ sedis Pont. ad quã totius ecclesie spectat exa
mẽ, à sancta discretiõe uel minimũ exorbitare? Nõ pa
rũ quippe ab hac deuiasti, cũ clericos, quos ad coniu
uentiã cõiugij mouere debebas, ad hãc imperiosa qua
dã uiolētia cogi uolebas. Nunquid enim merito cõmu
ni oim sapientiũ iudicio, hæc est uiolētia? cũ cõtra Euã
gelicã institutionẽ, ac Sancti spūs dictationẽ, ad priua
ta aliquis decreta cogitur exequẽda? Cũ ergo plurima
ueteris ac noui Testamētũ suppetãt exẽpla sancta, ut
nostri discretionẽ docētia: tuæ rogo ne graue sit pater
nitati, uel pauca ex plurib. huic pagine interseri. Do
minus qdem in ueteri lege Sacerdoti coniugiu consti
tuit, qd̃ ille post modũ interdixisse nõ legitur. Sed in

Euangelio loquitur: Sūt Eunuchi, qui se castrauerūt propter regnum cœlorum, Sed non omnes hoc uerbum capiunt, Qui potest capere capiat. Quapropter Apostolus ait: De uirginibus præceptum Domini nō habeo, Consilium autem do, quod etiam iuxta prædictum domini non omnes hoc consiliū capere posse consideras. Sed multos eiusdem consilij assentatores hominibus non deo, pro falsa specie continentie placere uolentes, grauiora uides committere, patrū scilicet uxores subagitare, masculorum ac pecudum amplexus non abhorreere. Ne morbi huius aspersione ad usq; pestilentia conualescente, nimium status labefactetur Ecclesie totius, propter fornicationē dixit: unusquisq; suam uxore habeat. Quod specialiter ad laicos pertinere mentiuntur hypocrite: qui licet in quouis sanctissimo ordine constituti, alienis reuera uxoribus non dubitant abuti, Et quod flendo cernimus, omnes in suprascriptis seuiunt sceleribus: Hi nimirum non recte scripturam intellexerunt, cuius mamillam, quia durius pressere sanguinē pro lacte biberunt. Nam illud Apostolicum: Unusquisq; suam habeat uxorem, nullum excipit uerē, nisi professorē continentie, uel eum qui de continuanda uirginitate in Domino præfixit. Quod nihilominus tuam

Pater

Pater uenerande concedet strenuitatem, ut omnem qui tibi manu, uel ore uotum faciens, continentie, postea uoluerit apostotae, aut ad uotum exequendum ex debito constringas, aut ab omni ordine Canonica auctoritate deponas: & hoc ut uiriliter implere sufficias, me, omnesq; mei ordinis uiros adiutores habebis non pigros. Verum, ut huius uoti nescios, omnino scias non esse cogendos. Audi Apostolum dicentem ad Timotheum: Oportet inquam, Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum. Quā ne quis sententiam ad solam uerteret Ecclesiam, subiunxit: Qui autem domui suæ præesse nescit, quomodo Dei Ecclesie diligentiam adhibebit: Similiter inquit: Diaconi sint unius uxoris uiri, qui filijs suis bene præsint & suis domibus. Hanc autem uxorem à sacerdote benedicendā esse, sancti Syluestri Papæ decretis scio te sufficienter doctum esse. His & huiuscemodi sanctis scripturæ sententijs regulæ clericorum scriptor, non immerito cōcordans, ait: Clericus sit pudicus, aut certe unius matrimonij uinculo fœderatus. Ex quibus ueraciter colligit, quod Episcopus, & Diaconus reprehensibiles notantur, Si in mulieribus multis diuiduntur: Si uerō unam sub obtentu religionis abijciunt, utrunq; scilicet Episcopum & Diaconum sine gra-

p s

diuum

duum differentia hic canonica damnat sententia. Episcopus aut presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiciat. Si uero reiecit, excōmunicetur, & si perseuerauerit, deijciatur. Sanctus quoq; Augustinus sanctæ discretionis non insecus: nullum, inquit, tam graue facinus, quin admittendum sit ut deuitetur peius. Legimus præterea in secundo Tripartita historia: Quod enim synodus Nicena hæc eadem uellet sancire decreta, ut uidelicet Episcopi, Presbyteri, Diaconi post consecrationem à proprijs uxoribus uel omnino abstinerent, uel gradualum deponerent Surgens in medio Paphnutius unus ex illis martyribus, quos Maximus Imperator oculis dextris euulsis sinistris suris incisis damnauit, contradixit. Honorabiles confessus nuptias, ac castitatem esse dicens concubitum cum propria uxore, persuasitq; Concilio, ne tam ponerent legem, grauem asserens esse causam, quam ut ipsis aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius, licet, nuptiarum expers, exposuit, Synodusq; ei sententiam laudauit, & nihil ex hac parte sanciuit. Sed hoc in unius cuiusq; uoluntate, non in necessitate dimisit. Sunt uero aliqui, qui S. Gregoriū suæ sectæ sumunt adiutorium quorū quidē temeritatem rideo, ignorantiam doleo.

Ignorant

Ignorant enim quod periculosum huius hæresis decretum à sancto Gregorio factum, condigno poenitentiae fructu, postmodū ab eodē sit purgatum. Quippe, cū die quadam in uiuariū suū propter pisces misisset, & allata inde plusquam sex milia infantum capita uideret, intima mox ductus poenitentia, ingemuit: & factū à se de coelibatu decretum, tantæ cædis causam confessus, condigno illud (ut dixi) poenitentiae fructu purgauit, suoq; decreto prorsus damnato, Apostolicum illud laudauit Conciliū: Melius est nubere quam uri. ad dens ex sui parte: Melius est nubere, quam mortis occasione præbere. Hunc forsitan rei euentū, si illi mecū legissent, non tam temerè credo iudicarent, dominicæ saltē timentes præceptū: Nolite iudicare, ut non iudicemini. Inde Paulus dicit: Tu es, qui iudicas alienū seruum? suo domino stat aut cadit: stabit autē, potens est dominus statuere illum. Cesset ergo sanctitas tua cogere, quos tantū deberes admonere, ne priuato (quod ab sit) præcepto, tam ueteri quam nouo contrarius inueniaris Testamēto. Nā ut ait Aug. ad Donatū. Solū est q; in tua iusticia pertimescimus, ne nō, p lenitatis Christi nā cōsideratione, sed pro immanitate facinorū censeas coërcendū, quod te per ipsum Christū ne facias, obsecramus. Sic enim peccata cōpescenda sunt, ut super sint

sint quos poeniteat. Illud & Augustini uolumus te recordari, quod ait: Nihil nocendi fiat cupiditate, omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Item de eodem. In timore Christi, in nomine Christi exhortor, quicumque non habetis temporalia, habere non cupiatis, quicumque non habetis, in eis non presumatis. Dico autem non si ista habetis, damnamini sed si in eis non presumatis danamini: Si propter talia magni uobis uideamini. Si generis humani conditionem communem propter excellentem unitatem obliuiscamini. Quod nimirum poculum discretionis ex illo fonte Apostolice hauseritis predicationis: Solutus es ab uxore, noli querere uxorem. Alligatus es uxori, noli querere solutionem, ubi & subditur Qui habent uxores tanquam non habentes, & qui utuntur mundo, tanquam non utantur. Item dicit de uidua: Cui uult nubat tantum in domino. Nubere autem in Domino, est nihil in contrahendo connubio quod Dominus prohibeat, attentare. Hieremias quoque ait: Nolite confidere in uerbis mendacis, dicentes: Templum Domini, templum domini est. Quod Hieronymus exponens. Potest inquit, & hoc illis uirginibus conuenire, quae iactant pudicitiam suam impudenti uultu, praeferrunt castitatem, cum aliud habeat conscientia, & nesciunt illam Apostoli

Quid sit nubere in domino.

stoli definitionem de uirgine, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quia prodest corporis pudicitia, animo constuprata. Si ceteras uirtutes, quas propheticus sermo describit, non habuerit. Quis quidem, quia te aliquatenus habere uidemus, & quia discretionem licet in hac re neglectam, in alijs tamen uitae tuae institutionibus eam honeste conseruatam, non ignoramus. Huius intentionis prauitatem cito correcturum non desperamus, & ideo non quanta possumus grauitate, istam licet grauissimam negligentiam corripimus, & iudicamus: quatenus enim secundum uocabula, quae usus obtinuit, Episcopus sit presbytero maior, tamen Augustinus Hieronymo minor est, & a minori quolibet non est refugienda, uel dedignanda correptio, praesertim cum is qui corripitur, & contra ueritatem, & pro hominibus niti inuenitur. Neque enim, ut ait. S. Augustinus ad Bonifacium, quorūlibet disputationes quantumuis catholicorum, & laudatorum uirorum uelut scripturas Canonicas habere debemus, ut non liceat salua honorificentia, quae illis debetur, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si forte inuenerimus quod aliter senserint, quam ueritas habeat, diuino adiutorio, uel ab alijs intellecta, uel a nobis. Quid autem ueritati magis contrarium potest inueniri, quam hoc

cum ipsa ueritas de continentia loquens, non unius hominis, sed omnium planè (excepto numero professorum continentie) dicat: Qui potest capere capiat? Quod isti (unde nescitur) instigati dicant, qui non potest capere feriat anathemate. Quid uerò per homines fieri potest stolidius? quid diuinæ maledictioni obligatus? quàm cum aliqui uel Episcopi uidelicet, uel Archidiaconi ita precipites sint in libidine, ut neq; adulteria, neq; incestus, neq; masculorum (proh pudor) turpissimos amplexus sciant, abhorrere: quod casta clericorum coniugia sibi dicant fatere, & ab eis, non uerè iusticiæ compassione, clericos ut seruos rogant, uel moneant continere, sed ut seruos iubeant, ac cogant abstinere. Ad cuius Imperij ne dicam consilij tam fatuam, tanq; turpem addunt suggestionem ut dicat, honestius est pluribus occulte implicari, quàm aperte in hominum uultu, & conscientia cum una ligari. Quid profecto non dicerent? Si ex illo, & in illo essent, qui dicit: Va uobis Phariseis, qui omnia fructibus propter homines. Et per Psalmistam: Quia hominibus placent confusi sunt, quoniam Dominus spreuit eos. Hi sunt homines, qui prius deberent nobis persuadere, ut in conspectu eius, cui omnia nuda & aperta sunt, erubescamus peccatores esse, & quàm in conspectu

specu hominū mundi esse. Licet ergo merito sua prauitatis nullius consilium mereantur pietatis, nos tamē memores humanitatis: Diuinæ eis consilium auctoritatis nunquam ac pietate uocantis, per uiscera ministramus charitatis. Dicimus nempe, eijce primum hypocrita trabem de oculo tuo, & tunc perspicias, ut eijcas festucam de oculo fratris tui. Illud quoq; rogamus eos attendere, quod Dominus dicit de meretrice: Qui sine peccato est uestrum, primus in eam lapidem mittat, Quid. Si Lex iubet, Si Moses iubet, iubeo & ego, sed cōpetentes legis ministros exigo. Attēdite quid ad ditis, attēdite queso & quid estis. Quia si te ipsum (ut ait scriptura) perspexeris, nulli unquam detraxeris. Significatum est nobis etiam de quibusdam eorum qui tāta apud se intumescāt elatiōe, ut gregē domini (pro quo boni pastores animas nō dubitāt ministrare) uerberibus absq; ratiōe præsūmāt laniare, quorū sententiā S. Gregorius deplorās ait: Quid fiat de ouib. quādo pastores lupi fiunt? Sed quis uincitur, nisi qui scuit? quis uerò persecutorē iudicabit, nisi qui dorsum suum ad flagella patienter ministravit? Operæ precium est autem ut audiatur, quo fructu tantum Ecclesia descanalalum, tantum clerus despectum, & ab ipsis Episcopis, & ab eorum infidelibus patiat? Nec enim

enim eos infideles dicere dubitauerim, de quibus Paulus apostolus dicit ad Timotheum: Quia in nouissimis temporibus discedent quidem à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteri, atam habentium conscientiam, prohibentium nubere. Hic est autem si diligenter inspiciatur, totius eorum manipulus zizaniae, totius conuentus insaniae, ut dum clerici licita unius mulieris consortia (Pharisaico furore deuicti) relinquere coguntur. Fornicatores, & adulteri, & aliarum prauitatum turpissimi ministri, cū ipsis efficiantur. Isti sunt, qui hanc in ecclesiam dei heresim sicut cæci duces cæcorum introducunt, ut uidelicet illud impleatur, quod Psalmista ait, ut pote eorum præscius erroris, taliter imprecatur: Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorū super incurua. Quia ergo, nemo qui te (O Apostolice) nouit, ignorat, quod si tu per tui decreti sententiam, tantum futuram esse pestilentiam solidæ discretionis claritate perspexisses, nunquam quorumlibet tam prauis suggestionibus consensissc. Debitæ tibi subiectionis fidelitati consulimus, ut uel nunc ad tanti scandali ab Ecclesia dei propulsionem euigiles, & quanosi discretionis disciplina, Pharisaicam ab ouili dei extirpes do-

ctum.

ctinam, ne scilicet unica Domini sumamitis adulterinis diutius usa maritis, gentem sanctam, regale Sacerdotium, per irrecuperabile à suo sponso Christo, uide licet auellat diuortium, dum nemo sine castimonia, nõ tantum in uirginali flore, Sed etiam in coniugali coniunctione, uisurus sit dominū nostrum: Qui cum deo patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

De cœlibatu Sacerdotibus mandato.

Moguntia: Imperator Henricus eius nominis tertius habuit Synodum CXXX. episcoporum. In ea Synodo Leonem eius nominis nonum Rom. Pont. ad Concilium fuisse quidam scribunt. In Concilio Moguntinensi coniugia in perpetuum damnata sunt. Albertus Crantz in Saxo. lib. 4. ca. 43. Nauclerus. Item hoc Concilium statuit ne clerici, uel canes, uel aues alerent, ad uenationem. Nauc. Itē, Ne tractaret pphana negocia, Itē Ne reciperetur aliquis ad monasticā uitam nisi sponte & legitime ætatis subiret cœnobii. Nauc. Sed ad institutū.

Circa annos 1074. Gregorius eius nominis septimus, natione Tuscus, monachus Cluniacensis, Hildebrandus antea dictus, sub Henrico 4. Pontificatum iniit dedit literas suas ad Ottonem, episcopum Constanti-

q

nensis.

ensem, præcipiens ut in sua diocesi coniugium prohiberet adhuc inconiugatis. Et ut inter coniugatos, coniugij uincula rescinderet. Otto episcopus satis impie hoc moliri Hildebrandum sciens, nec sacerdotum coniugia dirimere, nec inconiugatis potestatem in eundi commubij adinere, uellet. Pontifex Ottonem anathemate petijt, & ne subditi ei obedientiam præstaret, uetuit, Ottoniq; diē dixit Romæ in Synodo. In ea Synodo Hildebrandus Pontifex cum Italia Episcopis audacter statuit, (ut pleraq; alia) ne Sacerdotes in futurum uxores ducerent. Et qui duxissent statim ut dimitterent, aut amouerentur ab Ecclesiasticis officijs, nullosquē recipiendos esse in sacerdotalē ordinem nisi prius iurarent perpetuam cœlibem uitam, & continentiam. Decretum de cœlibatu Sacerdotum per Italiam (soluta Synodo) inuulgatur, præcipitur quē passim Episcopis omnibus, ut idem decretū apud suos exequantur. Gallie episcopi literis Pontificijs perpelluntur obedire promulgato decreto Romanæ synodi. Coetus uerò Clericorum infracto animo Pontificio decreto, & Episcoporum suorū uotis obsistunt clamantq; Synodum cum uerbo dei pugnare, & Pontificē id auferre sacerdotibus, qd' natura & Deus concessit, eumq; hominē hereticū, impij dogmatis autorē esse, suggerentēq; non spiritu sancto, sed Satana. Pn-

gnare editū decretū cōtra Christi uerbū: Nō oēs capiunt hoc uerbū. Cōtra Pauli sanā doctrinā. De uirginitate dñi præceptū nō habeo. Et qui nō cōtinet, contra hat matrimoniu. Est & cōtra Niceni concilij, & Apostolorum canones. Queruntur Pontificē etiā cōtra naturæ cursum exigere ab hominibus ut à contubernio mulierū semoti, angelorum more uiuant, eumq; aperire fores ad immunditiē & scortationē: non cessant occlamare responso dato, se malle sacerdotiū amittere, quā contra Christi uerbum suas uxores dimittere, & si coniugati sacerdotes Pontifici sorderent, euo caret è cœlo angelos, qui Ecclesijs suis præsent. Pontifex nihil permotus honestis rationibus, & autoritate sacræ scripturæ, & sancti Niceni concilij sanctione, frequētibus literis, assiduisq; Legationib. sollicitat Episcoporū annos accusat ignauie & socordiae, minatur Anathematis diras, nisi coegerint suos sacerdotes emisso decreto obedire. Bona pars Episcoporū tyrānicè pontificia territa, omnib. modis dederunt operā suos sacerdotes perpetuo priuare cōiugij iure. Archiepiscopus Mogunt. aduertēs operā eā de tollendo cōiugio Clericorū nō cōstitutū paruo, de Pōtificio decreto suos admonuit amice, ac dimidiū anni inducias dedit eis deliberandi super ea re, diligēter monens ut

q 2 obedirent

obedirent Romano Pontifici & sibi, & ut ultro face-
rent, quod necessario & inuitabiliter esset faciendū
ne cogeretur ille scēuora consilia aduersus eos inire.
Deliberationis tempore exacto, Archiepiscopus sy-
nodū indixit Clero in Erpffort, mense Octobri, iussit
que ut iuxta pontificium decretum coniugium perpe-
tuo uel abiurarent, uel abdicarent se ecclesiasticis offi-
cijs, Clerus tuebatur se contra Hildebrandi decretum
scripturis, rationibus, Conciliorū sententijs, maiorum
exēplis, multis irrefragabilibus argumentis, ostenden-
tes Pontificij synodi decretū irritū haberi debere. Sed
cū archiepiscopus diceret se cōp. lli à Pōtifice, nec pos-
se aliud nūc quàm Pontificia iussa exequi, Clerus uī-
dens neq; disputationi, neq; precibus locū esse apud
Episcopum, tanquam consulturi de proposita contro-
uersia: i. eunt consilium, quidam statuunt non esse re-
deuidum in eam Synodum, alij aiunt regrediendū esse
in Synodum, & Archiepiscopum ē cathedra deturba-
tum, morte bene merita plectendum, ut in signe monu-
mentum ad posteros istiusmodi cedis transmitterent,
utq; eo exemplo successores omnes docerentur ne te-
merē sacerdotes suos iure, & libertate spoliarent.
Auscultatores (quos habuit Episcopus in ea turba)
referunt ei quid egressi machinentur. Episcopus ad re-

primen

primendas subrtas turbas, mittit suos ad egressos sa-
cerdotes, qui iubeant eos de Episcopo optima spera-
re, et redire in Synodum quieto animo, persuasi, in Sy-
nodū regrediuntur. Episcopus pollicetur se daturum
operi, ut Pontificem Romanum ab ea sententia abdis-
cat, iubēs interim ut sua officia curent. Anno sequen-
te Moguntinensis iubente Curiensi Episcopo (quem
Pontifex cum suis literis, & mandatis ad eum mise-
rat) Synodum Moguntie congregat. In ea Synodo cle-
ro præcipit sub anathematis pœna ut uel uxoribus,
uel sacris officijs in præsentē Synodo in perpetuum re-
nunciarent. Clerus causam suam dixit constanter. Cū
uero defensionī non daretur locus, sed cogerentur tan-
tum Pontificia tyrannide, coorta est seditio, & tanto
impetu res est acta, ut legatus Pontificis cum Archie-
piscopo in extremum ut. & discrimen uenerit. Synodus
soluta est, Archiepiscopus rei difficultate superatus,
temperauit sibi ab editi decreti questione, & commi-
sit Rom. Pontifici negotiū, ut uellet ac posset exequen-
dū. Hoc schismate factū est, ut Ecclesie, sacerdotes si-
bi elegerint, neq; miserint electos ad Episcopos coniu-
gij hostes oleo sacris iniciandos, sed per electionē ad-
hibere eos sacra officia inconsultis Episcopis, qui tū-
cū Pontifice conspirauerant, se nolle quenquā admitte-

q 3

re ad

246 MISSA NON AVDIENDA

re ad sacerdotalem ordinem, nisi prius is iuraret coelibatum, abijceret uxorem, & iureiurando renunciet in perpetuum coniugio. Naucle. Albertus Crantz. Lambertus Hirsueldensis.

MISSA NON EST AVDIENDA

à Presbytero qui concubinam
habet.

Alexander Papa Secundus,

Distin. 32. Can. Præter.

Præter hoc autem præcipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter uel introducitur mulierem. Et subdit illico: Ex parte omnipotentis dei et autoritate principum apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, non missas celebret, non cætet nec euangelium legat in templo, neque epistolam ad Misiam, neque in presbyterio cum his ad diuina officia, qui præfatæ constitutioni inobedientes fuerint, maneat.

In Synodo Mantuæ habita sub eodem Alexandro secundo Henrico Imperante. Missam non esse audendam à sacerdote concubinario. statuit.

Distin-

A SACERDOTE CONCVB. 247

Distinct. 81. Can.

Si quis.

Si quis clericus adulterasse, aut confessus, aut conuictus fuerit, depositus ab officio communionem concessam, in monasterio toto uitæ suæ tempore detrudatur. Item, Sequens Canon. Idem præcipit. Item presbyteri ne ingrediantur ecclesiam, qui in fornicationis crimine iacent. Canon. Si qui presbyteri. Item, Si quis episcopus.

Ex concilio Toletano Dist. 81.

Can. Quidam.

Quidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum uel ancillarum suarum, cubinarumque interdicta sunt consortia appetunt. Iam quæcumque clericis taliter coniunctæ sunt, ab episcopo auferantur & ueniantur, illis pro tempore religatis ad poenitentiam, quos sua libidine infecerunt.

Gregorius septimus, sub Henrico 4. antea Hildeprædus uocatus. Ne sacra audirentur à sacerdote uiuente in scortatione, eumque reum fieri idololatriæ qui audiret, statuit 16. Quæst. 7.

Dist. 32. Can. Nullus Nico-

laus primus, Papa.

Nullus missam audiat presbyteri, quem scit con-

q 4 cubinam

cubinam indubitanter habere, aut sub introductam mulierem: unde etiam ipsa sancta Synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit. Utinam hoc tempore hic Canon obseruaretur.

Cyprianus lib. 2. Epist. 4 de Martiale
& Basilide.

Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, cum ipsam maxime habeat potestatem, uel eligendi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsam uidemus de diuina autoritate descendere, ut sacerdos plebe præsentate sub omnium oculis deligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut Numeri 20. habetur.

FORNICATIONIS CAUSA
licet facere diuortium.

Dico autem uobis, quod quicumq; repudiauerit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium.

Ambrosius

Ambrosius super epistolâ.

Pauli ad Corinth.

Uxor à uiro non discedat, nisi causa fornicationis, quod si discesserit, aut maneat inuupta, aut reconcilietur uiro suo. Et similiter uir non dimittat uxorem. Ideo nõ subdit de uiro, quod de uxore præmisit, quia uiro licet ducere aliam. Item Grego. in sequenti Canone. Quod proposuisti. Para. Ille qui à fornicatione mundus est uir, mulier, alijs copulari possunt. Adulteri autem si superuixerint, nullo modo alijs copulari poterunt. Item Canon: Quædam. Quædã, inquit, cum fratre uiri sui dormiuit, decretum est ut adulteri nunquam coniugio copulentur. Illi uerò, cuius uxor stuprata est: licita coniugia non negentur.

Similiter Concilium duodecimum Toletanum in Hispania celebratum præcipit, ut uir qui uxore (nisi si causa fornicationis) repudiauerit, communionem priuetur.

August. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 16.

Sicut fatius est mori fame, quã idolothytis uesci, ita fatius est defungi sine liberis, quã ex illicito contu stirpem quærere.

tina absq; consensu Parentum contrahenda non sunt.

Exodi 20. **H**onora patrē tuū, & matrē tuā,
Hut sis longæuus super terram.

Deut. 5. Vnusquisq; patrē suum, & matrem
Leuit. 19. suam timeat. Maledictus qui non honorat patrē & matrē, & dicet omnis populus, Amen.

Tobia 4. Honorē habebis matri tuę omnibus diebus uitæ eius. Memor enim esse debes, quæ & quāta pericula passa sit pro te in utero suo.

Coloss. 3. Filij obedite parentibus uestris.
Euaristus papa 30. Quæst. 5.

Can. Aliter.

Aliter legitimum nō sit coniugium, nisi ab his qui super ipsam foeminam dominationem habere uidentur, & à quibus custoditur uxor, petatur, & à parentibus & propinquioribus sponsetur. Item, Leo papa. In Canone: Quælis. Quælis, inquit, debeat uxor esse, quæ habenda est secundum legem, uirgo casta & desponsata & in uirginitate, & dotata legitime, & à parentibus tradita sponso, & à paranympis accipienda, &c.

Hormisda

Hormisda eius nominis primus, sub Theodorico & Iustino sedisse scribit Volaterranus. Nuptias publice, non occulte fieri, præcepit. Chron. chronicorum.

Soter Romanus episcopus, matrimonium pro in cœstu habendum statuit & uoluit, ni solenni more parentum suos liberos desponderent, & sacerdos palam fide data iungeret.

Euaristus Rom. episcopus, Græcus. & patre genere Iudæo natus sub Traiano, alij sub Hadriano casu scribunt. Matrimonium clam contrahi indignum ratus, & à sacerdote coram Ecclesia, sponsum, sponse iungendum esse, constituit.

SIGNA NOVI TESTAMENTI

duntaxat duo

BAPTISMVS ET COENA

dominica.

Baptism.

Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in mortē ipsius baptizati sumus, Rom. 6. est figura mortis.

Quicumq; in Christo baptizati estis Christum induistis. Galat. 5

Consepulti ei in baptismo, in quo et & resurrexistis per fidē operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. Colos. 2

BAPTIS

BAPTISMVS VERVS, COLLA
tio spiritus sancti.

Mat. 3. Ego baptizo aqua, ille autē bap-
tizabit uos in spiritu.

Marci 1. Euntes predicatē Euangeliū omni
creature, baptizantes eos in nomine
patris, & filij, & spiritus sancti.

Luc. 3. Vos autem baptizabimini igne &
spiritu sancto.

Ioan. 1. Qui non ex sanguinibus &c. sed ex
Deo nati sunt.

3. Nisi renatus quis fuerit aqua, et spi-
ritu sancto.

Act. 19. Si spiritum sanctum accepistis cre-
dentes &c.

2. Sic baptizati apostoli *Act. 2.*

ibidem. Sic baptizauit Petrus, *ibidem.*

Chrysof. super epist. ad Hebr.

Homilia nona.

Pœnitentiæ Verè est pœnitentia, sed baptismus alius non est.

fructus à Quicumq; enim baptizantur in Christo, Christum in

baptismo duunt. Et qui pœnitent, itidē noua efficiuntur in Chri-

secernend, sto creatura, in nouitate uitæ ambulantes. Quare qui

non est. pœnitet, in Christo renascitur, & quasi baptizatur,

dum

dum moritur peccatum, & uiuit spiritus. Ergo bap-
tismus in omnem ætatem apud pœnitentiam per-
uadit, dum in confesso est omnibus, nihil huic con-
ferre baptismi lotionem, quem non pœniteat ualde
actæ uitæ.

Idem super tertium cap. Epist.

ad Hebr. eos.

Baptismus nihil aliud est, quàm interitus eius qui *Baptismus*
baptizatur, & resurrectio illius. Id ipsum quoq; pœ- *quid signifi-*
nitentiam esse, apertissimis Paulus insinuat uerbis, *cet.*

Ro. 6. An ignoratis, quod quicumq; baptizati &c. ut
supra ostensum est, cum illo consepulti per baptismū
in mortem, per occasum, ut ait August. uitæ nostræ
ueteris, ut quemadmodū Christus excitatus est à mor-
tuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Atq; ali- *Pœnitentiæ*
bi pœnitentiæ describens formā. Exiuit, inquit, uete- *formā.*

rem hominem cum actibus suis, & induit nouum ho-
minem. Et iterum: Ne accomodetis uos ad figuram
seculi huius, sed transformemini per renouationem
mentis uestre. per quam noua efficiamur creatura in
nouitate uitæ ambulantes: Itaq; idem est pœnitentia
quod baptismus, uidelicet mortificatio, & uiuifica-
tio, destructio & edificatio, casus & resurrectio. Sic
totus huius uitæ casus nihil est nisi cōtinuus baptismus
hoc

hoc est, perpetua quædã (ut dictum est) mortificatio membrorum, quæ sunt super terram, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut dicamus cum Paulo: Vivo iam non ego, sed uiuit in me Christus. Vitam autem quam nunc uiuo in carne, per fidem uiuo filij dei.

Augustinus Sermon. 116.

Ideo remissio peccatorum, non est in sola absolute tione sacramenti baptismatis, sed etiã in oratione dominica & quotidiana. In illa enim inuenietis quasi quotidianum baptismum unum, ut agamus deo gratias qui donauit hoc munus ecclesie sue. Quod confitemur in symbolo, ut quum dixerimus sanctã ecclesiã, adiungamus remissionem peccatorum. Quibus uerbis satis innuit, quod est una & eadẽ poenitentia, quæ baptismum inchoatur, & usq; ad mortẽ continuatur.

Christiani quemadmodũ & Maximus ait: Tota uita Christiani hominis uel hominis si est secundum Euangelium, crux est, & martyrium. Cuius poenitentia tres idem Augustinus dicit esse actiones in Hom. 7. quæ summam perstringuntur in cap. Tres actiones de poenitentia Dist. 1. Idem asserit Ambrosius libro de poenitentia cap. 7. In summa. Poenitentia uera a nihil aliud est, quã institutio uera que noua, quæ perpetuo incumbit homini Christiano.

BA=

non prohibet.

Chrysostomus de re/gressu.

S. Ioannes de Asia Constantinop. Homilia. 27. Gratia enim Dei perfecta est, locus non prohibet, siue hic baptizeris, siue in nauis, siue in itinere. Philippus baptizauit in uia, Paulus in uinculis. Et in eadẽ Homilia, quomodo baptismũ homo ministret, deũ autem dare gratiam.

Hieronymus in Commenta.

super illud Esaie 4.

Cum abluerit dominus sordes filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu combustionis. De qua iudicij spiritu, & spiritu combustionis, Ioannes baptista in Euangelio loquebatur: Ego baptizo uos in aqua, qui autem post me uenit, ipse uos baptizabit in spiritu & igne. Ex quo discimus, quod homo tantum aquam tribuit, Deus autem spiritum sanctum, quo sordes abluuntur, & sanguinis peccata purgantur.

Baptismus duplex.

Idem

Idem lib. Commentariorum

ad Galatas.

Si igitur qui in Christo baptizati sunt, Christi induerunt, manifestum est eos qui non sunt induti Christum, non fuisse baptizatos in Christo. Ad eos enim qui fideles & baptisma Christi consecuti putabantur dictum est: Induite uos dominum Iesum Christum. Si quis hoc corporeum, & quod oculis carnis aspiciatur, aquæ tantum accipit lauacrum, non est indutus dominum Iesum Christum. Nam etsi Simon ille Actibus apostolorum acceperat lauacrum aquæ, uerum quia spiritum sanctum non habebat, indutus non erat Christum.

Quotidie baptizare Leo secundus Pontifex permisit, necessitate id urgente. Chron.

Ambrosius in Lucam,

Capite 3.

Baptismus
aquæ et spiritus
ritus.

Nam cum ex duabus naturis homo, id est, ex anima consistat & corpore, uisibile per uisibile, inuisibile per inuisibile mysterium consecratur. Aqua enim corpus abluitur, spiritu animæ delicta mundantur. Aliud agimus, aliud inuocamus. Licet etiam in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspires: Non enim aqua omnis ablutio est, sed hæc inter se diuisa esse non possunt.

sunt. Et ideo aliud fuit baptisma penitentiæ, aliud gratiæ est. Istud ex utroque, illud ex uno. Nam cum communia delicta sint mentis & corporis, purificatio quoque debet esse communis. Idem Ambrosius ad Deme triadem epistola ultima.

Victor Romanus Pontifex, imperante Carolo baptismum in Paschate, celebrandum esse instituit, sed si qui peterent baptismum (necessitate sic poscente) eos in quauis aqua & quouis tempore ac loco baptizari, precepit. Liber Chron.

PECCATVM MANET

post Baptisma.

Non est iustus, non est intelligens, psal. 13
Nomnes declinauerunt, simul inuitiles facti sunt.

Non regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Rom. 6

Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Rom. 7

Ergo concupiscentia quæ manet post baptismum, utique peccatum est.

* Con-

Condelector legi dei secundū interiorē hominē: uideo autem aliā legem in membris meis.

Ibid. Caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē, ut nō quęcumq; uultis ea faciatis.

Col. 3 Baptizati, mortificate mēbra uestra super terram, &c.

Hebr. 12 Apostolus scribens baptizatis: Depo-
namus aut omne pondus, circum-
itans nos peccatum.

Bernhardus Sermo. in cœna
Domini.

Sed fortē querat aliquis & dicat: Si deletum est in baptismo quod contraximus à parentibus, cur adhuc manet cupiditas, & uelut incentiuum quoddam peccati? Neq; enim dubium quin à primis parentibus in nos traducta sit ista lex. Omnes siquidē in peccatrice uoluptate generamur: propterea licet inuiti, illicitos quosdam motus concupiscentiarum & tanquam bestiales sentimus. Dixi uobis sæpius nec mente excidere debet, quoniam in casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem super aceruum lapidum, & in lutō, unde non solum inquinati, sed etiā uulnerati

uulnerati & grauiter quassati sumus. Lauari siquidem citō possumus, ad sanandum uerò opus est curatione multa.

Augustinus in lib. de Baptismate
paruulorum.

De consecrat. Dist. 4. Can.
Per baptismum.

Per baptismum Christi id agitur, ut caro peccata euacuetur, non autem sic euacuatur, ut in carne concupiscentia innata non sit, sed ne obsit. Nam si post baptismum ad ætatem naturalem perueniunt, ibi habent cum qua pugnent, eamq; adiuuante domino superent: si tamen gratiam inuacuum nō susceperint: nam nec adultis id præstat in baptismo, nisi fortē miraculo Dei, ut lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur, ut non sit, sed ut quicquid ab homine dictum, factum, cogitatum est, cum eidem concupiscentiæ mente subiecta seruiret, totum aboleatur, & quasi factum non sit, habeatur. Idem Augustinus de uerbis Apostoli sermone secundo, dicit in Baptismo esse peccata deleta, sed non extirpata.

Epistola 25.

Tanta illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris est uirtus in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum carnalē uoluptatē. Cū semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem uoluntatē, deinceps non possit uinculo alienæ iniquitatis obstrinigi, cui nulla sine uoluntate cōsentit. Et anima enim patris mea est, inquit, & anima filij mea est &c.

Lib. de spiritu & anima

Cap. 42.

Vnde si aliqui sub peccato geniti paruuli obeunt absq; remedio saluari, pertimesce iusticiā dei, qui nihil debet alicui, sed damnat in singulis malum, quod nos fecit in eis. Si autem paruulos renouat sacramentis, admirare misericordiam dei. Ipsi enim sicut nesciunt culpā cum qua ex carne nascuntur, sic nesciunt & gratiam qua per Christum renouantur. Non excusat paruulos à culpa, quia eā non norunt, nec excludit gratiam ab eis, quia eam nesciunt. Quæris in eis culpam, inuenis ex carne tractam. Quæris in eis gratiam, inuenis à deo collatam.

Item

Idem Sermone ultimo in

octauo Pasche.

Hoc itaq; ac moneo, fratres dilectissimi, ut quoties Paschalis solennitas uenit, quicumq; uiri, quæcunque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter exceperunt cognoscant se pro ipsis fidei iussores apud deum extitisse: ideo semper illis sollicitudinem ueræ charitatis impendant, & admoneant ut castitatem custodiant, uirginitatem usq; ad nuptias seruent, à maledicto uel periurio linguam refrenent, canticatur pia uel luxuriosa ex ore non proferant, non superbiant non inuideant, iracundiam uel odium in corde non teneant, auguria non obseruent, phylacteria & characteres diabolicos nec sibi, nec suis, aliquando suspendant, incantatores uelut ministros diaboli fugiant, fidem catholicam teneant, ad ecclesiam frequentius currant, contempta uerbositate lectiones diuinas attentis auribus audiant, peregrinos suscipiant, & secundum quod ipsis in baptismo dictum est, hospitum pedes lauent, pacem ut ipsi teneant discordes ad concordiam reuocare contendant, sacerdotibus & parentibus honorem amoris ueræ charitatis impendant. Hæc ergo omnia & hic similia

si filios & filias uestras admonere contenditis, cum ipsis ad eternam beatitudinem feliciter peruenietis.

In Sermone quodam de Christiano nomine, Domini ca. 10. Tri-
mitate.

Et ideo, fratres, tam illos qui de uobis nati sunt quam illos, quos de fonte excipietis, semper castigate atque corrigite, ut caste & iuste, & sobriè uiuant, & uos ipsi ita agite, ut si uos filij uestri imitari uoluerint, non uobiscum in igne ardeant, sed simul uobiscum ad premia eterna perueniant.

Idem ad Petrum Diaconum in
eadem Distinct. Canone. Fir-
missime.

Originale Firmissime tene & nullatenus dubites, omnem ho-
peccati om minem, qui per concubitus uiri & mulieris concipi-
nibus homi tur, cum originali peccato nasci, impietati subiectum:
nibus inna- & ob hoc naturaliter ire nasci filium, de qua dicit Apo-
tum. stolos: Erasmus enim natura filij iræ, sicut & ceteri
à qua ira nullus liberabitur, nisi per fidem mediato-
ris hominis Iesu Christi, &c. Et in fine. Quod etsi
peccatum propriæ actionis nullum habent: originalis
tamen peccati damnationem, carnali conceptione ex
natiuitate traxerunt.

Ify-

Ifychius lib. 3 cap. 12.

Sator immundus est, utpote heres Adam, qui per le peccati
transgressionem immundus factus, atque ita Adā Eue ex Adam
mixtus omne genus humanum fecit immundū. A per- ex Adam
traximus.
traxit hoc in sacra scriptura legitur, quod postquam exiit
de paradiso, mulierem suam Adam cognouit, atque
ita deduci coepit humanū genus, &c. Et paulo post:
Quia Adam, per cuius semen suscepit immundiciem
cum genere uitam nostram, polluit.

Augustinus de uerbis Apost.

Sermo 4.

Videte ergo fratres, uidete humanum genus, à
prima illius primi hominis morte defluxisse. Ete-
nim peccatum mors, & ita in omnes homines per-
transiit. Pertransiit, uerbum attendite, quod audistis
considerate: uidete quid est pertransiit. Pertransiit,
inde est paruulus reus, peccatum nondum fecit, sed
traxit. Etenim illud peccatum non in fonte mansit,
sed pertransiit, non in illum aut in illum, sed in om-
nes homines pertransiit. Genuit peccatores morti ob Pertransire
quid signi.
noxios primus peccator, primus prauaricator. Venit
ad sanandos de uirgine saluator, qui ad te, non qua
uenisti, uenit. Non enim ille de concupiscentia ma-
ris & femine, non de illo uinculo concupiscentiæ.

r 4 Quis

Quia ergo nō qua uenisti, ad te uenit, liberat te. Vbi te inuenit: uenundatū sub peccato, iacentem in morte primi hominis, trahentem peccatum primi hominis habentem reatum anteq̄ habere possis arbitrium. Item August. in Encherid. cap. 33.

Mirum quibusdam uidetur, ubinam Originalis peccati mentio fiat in scripturis. Audiant illi prophetam.

Ecce in iniquitatibus cōceptus sum
& in peccatis cōcepit me mater mea.
Omnes peccauerunt & egent gloria dei.

Per unius inobedentiā, peccatores constituti sunt multi, & per unius delictum in omnes homines condemnatio.

Ab Adā mors intrauit in orbē terrarū, etiam in eos qui nō peccauerūt.

August. lib. de Prædestinatione

& Gratia, cap. 3.

Vitiatae radices macula, ita propaginis traduce per generationem sarmenta diffusa est, ut nec infans quidem unius diei à culpa sit prime præuagationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam

tiam fuerit liberatus. Quod si nec hic sine peccato est qui proprium habere non potuit, conficitur ut illud traxerit alienum, de quo dicit Apostolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Augustinus lib. II. de nuptijs &

Concupiscentia ad Valerium

cap. 29.

Est itaq; quæ quod homo diuino operi uendicetur, quia non esset homo, nisi diuino opere crearetur malum autem non esset in paruulis, nisi uoluntate primi hominis peccaretur, & ex origine uitata peccatum originale traheretur. Non ergo, sic ut iste ait, perfecte Manichæus est, qui malum originale defendit. Sed perfecte Pelagianus est, qui malum originale non credit. Neq; enim ex quo esse cepit Manichæi pestilentiosa doctrina, ex illo cœperunt in ecclesia dei paruuli baptizari, exorcizari & exufflari, ut ipsis mysterijs ostenderetur, non eos in regnum Christi, nisi erutos à tenebrarū potestate transferri.

In eodem.

Nunquid & gloriosissimæ coronæ Cyprianus dicetur ab aliquo, non solum fuisse, sed esse potuisse Manichæus

nichæus cum prius iste sit passus, quâ illa in orbe Romano pestis apparuit: & tamē in libro de baptisma te paruulorum ita defendit originale peccatū, ut propterea dicat, & ante octauum diem, si necesse sit paruulorū baptizari oportere ne pereat aīa eius. Quē tanto uult intelligi ad indulgentias baptismi peruenire. Facilius, quanto magis ei dimittitur non propria, sed aliena peccata.

Ibidem.

Veruntamen ut omitam beatū Ambrosium, cui Pelagius (sicut iam commemorauī) tam magnum integritatis in fide perhibuit testimoniū, qui tamen Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, ut haberent necessarium medicum Christum, nisi originale peccatum.

POENITENTIA CHRISTIANO

semper necessaria.

Saluator inbet nos semper orare, & nunquam deficere. Idem Apostolus admonet, dicens: Sine intermissione orate. Et: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie & sequatur me. At ille semper, ut inquit, orat qui non cessat benefacere, ac mala desideria uitare, non talis

talī semper respicit: Orat itaq; nō qui labra mouet, sed qui quotidie corporis sui mortificationē crucem à domino impositam baiulat.

Augustinus ad Seleucianum

Epistola 105.

Est enim pœnitentia bonorum & humilium fidelium poena quotidiana, in qua pectora tundimus, dicētes: Dimitte nobis debita nostra, & c. Atq; in his uerbis humilitates animas nostras, quotidianam quodammodo pœnitentiam agere non cessamus.

Idem Sermo. 3. de natiuitate Domini.

tate Domini.

Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati & amor dei. Quando sic te percutis, ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in uita: & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente. Iam tunc bene ingemiscis, & dicis ad Deum: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, & c.

Hieron. in Hieremiā cap. 31.

Quodq; ait: Quasi iuuenus indomitus, siue sicut Laborem ad uitulum, & non didici, hoc significat, quod multo pœnitentiā labore atq; uerberibus eruditus sit, ut ad pœnitentiam conuerteretur, & non proficeret. Conuertemur, inquit, me, & conuertar. Ergo id ipsum quod agimus

mus poenitentia, nisi dei iuuantur auxilio implere nō
possumus. Postquam enim conuerteris me, & ad te
conuersus fuero, tunc cognoscam, quia tu dominus de
us meus es, & nequaquam errores mei atq; peccata
interficient me. Et postquam conuertisti me egi poeni

Gratia dei tentiam. Vide quantum sit auxilium dei, & quam fra
poenitentia gilis humana conditio, ut hoc ipsum quod agimus, ne
in nobis o= quaquam implere ualebimus.

peratur.

Hieronymus super

Matth. 10.

Ne semel putemus ardorem fidei posse sufficere,
semper crux portanda est, ut semper Christum ama
re doceamur. Ita Apostolus portabat iugiter carnis
mortificationem in corpore suo, quod qui facit omni
tempore, semper orat, semper poenitet. Ita propheta
Benedicam dominum in omni tempore, semper laus
eius in ore meo. Et apud Lucam: Putatis, quia ipsi de
bitores fuerint prae omnibus Galileis, quia talia passi
sunt? Non dico uobis, imò nisi resipueritis, omnes si=
militer peribitis. Ecce, an non omnibus resipientiā
indicit? Et apud eundem: Oportebat praedicari sub
nomine eius poenitentiam ac remissionem peccatorum
in omnes gentes. Nunquid igitur non euangelica tuba
sonam sonat tubae poenitentiae annunciationem? Certā

Leonis

Leonis & clara stat sententia, qui totam uitam Chri
stiani hominis, si sit secundum euangelium, crucem,
& continuum martyrium esse, confirmat.

Hieron. Epistola 4.

Quod si quidam iusti appellantur in scripturis,
& non solum iusti, sed etiam iusti in conspectu dei, iu
cta illam iusticiam appellantur iusti, puniendo scili=
cet se secundum quod dictum est: Septies in die cadit
iustus. Si cadit, quomodo iustus? Si iustus, quomodo ca
dit? Sed iusti uocabulum non amittit, qui semper per
poenitentiam resurgit. Ergo quia semper peccamus, Iusti uoca=
semper poenitere, & resipiscere debemus. Item bulum.
Augustinus fatetur non uno in loco poenitentiam esse
donum dei.

POENITENTIA A PEC=

catorum detestatione ante dile
ctionem non incipit.

Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Psal. 50

Et cum Petrus amaré fleret, praemisit Euangelista, respexit eum do
minus.

Conuerte me domine, & conuer
tar,

tar. quia tu dominus deus meus. Et postquam conuertisti me, egi poenitentiam.

Augustinus in Psal. 50.

Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Et spiritus, inquit, in conficente, iam ad donum sancti spiritus pertinet, si tibi displicet, quod fecisti. Et paulo post: Quia non potest esse confessio peccati in homine à se ipso, cum quis; sibi irascitur, & sibi displicet, sine dono spiritus sancti non est. Nec ait: Spiritum sanctum da mihi: sed, ne auferas à me. Spiritus autem sanctus non obtinetur sine fide & dilectione. Hæc Augustinus.

Idem in libro de correptione

& gratia.

Non solum ait, cum agitur poenitentia, uerum etiam ut agatur dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam, ne forte det deus illis poenitentiam, ut respiciant à diaboli laqueis. Et cum Petrus amarè fleret.

Idem de gratia & libero

Arbitrio.

Conuersio Nisi donum dei, ait, ipsa conuersio esset, non ei daretur: domine deus uirtutum conuerte nos. Et alius Prophetæ. Conuerte me domine & c. ut supra. Vnde de do-

de dominus: Et conuertam, inquit, eos, quia miserabor eorum, & erunt sicut fuerunt, quando non proieceram eos. Item Augustinus in libro octauo. Confess. capite 4, fatetur conuersionem nostri penes deum esse. Quod si qui recipiunt, accipiunt à te potestatem, ut filij tui fiant. Latius audiemus de Libero arbitrio. At Patrib. dicentibus, à timorè ascendere ad sapientiam, atq; à timore poenitentiam auspicari oportere. Intelligendi sunt de Timore spiritus sancti dono, charitate informata. Est enim res (ut poëta ille inquit) Plena timoris amor. Amor enim naturaliter timorè gignit, Quantum enim aliquis amat pecuniam, tantè timet ne perdat eam. De quo latius August. super Ioannem Serm. 4.4. Iudicet hic Christianus lector an illi non toto, ut aiunt, cælo errent, qui ante dilectionem iusticiæ, quæ non est ante gratiam opus bonum, uel etiam initium boni operis audent statuere poenitentiam. Item August. in exposit. inchoata in Epist. Rom. dicit: Poenitentiam esse ex gratia dei.

POENITENTIA NON INCIPIT

à timore, sed dei donum est.

Non potest arbor mala fructus bonos facere: neq; arbor bona, fructus malos facere.

Nam

Nam quisquis est sine fide per dilectionem operante (et si timore coactus uideatur poenitere, cum id fide faciat) est arbor mala secundum Augustinum

August. li= libro ad Iulianum 4. cap. 3. Quare nec ueros edit poenitentiae fructus. Vera enim poenitentia, teste Paulo, donum dei est. Ne quando det deus illis poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, ut respiciant à diaboli laqueis. Exemplo nobis sit Iudae proditoris poenitentia, quae ex horrore, et timore incipiebat, quae similem et initio dignam sortita est finem. Item et Antiochi illius, qui uel hoc uerius uidetur poenituisse, quod restitutionem, et ablationem pollicebatur eorum, quae rapuerat. Similiter Pharaon inutilem poenitentiam egit, imò falso poenituit, quum mox alienata mente, populo dei uiam in solitudinem denegaret. Haec poenitentiae cum sine fide et dilectione essent, inutiles nimirum fuere, et peccatum magis auxere, quam quod extinxerint.

Augustinus Sermon. 7.

Poenitentia certa quae. Poenitentiam certam non facit nisi odium peccati, et amor dei. Et paulo post: Vos modo satis debetis amare deum, et timore iam ad dilectionem transire, qua sic legimus in Euangelio de peccatrice. Cui multum remittitur, multum diligit. Et ideo multum debetis

debetis diligere deum, qui nos expectando, et non puniendo, ad poenitentiam adducere dignatus est. Et alibi fatetur poenitentiam donum dei esse.

Ambrosius super Lucam

Tractatu 4.

Quid profuit baptisma Ioannis fratres mei? Si profuit aliquid, et non maneret et baptizarentur homines Ioannis baptismate, et sic uenirent ad baptismum Christi. Sed quid ait? Ut manifestetur Israël, id est, ipsi populo Israël, ut manifestetur Christus, uenit baptizari in aqua. Non est igitur uera poenitentia, nisi amor timor succedat. Et non ex timore, sed ab amore iusticia, incipit uera poenitentia, et ex dilectionis intentione sequitur odium peccati intensius.

August. ad Macedonium

Epistola 54.

Morum porro corrigendorum, nullus alius quam in hac uita locus. Nam post hanc, quisque id habebit, quod in hac sibimet conquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate, interuenire pro reis, ne ista uitam sic finiant per supplicium, ut ea finita non possint finire supplicium.

Post pauca, Ibidem.

Nam nihil aliud agit, quem ueraciter poenitet, nisi

ut id quod malefecerit impunitum esse non sinat. Eo quippe modo, sibi non parcenti ille parcit, cuius alitū iustumq; iudicium nullus contemptor euadit.

Augustinus lib. 3. Hypoc.

contra Pelag.

Pœnitentia ergo res est optima & perfecta, quæ defectos reuocat ad perfectum. Sed omne datū optima mū. Iacobus apost. inquit, & omne donū perfectum desursum est, descendens à patre luminū apud quem nō est cōmutatio, nec momentī obumbratio. Oportet ea orare pœnitentē, quæ ad eius emūdatiōē expediunt

De ecclesiast. dogmatibus

Cap. 54.

Pœnitētia uera est pœnitēda nō admittere, et admisa deslere. Satisfactio pœnitētiæ ex causis peccatorū excindere, nec earū suggestiōibus aditū indulgere.

DE CONTRITIONE.

Lex dei etiam obest & auget peccata nisi adsit gratia.

Augustinus Psal. 18.

Sermo 25.

Augustinus quærit cur hoc dicat Apostolus: Lex iram operatur, Rom. 4. nisi ut ostenderet legem, sine promissio

promissionis gratia, non solum non auferre, uerum & augere peccatum? Vnde & illud est: Lex subintrauit, ut abundaret peccatum. At quoniam omnia per gratiam dimituntur, nō modo quæ sine lege, uerum etiam quæ in lege cōmissa sunt. Ideo ibi secutus adiunxit: Vbi autem super abundauit delictum, super abundauit & gratia. Hæc ille.

Idem libro de gratia & libero arbitrio.

Per legem cognitio peccati, Rom. 3. Quod autem cognoscit homo peccatum suum, si non adiuuet gratia, ut caueatur cognitum, sine dubio lex iram operatur. Hoc dixit, quia ira dei maior est in præuatore, qui per legem cognoscit peccatum, & tamen facit. Idem legis litera, quæ docet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit: scire enim peccatum facit potius quàm cauere, & ideò magis augetur quàm minui.

Ambrosius super tertium caput epistolæ ad Romanos.

Per legem autem ait, peccatum super abundauit, quia per legem cognitio peccati: & cœpit mihi obesse, scire id quod per infirmitatem uitare non possum. Latius patebit in subsequenti Titulis.

tatem iram operatur.

Rom. 7 Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccatum per mandatum &c.

Augustinus Psalm. 70.

Lex sine gratia sola litera est, manet ad conuincendam iniquitatem, non ad dandam salutem. Idem de uerbis Apostoli, Sermone 75. Lex, inquit Apostolus, praeuagationis gratia posita est, ut te faceret praeuagatorem, superbe per legem factus es praeuagator, agnosce gratiam, & esto laudator.

Ambrosius libro de Iacob. &

uita beata, Caput 4.

Lex peccatum denunciavit, sed in conditione libera penitus cohibere non potuit. Et paulo inferius: Cognitio culpae quae profutura uidebatur, haec nocuit ut scirem, quod uitare non poteram.

OPERA QV ALIACVNQVE

ante dilectionem sunt, peccata

& inutilia ad gratiam.

Omne quod natum est ex carne,
caro

caro est. Ex hoc clarum est omnia opera humanarum uirium carnalia esse, quae Apostolus ad Galatas quinto, depingit.

Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Apparet deum uitare & abhorrere societatem siue familiaritatem carnalium mundanorum hominum. Gen. 6.

Dedit, inquit, eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri nati sunt. Qui sunt: quia carnaliter deo placere non possunt, Roma. 8. Ioannes damnat quaeuis opera Liberi arbitrij. Ioan. 1.

Caro quaerit, quae sua sunt, non enim sapit ea, quae sunt spiritus dei, stultitia siquidem est illi, cuius affectus mors est. Et quia affectus carnis, inimicitia est aduersus deum, qui spiritus est (caro enim concupiscit aduersus spiritum, eiusque contrariatur) & quum idcirco legi dei subdi non possit, neque eius aduersario, id est, dei praecepto in uia consentire, manet in carne, hoc est

homine à spiritu Christi alieno, odium, & contemptus Dei, eiusque præceptorum, quæ à uia eum delectabili carnaliter reuocare nituntur, quousque charitas dei diffundatur in corde eius, per spiritum, qui datus est nobis. Licet nimis legis peccatorum recordatio, poenarum consideratio, seruili quodam timore hominem possint concutere, terrere, commouere: manet atamen in corde tantisper peccati amor, peccandique naturalis libido, dum fortior ut mors, dilectio superuenerit, amorque amore superatus fuerit. Ergo ex his manifestum est omnia opera naturalia peccata esse, & indispota ad gratiam, meraque mendacia ante charitatem, nisi uelis faciendâ mala censere ut eueniant bona, quod absit.

August. in Psal. 31.

Augustinus docet, quantum ualeat noster ille conatus ante gratiam extortus. Nulla opera debemus præponere fidei, id est, ut ante fidem quis dicatur bene agere. Ea enim opera quæ dicuntur ante fidem bona, quamuis uideantur hominibus laudabilia inania sunt. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem ubi fides non erat, bonum opus non erat. Hæc ille.

Augustinus non de fide (ut uocât Sophistæ) informi loquitur, hoc est, continentia demoniaca, simul
laticia,

laticia, addit consequenter: Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. At intentio quæ operi uomen imponit, Charitas est.

Idem in epistola ad

Iulianum.

Ecce apertam confessionem gratiæ quam uehementer commendat Apostolus, & etiam mensuram fidei, sine qua impossibile est placere deo: & quæ uiuus uiuit, quæ per dilectionem operatur, antequam et sine qua omnino nulla cuiusquam bona opera aestimanda sunt: quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est. Quid apertius dicere potuit?

Idem contra Iulianum

Libro 4.

Opus ergo fidei charitas est, quam uir ille uenerandus intentione appellat. Si oculus tuus lucidus fuerit, &c. Hunc, inquit, oculum agnosce intentionem qua facit quisque quod facit, & per hoc discere eum, qui non facit opera bona, intentione fidei bonæ, hoc est, eius quæ dilectionem operatur, totum quasi corpus, quod illis uelut membris, operibus constat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum. Hic Augustinusetur opus ante charitatem nedum esse peccaminosum, uerum plenum nigredine peccatorum. Sed &

r 4

Paulum

Paulum audi: Si linguis hominum loquar, &c. Si trādidero corpus meum, &c.

Idem super Ioannem Ser-

monē 4. & 48.

Nemo habet de suo, nisi peccatum & mendaciū, et de suo Satanās est. Alibi: Ergo quicquid operatur homo ex se ante spiritus sacri infusionem, peccatū est mendaciū est, male arboris malus est fructus, qui describitur Psal. 13. Dixit insipiens.

August. super Psal. 86.

Non enim potest arbor fructus bonos facere. Nec illa, inquit opera bona appellanda, quā diu de radicē bona non processerint.

CONTRITIO QVAE PARAT

tur per discussionem, collectionē & de-
testationem peccatorum facit hy-
pocritam et peccatorem.

Hieronymus Prouerb. 16.

Quicunq; inquit, tribuit sibi bonum quod facit, etiam si nihil mali uideatur manibus operari, iam cordis innocentiam perdidit, in quo se largitori donorum prætulit. Et ideo talem conditor suus abominatur, ut eum, quem sibi beneficijs contemplatur ingratum. Hæc ille.

August.

Augustinus

Testatur omne opus quod non fit amore iusticie peccatum esse.

TIMORE VEL AMORE NON

potest homo se erigere ad capeſcendam

gratiam.

August. in Psal. 84.

Noli tibi arrogare, nec ipsam conuersionem, quia nisi ille te uocaret fugientem, non posses conuerti. Id si uerè dicat Augustinus, quis est ille amor, quo se homo dirigat ad gratiam ante fidem? Remitto lectorem ad eundem Augustinū Epistolā 144. ad Anastasium, inaniter putat se uictorem peccati, qui poenæ timore non peccat. Quia etsi foris non impletur negocium cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram deo innocens inuenitur, qui uult fieri quod uetatur si subtrahas quod timetur. Ac per hoc in ipsa uoluntate est reus. Vide nunc hypocritam suis (ut aiunt) coloribus depictum ab Augustino.

Bernhardus Sermo. de canticis

Esaie in calce.

Timorem & amorem utrunq; infrugiferos ostendit,

s s dit,

dit, cum uel istius uitamento, uel alterius impulsu ad gratiam assurgere contendimus. Et qui timet ire, inquit, ad portas inferi, & qui deū cupit uidere propter quietem sui, uterq; sua sunt, querunt.

Augustinus ad Bonifacium

lib. 1 Cap. 9.

De hypocritarū principe Saulo eadem quæ supra commemorauimus, dicit: Ne quenquā moueat quod Paulus ad Philippenfes scripsit, quod fuerit sine querela. Potuit enim intus esse in affectionibus prauis præuicator legis, & tamen conspicua opera legis implere: uel timore hominum, uel ipsius dei, uel pœnæ formidine, & non delectatione & delectatione iu-

Præparatio = sticiæ. Aliud est enim uoluntate benefaciendi beneficio ad pœnere, aliud autē ad malefaciendum sic inclinari, ut hoc tentiā inuiti faceret si impune posset. Et sic profecto in ipsa intus uoluntate peccat, qui non uoluntate, sed timore non peccat. Hactenus ille. Unde & in recitata epistola:

Inimicus, inquit, iusticiæ est, qui pœnæ timore nō peccat. Amicus autem erit si eius amore non peccat. Et iterum: Tantum quisq; odit peccatum, quantum iusticiam diligit. Caritas autem non diffunditur, nisi per spiritum sanctum. Quis ergo amor ille quo ad gratiā capescendam nosmet erigamus?

Ille

Ille omnem præparationem ad pœnitentiam impie abstulit, qui dicit uniuersaliter: Sine me nihil potestis facere?

August. in Psal. 77.

Quomodo redit caro spiritus, ambulans, & non reuertens, urgente se in ima malorum, atq; longinqua meritorum, nisi per electionem gratiæ, quæ non meritis tanquam merces redditur, sed tanquam donum gratis datur, ut iustificetur impius, & redeat ouis deperdita. Non tamen in uiribus suis, sed in humeris reportata pastoris, quæ sese perdere potuit, dum sponte uagaretur, se autem inuenire non potuit. Nec omnino inueniretur, nisi misericordia pastoris quæreret. Auditis quid uoti habeat homo palabunde ouiculæ comparatus, querendæ remissionis dum sponte uagatur? Quid his uerbis clarius? Falsus habetur propheta, dicens: Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Quod exponens Casiodorus, ait: Dixi, id est, liberaui apud me, quod confitebor, & tu remisisti. Magna pietas dei, quod ad solam promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro operatione iudicatur. Cum ergo uotū habet peccator confitendi, iā remissa est iniquitas, tantū abest,

ut fuerit

Casiodorus

ut fucati nostrum uotum quippiam impetret. Et Esa. 65
ad stipulatur hijs uerbis, dicens: Erit antequam cla-
ment, ego exaudiam eos.

Desperat de se qui in Christo sperat, & quo ma-
gis in Christum sperat, hoc minus fidit sibi. Et quanto
magis de se sperat, tanto minus sperat de Christo. Qui
non sperat in Christum, desperat. Qui desperat, iam
damnatus est. Quemadmodum Hieronymus Galat. 5
ait, non confidit in carne, qui omnem utilitatem ex-
pectat à Christo; & non seminat in carne, ne de carne
metat corruptionem, sed de spiritu, de quo uitam æ-
ternam mereatur.

TIMORE SOLO SINE GRA-

tia iustificante nemo deo pla-
cere potest.

Et respexit deus ad Abel, & ad munerum eius: ad
Cain autem et munerum eius non respexit. Respicit per-
sonam, hoc est, fidem personæ offerentis uota sua, de-
inde munerum. Viso enim Cain propter fidei absentiam,
nec munerum eius respexit. Nam qui siue dilectione est, si-
lius est iræ, quia præcepti saluatoris transgressor. Ne-
mo iustus est sine gratia iustificante: Iusticia, inquit,
dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes
eos qui credunt.

Augu-

Augustinus

Iusticia, dicit Paulus, non hominis aut propriæ uo-
luntatis, sed dei: non qua iustus est deus, sed qua induit
hominem cum iustificat impium.

August. in epistola Ioannis de Abe- lis & Cain sacrificio.

Hoc sanè dicit Apostolus: Nescitis quod Christus
Iesus habitat in uobis, nisi forte reprobis estis. Ecce
quem Christus non inhabitat, reprobus est, & à dia-
bolo regitur. Quemcumque ergo staueritis timorem
exclusa gratia peccatum statuitis, quod parat diaboli
mancipium.

Idem libro de natura & gratia.

Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Sub lege est,
qui timore supplicij, quod lex minatur, non amore iu-
sticie, se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber
& alienus à uoluntate peccandi: ipsa enim uoluntate
reus est, qua mallet si fieri posset, non esse quod timeat
ut libere faciat quod occulte desiderat: & ergo non be-
nescit, sed peccat, quo ad usque per spiritum sanctum
lex libertatis non seruitutis: quia charitatis utique, non
timoris (de qua Iacobus ait: Qui perspexerit in le-
ge perfecta libertatis:) cum ad bene operandum
induxerit,

Chry-

Chrystomus super Matth.

Omne bonū, quod non ex amore ipsius boni faciunt homines, ingratum est apud deum.

Augustinus Sermo. 249.

Vbi immunditia est corporis, ibi habitatio est diaboli spiritus, qui maxime gaudet in iniquatione carnis nostræ. Omnes autem immunditiæ deo displicent, maxime quæ sunt animales. Quomodo mundus esse potest, qui gratiam non habet, quæ cadet sub præcepto? Et quomodo potest uerè sperare, à diabolo ob talem immunditiam possessus? Qui spiritum Christi nõ habet, inquit Apostolus ad Romanos. s. hic non est eius.

CONFESSIO QUÆ FIT CORAM
Deo, est necessaria.

Dixi confitebor aduersum me iusticiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Quoniam iniquitatem ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Oraui ad dominum deum nostrum, confessus sum, & dixi: Obsecro dominus, deus

ne, deus magne, peccauimus: & iniquitatem fecimus.

Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra. 1. Ioan. 3.

Confitemini domino, quoniam bonus est, quoniam in secula misericordia eius. De quo plura apud Psalmistam Considerate Apostolum & pontificem magnū, confessionis nostræ Act. 10. Psal. 61. Iudith. 8.

August. super uerbum. Neque absorbeat.

Metuenda ista res est fratres uehementer, si uideris hominem fecisse iniquitatem, mersus est in puteum. Quando autem illi dixeris iniquitatem ipsius, & dixerit uerè: Peccaui, fateor, non clausit super eum puteus os suum. Quum autè uideris eum dicere: Quid mala feci factus est defensor peccati sui, clausit super eum puteus os suum, quæ eruatur non habet amissionem confessionis &c.

Idem super Ioannem Ser. 63

Nunquid non possumus dicere, quod etiam frater fratrem à delicti poterit contagione mundare & uno uero

Psal. 31

1. Ioan. 3.

Dan. 9.

Christiani imò uerò id nos esse admonitos in dominici operis
 cōfratrem altitudine, scilicet discipulorum pedum lotione noue=
 suū absolue rimus, quando ait: Et uos debetis alter alterius laua=
 re potestate re pedes, ut confesi inuicem delicta nostra, oremus
 habet. pro nobis, sicut & Christus interpellat pro nobis.
 Vide supra in Titulo. Christiani potestatem habent
 ligandi & absoluedi & c.

Euangelium de leprosis quibusdam nihil omnino
 suffragatur. Quippe qui non lepram, ut nos peccata
 ostendebant, sed se iam mundatos quibus id negocij
 tum iniunxerat dominus, ut peccata sua & sordes le=
 prae detergerent sacrificio: uerum ut ex instituto le=
 gis sacerdotum elogio, & amusi alba mundicies le=
 prosorum innotesceret. Sed audiamus Bedæ sententiã
 super hunc locum.

Beda in Luc. Homi. 58.

de decem leprosis.

Itē, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, dum
 irent mundati sunt. Nullum dominus eorum quibus
 hoc corporalia beneficia præstitit inuenitur misisse
 ad sacerdotes nisi leprosos: quia uidelicet sacerdoti
 Iudæorum figura erat, quo consecrantur omnes per=
 tinentes ad corpus Christi summi & ueri principis
 sacerdotum. Et quisquis heretica prauitate, uel su=
 per

perstitione gentili, uel Iudaica perfidia, uel etiã schi=
 mate fraterno quasi uario colore per Christi gratiam
 caruerit, neesse est ut ad ecclesiã ueniat, coloremq; si
 dei uerū quem acceperit, ostendat. Cetera uerò uitia
 tanquam ualetudines, & quasi membrorum animæ
 atq; sensuum, per seipsum interius in conscientia &
 intellectu dominus sanat & corrigit. Hæc ommissa est
 in quibusdam libris excusis, sed extat in codicibus ma=
 nu scriptis.

Isidorus Ethymologiarum lib. 6.

Capite ultimo.

Exhomologœsis Græco uocabulo dicitur, quod La=
 tine confessio interpretatur. Cuius nominis duplex si=
 gnificatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio,
 sicut est: Confiteor tibi pater domine cœli & ter=
 ræ & c. Aut dum quisq; confitetur peccata sua, ab=
 eo datur uenia, cuius indeficiens est misericordia. Ex=
 hoc ergo græco uocabulo exprimitur, & frequen=
 tatur exhomologœsis, qua delictum nostrum domino
 confitemur: non quidem ut ignoro, cuius cognitionē
 nihil occultum est, sed cōfessio est rei scilicet eius quæ
 ignoratur professã cognitio. Utile enim sibi ac iu=
 cundum quisque esse existimauerat, rapere, adul=
 terari, furari. Sed ubi hæc æternæ damnationi ob=
 t

noxia esse cognouit, cognitū his confitetur errorem.

Cōfessio erroris, quæ dicitur Ipsi Confessio autem erroris, professio est desinendi. Desinendum ergo à peccatis est, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Ceterum extra ueniā est, qui peccatū agnoscit, nec cognitum confitetur. Itaq; exhomologæsis prosternendi & hu-

miliādi hominis disciplina est, habitu atq; uictu, sacco et cinere incubare, corpus sordibus obscurare, animam mœroribus deicere, illa quæ p. cauit tristi translatione mutare.

De pœnitentia Dist. 1. Can.

Quidam.

Vt deo qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, hoc perfectior est, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitū tibi feci, & iniusticiam meā non abscondi. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā domino, & tu remisisti impietate peccati mei & c. Confessio itaq; quæ soli Deo fit, quod est iustorum, purgat peccata.

Chrysoſtomus Hebr. 11.

Non dico, inquit, tibi, ut te prodas in publicum, neque ut te apud alios accuses: sed obedi te uolo Prophetæ, dicenti: Reuela domino uiam tuam. Ante deum ergo confiteri peccata tua, apud uerum iudicē

6113

eum oratione delicta pro iniuria, non lingua, sed conscientia tuæ memoria. Et tunc demum crede te misericordiam posse consequi, si habueris in mente tuā continue.

Prosper de pœnitentia Dist. 1.

Can. Porro.

Porro illi quorum peccata humanam noticiam latent, non ab ipsis confessæ, nec ab alijs publicata, si ea confiteri uel emendare noluerint, deum quem habent testem, ipsum habituri sunt & ultorē. Et quid eis prodest, uitare humanū iudicium, cum si in malo suo permanserint, sunt uturi in æternum deo retribuente supplicium, qui si suis ipsius iudices fiant, & ueluti suæ iniquitatis ultores. Hic in se uoluntariam pœnam seuerissime animaduersionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lachrimis uera cordis contritione fluentibus extinguent æterni ignis incendia.

Ibidem Can. Facilius.

Facilius deum sibi placabunt, qui nō humano conuicti iudicio, sed ultrò crimen agnoscunt: qui autem proprijs illud cōfessionibus produnt, aut nescientibus alijs quales occulti sunt ipsi in se uoluntarie excommunicationis sententiam ferunt, & ab altari cui

Cōfessio autem
ricularis ad
salutē non
necessaria.

t 2 ministra

ministrabant non animo, sed officio separati, uitam suam tanq̄ mortuam plangunt, certi quod reconciliati sibi efficacis poenitentiae fructibus à Deo non solum amissa recipiant, sed etiam ciues supernae ciuitatis effecti ad gaudia sempiterna perueniant.

Hoc idem probatur autoritate illa prophetica: In quacumq; hora peccator fuerit conuersus, &c. Non enim dicitur ore confessus fuerit, & ingenuerit: uita uiuet & non morietur..

Ibidem Can. Scindite.

Scindite corda uestra, & non uestimenta. Ostendēs contritionem cordis, quæ in eiusdem scissione intelligitur, nõ in confessione oris, quæ pars est exterioris satisfactionis, quam scissurâ uestium nominauit à parte totum intelligens, peccata dimitti.

Ibidem Can. Conuertimini.

Conuersio
quid dicatur.

Conuertimini ad me in toto corde uestro, & ego conuertar ad uos. Conuersio autem dicitur quasi cordis undiq; uersio. Si autē cor nostrum undiq; à malo ad deum uertitur, mox suæ conuersionis fructū meretur, ut deus ab ira sua ad misericordiam conuersus peccati præstet indulgentiam, cuius primo præparabat uindictam. Vnde datur intelligi, quod etiã ore tante ueniam consequi possumus. Hinc etiam leprosi

illè

illi quibus dominus præcepit, ut ostenderent se sacerdotibus in itinere, antequam ad sacerdotes uenerent, mundati sunt. Ex quo factò nimirum datur intelligi, quod anteq̄ sacerdotibus ora nostra ostēdamus, id est, peccata nostra cõfiteamur à lepra peccati mūdāmur. Sequitur: Hinc etiam ut dominus ostenderet, quod nõ sacerdotali iudicio, sed largitate diuinæ gratiæ peccator emundatur. Leprosus tangendo mundauit, & postea ut sacerdoti sacrificium ex lege offerret præcepit. Et paulò post. Sed antequam ad sacerdotē perueniat, emundatur, dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati uenia indulgetur. Et infra. Ergo sola contritio in qua fit resuscitatio tollit peccatum, habet itaq; resuscitatore suum sibi præsentē seq; inhabitantem. Vnde August. in Psal. 62. Resuscitatus corpore &c.

Ibidem. Can. Cum ergo.

Cum ergo ante confessionem sumus resuscitati per gratiam & filij lucis facti. Euidētissime apparet, quod sola cordis contritione sine confessione oris peccatum remittitur. Et infra: Non in confessione peccatum remittitur, quod iam remissum esse probatur. Fit itaque confessio ad ostensionem poenitentiae, non ad impetrationem ueniæ &c. Et paulò post, Sic

confessio sacerdoti offertur in signū ueniæ acceptæ,
non in causam remissionis accipiendā.

Frācisus Zarabelle super Clement.

de statu Monachorum.

Queritur si quis habet propositum confitendi &
præuenit morte non confitetur. Dicit Mat. quod au-
diuit ab Archi. quod non ex hoc erit damnatus, &
hoc dummodo moriatur contritus. De pœni. Dist. 11.
Parag. 1. uer. Petrus pro hoc. Quia sacramentū pœ-
nitentiæ nō est præcise necessitatis, & sufficit quod nō
contemnatur, ut not. de transac. ueniens, pro de pœn.
Dist. 6. In summa.

Gratianus tractatu de Pœni-

tentia, sic inquit.

Sicut autoritas testatur, uoluntas remuneratur, non
opus: uoluntas enim in cordis contritione, opus uerò
in oris confessione. luce clarius constat cordis contri-
tione, non oris confessione peccata dimitti.

Ambrosius super Lucā de Pœnitentia.

Dist. 1. cap. Petrus.

Petrus doluit & fleuit, quia errauit ut homo, non
inuenio quid dilexerit: scio quod fleuit, lachrymas eius
lego, satisfactiōem non lego. Gratianus dubitat in
Glossa institutionem confessionis nondū factam esse,

quæ

quæ modo fit. Idem Gratianus compluribus uerbis
de hac re differt de pœnit. Dist. 1. & in utr. amq; par-
tem adductis ueterum sententijs, quorum tamen bo-
na pars sentit de confessione solenni. Videtur in du-
bio relinquere (ut suprā dictum) utrum obligetur
aliquis ad confitendum, an non. Siquidem prolixam
disputationem claudit his uerbis: Quibus autoribus,
uel quibus rationum firmatis utraq; sententia innititur,
in medium breuiter exposuimus: cuius autem
harum potius adherendum sit, lectoris iudicio refer-
uatur. Vtraq; enim ad stipulatores habet sapientes,
& religiosos uiros. Et Glossator primi huius libri
Dist. 5. pronunciat nos tantum ex institutione homi-
num obligari ad confitendum, & ob id Græcos nun-
quam fuisse obligatos, quod ea constitutio nunquam
ab illis recepta sit. Nec enim paulò durius est quod
dicit Gratianus. Fatetur nos Glossator obligari ex
institutione & consuetudine ecclesiæ tantum. Gra-
tius facit liberum lectori utrum putet esse confitendū
an non. Quo ad profecto fuisse dictum execrabile, si
hec confessio præcepta fuisse à Christo, aut si Gra-
tiani temporibus confitendi lex fuisse lata receptaq;
à catholica ecclesia.

Gratianus

Dist. 1

Glossator

Dist. 5.

Hieron, in Matth. 16. cap.

Et dabo tibi clauēs regni cœlorum, &c. Istum lo-
cum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid
sibi de phariseorum assumunt supercilio: ut uel dam-
nent innocentes, uel soluere se noxios arbitrantur: cū
apud deum non sententia sacerdotum, sed reorū uita
queratur. Legimus in Leuitico de leprosis, ubi iuben-
tur ut ostendant se sacerdotibus, etsi leprā habuerint
tunc à sacerdote immundi fiant, non quo habeant no-
ticiam leprosi, & non leprosi: possint discernere qui
mundus, quiue immundus sit. Quomodo ergo ibi le-
prosum sacerdos mundum uel immundum facit. Sic
& hic alligat uel soluit episcopus & prebyter, nō in
eos qui fontes sunt uel noxij, sed pro officio suo, cum
peccatorum audierit uarietates, scit qui ligandus sit,
quiue soluendus.

Augustinus in lib. de Saluta-
ribus documentis.

Aliena debent esse à nobis omnia uitia mala,
dum hereditas nostra Christus esse uult. Ideò quia
incerti sumus de talibus prosternamus nos humi-
liter in conspectu pij patris nostri, & peccata no-
stra citò producamus in medium, ut deleat ea ipse
pater noster cœlestis. Et cum confessi fuerimus, non
nos

nos iustificemus orantes, ne sicut phariseus ille disce-
damus condemnati. Memoremur publicanum illum
& ita oremus, ut ueniam delictorum consequi me-
reamur: clamor cordis nostri, pulset ad aures omni-
potentis dei, quia in pura mente placabitur in tempo-
re orationis.

Chrysof. Sermo. de Confessio-
ne & Pœnitentia.

Nunc autem neq; necessarium præsentibus testi-
bus confiteri, cogitatione fiat delictorum exquisitio
absq; teste sit hoc iudicium, solus te deus confitentem
uideat. Deus qui non exprobrat peccata tua, sed sol-
uit peccata propter confessionem. Vide uocat con-
fessionem, iudicium, quod absq; testibus, solis cogita-
tionibus perficiatur. Item uide in Distinct. sexta. Ca-
no. uult. Idem Homil. 9. de pœnitent. Medicina, in-
quit, locus hic est, non iudicij. Non pœnas, sed pecca-
torum remissionem tribuens, Deo solum dic pecca-
tum tuum, &c.

Tripartita hist. Eccle. lib. 9

cap. 35. Sozomenus.

Quoniam omnino non peccare, diuinum & ul-
tra humanam naturam esse cognoscitur, peccanti-
bus autem & pœnitentiam agentibus, ueniam deus

t s dari

Confessio
Patrum an
tiquorum.

dari præcepit: qui uerò confiteri refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt. Propterea uisum est antiquis Pontificibus, ut uelut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandantur. Et ad hanc rem presbyterum bonæ conuersationis seruauitque secretum ac sapientem uirum statuerunt: ad quem accedentes hi, qui deliquerant, delicta propria fatebantur. At ille secundum uniuscuiusque culpam indicabat et multam. Quod etiam hæcenus diligenter in Occidentalibus seruatur ecclesijs, et maxime apud Roman, ubi etiam locus est certus pœnitentiæ: stat enim rei, et uelut in lamentationibus constituit. Quæ enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes, cum gemitu et lamentatione seipsos in terram prosternunt. Ad quos concurrens Episcopus, et ipse cum lachrymis, et gemitu spirituali prosternitur, et omnis ecclesiæ plebs fletibus inundatur. Post hoc autem prior surgit episcopus, eleuat iacentes à terra. Tum competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte uacantes, aut ieiunijs, aut abstinentia lauacri, aut suspensione ciborum, aut rebus alijs que iubentur, expectant cõmune tempus, quod decernit episcopus. Constituto uerò tempore uelut quodam

dant

dam debitum exoluentes, afflictione de peccato curati, cum populo communionem participantur. Hæc ergo antiquitus Romani Pontifices usque ad nostrum conseruauerunt tempus.

Porro Constantinopoli presbyter super pœnitentes fuit usque ad illud tempus, quo quedam mulier nobilissima, cum peccata sua fuisset confessa, et ei à presbytero fuisset præceptum ut ieiunaret, et deo operibus supplicaret: cum hoc obseruaret crebrius in ecclesia cum Diacono se concubuisse confessa est. Hoc cum populus cognouisset, seueibat in sacerdotem, quasi per eos facta fuisset iniuria ecclesiæ. Tum Nectarius episcopus remouit Diaconum sceleratum et quibusdam suadentibus ut singulos ad communicandum iudicio conscientie sue relinqueret, etiam presbyterum nequaquam super pœnitentes esse præcepit. Et ex illo antiquitatis consuetudo sublata est, cum (ut arbitror) minora peccata pro pudore confessionis, et subtilitate examinantium patrarentur. Hæc historia Tripartita. Ex his colligitur duplicem formam publicæ confessionis, et pœnitentiæ fuisse quondam. Alteram primæ Ecclesiæ, ubi coram uniuersa ecclesia accusabantur duntaxat publica crimina, ut sic uel eiectione à communionem fidelium flagitiosum

Confessio
abrogata
apud Con=
stantinopo=
lim, sub Ne=
ctario, cui
præcepit
Chryzost.

flagitiosi resipiscere nolebant, uel totius ecclesie susfragijs absoluti qui resipiscebant. Exemplum huius patet 1. Corinth. 5. & 2. Corinth. 2. de incestu. Alteram ubi poena publica est, confessio non item, cuius exemplum hodie extat in homicidarum poenitentia.

Cyprianus
de lapsis.

Cuius confessionis meminit Cyprianus Sermone de lapsis: qui cum de publicorum criminum confessio ne loquitur, indicat eam potius coram sacerdote quam uniuersa ecclesia faciendam. Confiteantur inquit, singuli quæso uos fratres delictum suum dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est. Hæc ille: Cuius & meminit

Augustinus in Epistola ad Iulia

num Comitem 30.

Iure diuino ea exigitur confessio quæ deo fit, de qua Ioannes apostolus: Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus est deus, ut remittat nobis peccata nostra. Citra hanc enim peccatum non condonatur. Rursum non potest non condonari huic confessioni quæ nos ipsos accusamus & damnamus, deo quæ gloriam ueritatis & iusticie tribuamus. Ita & eodem iure con-fessio illa publica criminum publicorum, quibus aut

frater,

frater, aut ecclesia læsa est præcipitur, aut supra præ-tuit. At ea quæ hodie obseruatur, uel ob hoc humanum constat esse inuentum, quod nullus ueterum eius memnerit.

Panormitanus Abbas.

In capite omnis utriusque sexus de poenis & remissionibus sentit confessionem esse iuris humani. Nec abhorret ab hac sententia Felinus, alijque Iurisperiti ueteres.

Chrystomus in Psal. 56.

Si confundaris alicui dicere quia peccasti, dicito ea quotidie in anima tua, non dico ut confitearis conserto tuo ut exprobret, dicite deo qui curat ea: hoc enim si non dixeris non ignorat ea deus, Cum faciebas ea præsto erat,

Hieronymi

Temporibus confessionem hodiernam in usu non fuisse, conuincitur ex Epistola ad Oceanum in Epitaphium Fabiolæ quæ incipit. Plures anni sunt, &c. Tomo 1. fol. 89, iuxta Frobenianam impressionem. Sed si qui publice aut in ecclesiam peccassent, publice & apud ecclesiam poenitebant, ut supra explicauimus ex historia Tripartita.

Eusebius

Eusebius Ecclesiast. histor.

lib. 6. cap. 25.

Philippus Caesar, Christianis confitetur & stat inter poenitentes. Nam de criminibus eius apud omnes constabat. Item, in eodem libro cap. 34. de confessione publica Sidonij & Celerini confessorum. Item Qualis poenitendi confitendiq; modus apud ueteres fuerit, Euseb. Eccle. hist. lib. 5. cap. 28. de Natali.

August. lib. 10. Confessio.

Cap. 3.

Quid mihi ergo est cū hominibus ut audiant confessiones meas, quasi sanaturi sint oēs languores meos? Curiosum est genus ad cognoscendam uitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam. Quid à me querunt audire, qui sim, qui nolunt à te audire qui sint? Et unde sciunt cum à me ipso de me ipso audiunt, an uerum dicam: quandoquidem nemo scit homo quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Idem lib. 10. Confess. cap. 2. & 3.

Chrysostr. Homil. 31. in epist.

ad Hebr. capite 12.

Persuadeamus igitur nobis peccasse nos, nec hoc sola lingua pronunciet, sed etiam intima conscientia: nec tantum nos peccatores esse dicamus, sed etiā ipsa peccata

peccata specialiter singula computemus. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; ut te apud alios accuses, sed obedire te uolo Prophetæ dicenti: Reuela domino uiam tuam Psal. 36. Ante deum ergo tua confitere peccata, apud uerum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia. Et in Psal. Miserere, Homil. 2.

Basilii Magni in institutione religiosorum, in calce.

Elapsa iam die, & omni iam opere tam corporeo quam spiritali ad finem perducto, antequam quiescat, aut cubitum eat, quisq; propriam secum conscientiam examinet: deinde coram proximo accuset seipsum: si quid contra fas aut officium fecerit: si quam iniuriam intulerit: si cui exemplo non bono extiterit: si pigritia in oratione, in psalmodia defecerit: si per concupiscentiam à recta uia exciderit. Medicina una nobilis confessio fuerit, ac proximis palam ea facere, ut per communem eorum rationem huiusmodi uitia facilius curentur.

Chrysostr. de incomprehensibili dei natura. Homilia. 5.

Rogo & oro fratres charissimi, crebrius deo immortali confitemini, & enumeratis uestris delictis ueniam petatis, & numen propitiū. Non te in thea

trium

trum conseruorum tuorum dico, non hominibus peccata tua detegere cogor. Repete coram deo conscientiam tuam, te explica, ostende te medico præstantissimo tua uulnera, & pete ab eo medicamentum. Ostende ei qui nihil opprobrat, sed humanissime curet.

Idem de Lazaro, Confessio quarta.

Caue enim homini dixeris peccata tua, ne tibi opprobrat. Neque enim conseruo confiteris, ut in publicum proferat, sed ei qui dominus est, & qui tui curam gerit, ei qui humanus est, et qui medicus est, ostendis uulnera. Et paulo post: Deus uult te dicere, non ut puniaris, sed ut relaxeris, & ut iustificeris.

Hilarius in explanatione Psal.

lib. scilicet, Quid gloriatur in ma.

Impie & diffidentis de se conscientie est, timere sine gaudio & insolentis nature est, sine timore gaudere: Et paulo inferius. Stultitie atque impietatis extrema est, &c. Auxiliū meū à domino qui fecit, &c.

Richardus sancti Victoris

Tractatu de potestate ligandi

& soluendi, Cap. 7.

Sola cordis confessio poenitentem ad salutem anime

sufficit

sufficit ueraciter, cum articulus necessitatis oris confessionem, & sacerdotis absolutionem excludit. Unde recte dicimus, quod tunc dominus absoluit: sed quoniam oris confessio et sacerdotis absolutio à uerè poenitente exigitur, quando diuinitus ei in hoc ipsum facultas conceditur, recte quidem debite damnationis absolutio etiam sacerdoti ascribitur. Ecce habemus cur huiusmodi absolutionem tam domino, quam ministro ascribimus.

Gregorius Papa exponens secundum

Psalm. poenitentialem, qui est: Beati quorum, &c. super primo uersiculo sic inquit.

Si quis ergo peccata sua tecta esse desiderat, deo ea per uocem confessionis ostendat. In historia cui titulus est, Fasciculus temporum. Inter ea quæ constituit Gregorius primus, commemoratur & illud: ne sacerdos aliquo pacto prodat scelera confessorum. Verba sunt hæc: Ipse plura instituit, ut patet in Registro. In Canon. addidit. Dies quæ nostros in tua pace disponas. Deus in adiutorium, ante initia horarum dici iussit. Hic constituit quod confessor nec metu, nec signo, nec uerbo confessionem prodat. Autor est apud quosdam humilis, uerum apud eos humilis non est, quibuscumque agitur.

Gregorius primus.

Hilarius in octenarium \square

Psal. 119.

Vera peccati confessio est, sine intermissione temporis poenitere. Et in Psal. 133. supputatione uulgaris
 Confitendum semper est, non quod peccandum semper sit, ut semper sit confitendum, sed quia peccati ueteris & antiqui utilis sit indefessa confessio. Quamquam ut nostra caro comparata est, quotidie accidit, quod confitearis, ut non solum peccatum antiquum & uetus, ut Hilarius inquit, confitendum tibi maneat, si iam ut idem ait: peccati confessio, est desinendi professio, & Christiani sit, hoc continuo meditari, & moliri: facile quibus uidet, quam sit prosperum, certo tantum tempore remedium petere, cum mors identidem, & incertis interuallis impetat & desuiat.

Ioannes Chrysof. de confessione operis sui parte prima, super Psal. 50.

qui est: Miserere mei. Hom. 2.

Peccata autem tua dicito ut deleas illa, si confundere alicui dicere, quia peccasti: dicito ea quotidie in anima tua. Non dico ut confitearis conseruo tuo,

Quomodo & exprobrat: dicito deo, qui curat ea. Hæc enim si confitendum non dixeris ignorat ea deus. Nunquid a te uult ea cognoscere? Cum faciebas ea preesto erat: cum admitteres,

terres, nouerat. Peccare non erubuisti, & confiteri erubescis? dicito in hac uita, ut in illa requie habeas, etc. Item, uide Chrysof. super Mattheum, Homilia. 32. iuxta finem. Noli ergo cogitare quod non redibit uir quam domum tuam filius, & c. Et ad Hebr. cap. 12. Homilia 31.

Ambrosius Sermo. 3. in Psal.

Beati immaculati.

Vade ostende te sacerdoti, & c. Quis est uerus sacerdos, nisi ille qui sacerdos est in eternum, & c. Idem cum fuerit Latinus, tamen idem sentire uidetur quod Chrysof. quamquam Græcus fuerit, tamen orthodoxus & orthodoxe ecclesie episcopus, inter diuos numeratur. In Sermone Ambrosij, inquam, de poenitentia Petri qui numeratur 46. cuius phrasis est huiusmodi, ut ambigi non possit quin sit Ambrosij, inter multa dicit in hunc modum: Ergo Petrus prorupit ad lachrymas, & in fine, profuit quod emendauit, & c.

Nec dissonant ab his que scribit in Lucam, lib. 7. capite 66. enerrans euangelij locum: Pater peccaui in cælum & coram te. Hæc, inquit, est prima confessio apud autorem nature, præfulem misericordie arbitrum culpe. Sed etsi deus nouit omnia; uocem tue confessionis expectat. Ore autem confessio fit ad

salutem, quia alleuiat pondus erroris, quisquis ipsa onerat, & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem praeuenit confitendo. Iustus enim in primordijs sermonis accusator est sui. Atque ne quò possit tergiversari Ambrosium hic agere de confessione oris, qua prodimus sacerdoti secreta nostra, protinus subiicit: Frustra autem uelis occultare, quem nihil fallas, & sine periculo prodas, quod scias esse iam cognitum. Confiteri magis, ut interueniat pro te Christus, quem aduocatum habemus apud patrem. Roget pro te ecclesia, & illachrymet populus.

Ne citem interim Basilium, aliosque ueteres, qui cum toties loquantur de ieiunio, de poenitentia, de lachrymis, de deprecationibus: qui tamen non mernerunt huius confessionis, neque declarant eam esse necessariam.

Origenes super Leuit.

Homilia 2. cap. 2. commemoratis septem modis, quibus abluuntur admissa: octauo demum loco ponit confessionem, qua non erubescamus, & sacerdoti detegere mala nostra, nec ita recuset hunc, ut uelut huic ceu capiti ceteros subesse ueluti membra. Sed ut sit una ratio à ceteris distincta. Primam facit baptismum: secundum martyrium: tertiam elemosinam

quartam

quartam ignoscendam mutuan, qua condonamus ijs qui nos leserunt: quintam, officium quo peccatorem conuertimus ad bonam mentem: sextam, uehementem in deum ac proximum charitatem, quae operit multitudinem peccatorum: septimam, lachrymas, ieiunia, reliquosque labores poenitentiae: octauam, uelut huius partem, cum quis non erubescit confiteri sua scelera sacerdoti. Ex hoc loco potissimum haussisse uidetur Casianus sermonem quem tribuit Abbatibus Pynusio libello de fine poenitentiae cap. 8. Sic enim commemorat diuersa remedia, quibus aboletur peccatum, ut confessionem unam quanquam è multis esse uelit. Inter cetera inquit, Quis est qui non possit suppliciter dicere: Peccatum meum cognitum tibi feci, & iniusticiam meam non operiri, ut per hanc confessionem etiam illud confidenter subiungere mereatur. Et tu remisisti impietatem cordis mei. Quod si uerecundia retrahente reuelare ea coram hominibus erubescis? illi quem latere non possunt, confiteri ea iungi supplicatione non desinas, ac dicere: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & mala coram te feci, qui absque ullius uerecundiae publicatione curre, & sine improprio peccata donare consueuit.

Casianus
Sermon. ad
Pynusium
abbatē lib.
de fine poe-
nitentiae
cap. 8

Post illud quoq; tam promptum certumq; subsidium aliud quoq; adhuc facilius largita est nobis diuina dignatio, ipsamq; remedij opem nostro commisit arbitrio, ut indulgentiam peccatorum nostrorum pro nostro presumamus affectu, dicentes ei: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hactenus Casiani uerba.

Item testantur & ueteres Scriptores enumerationem non esse necessariam. Nam in Decretis citatur Chrysostomus, Et Glossa de Poenitentia, Dist. 5 can. Confœderet. Deniq; cōsule collectanea Bedæ super illud Pauli ad Colos. 3. Supportantes inuicem. Et allegatur ex Tractatu 58. Augustini super Ioan. in nostris codicibus tamen non reperitur.

PECCATA DIMITTERE

solius Dei est.

Theophylactus in Ioan.

Cap. 8.

Remittere enim peccata solius dei est. Ideo dicit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, & uos igitur serui estis, quia peccatores. Insuper quia uerisimile erat illos dicere, quamuis tali seruituti obnoxii sumus, sed sacrificia habemus, sed sacerdotes, qui

tes, qui purgabit nos à peccatis, dicit quod & illi serui sint: Omnes enim peccauerunt et indigēt gloria dei: Sacerdotes Et sacerdotes uestri, quum & ipsi serui sint non habent potestatem alijs dimittendi peccata, quod & ipsa remittere Paulus manifestius dicit: Opus habet sacerdos pro seipso offerre, sicut etiam pro populo, quia & ipsi in firmitati obnoxii sunt: Seruus, inquit, non manet in domo, hoc est, nō habet potestatem expendendi, eod quod non sit paterfamiliās, hoc est, dominus domus: filius autem dominus domus est, & manet in domo. Domum autem dicit potestatem sicut & alio loco principatū ita nominat: In domo (dicens) patris mei mansiones multæ sunt. Igitur uestri quidem sacerdotes cū serui sint, potestatem non habent remittendi peccata. At filius ego manens in domo, hoc est, potestatem & principali autoritate, quum sim dominus domus libertatem uobis commendo. Omnia enim mea sunt, & æqualis potentie & potestatis cum patre sum: etsi ego liberos uos reddidero, tunc uera libertate redimimini &c.

Augustinus in epistolam beati

Ioannis, Tractatu 2.

Sed per cuius nomē remittuntur peccata? Nunquid Augustini? Ergo nec per nomē Donati. Videtis quis

u s Augu=

Per nomen dei remittitur peccata August. aut quis Donatus? Nec per nomen Pauli, nec per nomen Petri. Et infra: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?

Quid dicit? Nolo mei sitis, sed mecum sitis. Mecum estote, omnes illius sumus, qui pro nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est.

August. in Sermone de Remissione peccatorum, 1. Qu. est. 1. Can.

Vt euidenter.

Vt euidenter ostenderet dominus à spiritu sancto, quem donauit fidelibus suis dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait: Accipite spiritum sanctum. Et continuo subiicit: Si cui dimiseritis peccata remittuntur ei, hoc est, spiritus sanctus dimittit, non uos. Ex hoc loco clarum & apertum est, non meritis hominum (attestante etiam hoc Canone.) sed uirtute spiritus sancti peccata remitti. Et de Consecrat. Dist. 4. Can. Nemo.

Augustinus contra epistolam Parmeniani lib. 2 cap. 11.

Peccatorum remissionem uel retentionem fieri per Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hoc cum dixisset, insufflauit & dixit: Accipite spiritum sanctum, si cui dimiseritis peccata, dimittentur: & si cui retinueritis, retinebuntur. Contra nos esset, ut cogemur

remur fateri ab hominibus, hoc non per homines fieri, si posteaquam dixit: Et ego mitto uos, subiecisset continuo: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur: & si cui tenueritis, tenebuntur. Cum uero interpositum est. Hoc cum dixisset, insufflauit, & ait illis: Accipite spiritum sanctum: & deinde illatum, per eos uel remissionem uel retentionem fieri peccatorum. Satis ostenditur, non ipsos id agere, sed per eos utique spiritum sanctum, sicut alio loco dicitur: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus qui in uobis est.

Paschasius Papa de Consecrat. 1.

Dist. 2. Can. Iteratur.

Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus in carne, per unam eandemque mortis passionem semel saluauerit mundum.

Leo Papa 1. Quæst. 1. Gratia.

Gratia si non gratis datur uel accipitur, gratia non est, &c. Sed maior gratia non est nisi remissio peccatorum, quæ sola diuina gratia & largitate remittitur.

Idem in lib. de Lib. arbit. de Consecrat. Dist. 4. Can. Gratia.

Gratia quæ per Christum datur, non solum peccatorum

*Fides, uer-
cultius diui-
nu.*

torum remissionem facit, sed etiam ut lex impleatur, ut naturaliberetur, nec peccatum dominetur, spiritus & gratia dat fidem: quæ etiam non petita à Deo conceditur, ut homini petenti, & alia concedantur. Nam fides non est liberi arbitrij tantum, sed donum Dei.

Idem contra Iulianum lib. 2. eadem

Distinct. Can. Nemo.

Nemo tollit peccata mundi, nisi solus Christus qui est agnus tollens peccata mundi: tollit autem & dimit- tendo quæ facta sunt: (ubi originale continetur) & adiuuando ne fiant, & perducendo ad uitam ubi fieri omnino non possunt.

Augustinus ad Macedonianum

de Pœnit. Dist. 3 Can. Quamuis. Para.

Hac autoritate.

Hac autoritate & illud Ambrosij determinatur. & iterum: Peccatori per primam pœnitentiam ueniam dari monstratur: alioquin nequaquam iterum parceret deus, qui necdum pepercisset satisfactio pœnitentiæ: & uade & amplius noli peccare, &c.

Qua de re omnis alia satisfactio pro peccatis infrugifera est, contraque ius diuinum æque humanum siue Pontificum, præsertim quando multæ pecuniariæ

causa

*Abolitio
peccati p
Christum.*

causa hæc fit uti cum illis indulgentijs factitatum est. Contra pecuniariam prohibet, neque à religiosis, neque à secularibus accipiendam. Extra de pœnis cap. Licet.

Cyrillus in Euang. Ioan.

Lib. cap. 11.

Viuificare interius peccatorum solius dei munus est, qui per prophetam dicit: Ego sum qui deleo iniquitates uestras. Idem in Ioan. Euang. cap. 20. lib. 12. cap. 56. Certè solius uerè Dei est, ut possit à peccatis homines soluere. Cui enim alij præuicariotes legis liberare à peccato licet, nisi legis ipsius autori? Et sequitur: Nam quum ipsi remittunt ac detinent, spiritus qui habitat in eis, per eos remittit & detinet.

Augustinus in Sententijs ex

illo decerptis.

Sicut quidam parentes aggrauant originale peccatum, ita quidam reuelant, sed nullus tollit, nisi ille, de quo dictum est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, cui nullum bonum hominis impossibile, nullum malum insanabile.

Theophyl. in Lucam cap. 1.

Nō enim aliter Christus agnitus fuisset esse deus, nisi res

nisi remisisset peccata populo: Dei enim est remittere peccata. Non enim propter opera nostra, nihil enim facimus boni, sed ille uisitauit nos ex alto, qui oriens dicitur. Et in Marcum cap. 2. dicit quod solius sit dei peccata remittere.

Cyprianus in Sermone 5.

de Lapsis.

Solus dominus misereri potest, et dare ueniam peccatis quae in ipsum commissae sunt, solus potest ille largiri, qui peccata nostra portauit, qui pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. Homo deo esse non potest maior, nec remittere aut donare indulgentia sua seruis potest, quod in dominum delicto grauiore commissum est, ne adhuc lapsus et hoc accedat ad crimen, si nesciat esse praedictum: Maledictus homo qui spem habet in homine. Idem in epistola 6. ad Magnum, cui astipulatur Cyrillus in eiusdem loci expositione. Item Hilarius in Matth. Ca. 9. Vide in Titulo: Omnes Christiani habent eandem potestatem in uerbo, et quocumque Sacramento.

Ambrosius super Corin. 2.

Capite 12.

Peccata autem dimittere, et spiritum sanctum dare solius dei est. Si ergo effectum salutis deus dedit, nulla

nulla gloria in hac re hominis est. Idem ait: Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex: sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullum potestatis iura exercet. Idem ait. Ille solus peccata dimittit, qui solus de peccatis nostris mortuus est.

Aug. ad Laurentium Enchirid.

Cap. 83.

Qui uero in ecclesia remitti peccata non credens, contemnat tantam diuini muneris largitatem, et in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit.

Contra Iudaeos, Paganos &

Arrianos. Cap. 19.

Donum spiritus sancti agnoscimus esse remissionem peccatorum omnium, suffragante nobis ipsa ueritate, quae post resurrectionem suam, ait discipulis suis: Accipite spiritum sanctum, si cui remisseritis peccata remittuntur illi.

Lib. 1. De doctrina Christiana

Cap. 18.

Hae igitur clauis dedit CHRISTVS Ecclesiae suae, ut quae solueret in terra, soluta essent in caelo,

in caelo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata nō crederet, seq; ab his correctus auerteret, in eiusdem ecclesie gremio constitutus, eadē fide atq; correctione sanaretur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata, fit deterior desperādo quasi nihil illi melius quā malum esse remaneat ubi de fructu suae conuersionis inuidus est.

Chrysoſtomus in cap. Matth. 5.

Homilia 15.

Liberare quippe à putredine peccatorum, Christi profecto uirtutis est, ut autem non ad illa iterum reuertatur, apostolorū cura est ac laboris. Et in Ca. 8 Mat. ho. 55 Homilia 53. Seruitus peccati est grauisſima, à qua solus deus liberare potest. Dimittendi peccati potestatem nemo habet præter deum. Item uide Chrysoſt. in epist. Corint. 1 cap. 15. quog; ait: Dei solius esse peccata dimittere.

Iyſichius in Leuit. lib. 1.

Cap. 4.

Homo homo Rogabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei &c. mini peccata Neq; enim inquit, idonei sumus peccata nobismetipsa non reſis dimittere: Christus autem nobis propitiationem mittit. perficit, unde & eius uoce sacerdotes in ecclesiam, utpote eius officium subeuntes, ordinati sunt, quibus in per-

in persona Apostolorum dixit: Quorum remiseritis &c. Idem in Leuit. libro 1. cap. 5. Solius est enim dei ignoscere, etiam ea quorum impossibilis uidetur remissio.

DE ABSOLVTIONE.

Augustinus in Ioan.

Tracta. 8.

Vnde est ista tāta uirtus aquae, ut corpus tagat, et cor abluat, nisi faciēte uerbo: nō quia fit, sed est efficacis, quia creditur. Itē, Hom. 2. 3. Quod si in malū Euāgeliſtam quis inciderit, securus sit ab eo, qui dixit: Fides à quocunq; tuate saluū fecit. Adhæc Psal. 77. Nolite uobis uoca re patrem in terris. Dictum est, non ut tolleretur nomen honoris, sed ut sciretur ne gratia de qua in aeternam uitā regeneramur, naturae, uel potestati, uel sanctitati hominis tribueretur.

Ex hijs uerbis manifestum est nihil deferendum uel naturae, uel potestati, uel sanctitati cuiusuis hominis, in sacramentorū perceptione, quam sententiā & Hieronymus in Commentarijs in Matth. cap. 16. ap= probat. Intelligite hæc insipientes in populo, & stulti aliquando &c.

x SACER=

SACERDOS QUILIBET
à culpa & poena absoluedi pote-
statem habet.

Cyprianus Cornelio Papæ
Epistola tertia.

Cyprianus uult ut unusquisq; poeniteat in sua diocesi, qui sic ait: Nam cum statutū sit omni- bus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, ac unius cuiusq; causa illic audiatur ubi est crimen admissum et singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quæ regat unusquisq; & gubernet, rationem sui actus do- mino redditurus. Oportet utiq; eos, quibus præsu- mus non circumcursare, nec episcoporum concordiam coherentē subdola et fallaci temeritate collidere. Sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint. Loquitur enim de his qui in Africa peccauerant, & ad Rom. Pontificem concurrebant.

Ex quo liquet usus primitiue Ecclesiæ de ligandis & soluendis peccatoribus. Neq; quicquam scrip- turæ tribuit episcopis, quod ipsum sacerdotibus non detulerit, cum idem sit episcopus & presbyter: nam Apostolus ut Lucas ait: missis Ephesum nuncijs, accersit

accersit presbyteros Ecclesiæ, qui & Tito præcipit ut oppidatim episcopos cõstituatur, quos nunc episcopos nunc presbyteros uocat. Nullos alios ut patet 1. ad Timotheum 3. & ad Philipenses primo noscens in Ecclesia Dei ministros, quam episcopos seu presbyteros, & diaconos: ubi insinuat omnes in domo Dei clericos, aut episcoporum aut diaconorum functiones peragere.

Confirmatur hoc etiam per D. Hieronymum & alios patres, quod omnes presbyteri sunt episcopi, ceteri autem diaconi: quare & parrochi quibus uerbi Christi prædicatio demãdata est ueri episcopi, reliqui uero ministri: qui alia in ecclesia munia obeunt, sunt diaconi. Quænam admodum uetus lex pontifices habuit Aaronem, eiusq; filios leuitas, & ministros ceteros. Itaq; cum omnis (Paulo adserente) presbyter sit episcopus, & delinquentes oēs, iuxta Cyprianum præceptum in delicti loco, eiusq; præside absolui debent: consequitur nullum sacris iniciatum, alium in absolutionis prærogatiua præcellere. Nam dicant nonnulli qua lege diuina aut autoritate habent dissimilitudine potestatis statuere, & hic reseruare (ut uocant) casus habeat, quod isti nõ liceat, cum contrarium. S.

Cyprianus uelit obseruari. Nemo interim ordinem in ministerio Euangelij conturbet, quē dominus obseruari uult.

Paulus apostolus æquales habere uoluit sacerdotes, cum dicit: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: quippe cui nō erat obscurū, non defuturos, qui plus aliquid de Paulō sentirent, quod non haberet cum alijs cōmune. Dicit ergo omnes habendos ut ministros & dispensatores ex æquo, nō ut nouarum rerum conditores: quare alio loco uetuit suis ne in clero dominarentur. An nō dominarentur in clero, qui suā administrationem altius efferunt, aliorū humi deprimunt, idq; mero spiritū ambitionis? Deinde Paulus, qui uerū egit (si quis alius) pontificē, confitetur Corinthijs se nō dominari in fidei nomine, sed adiutorē solum esse gaudij, quod fide starent. Qui & alibi: Non nos ipsos predicamus (inquit) sed Christum Iesum, &c.

PRO ABSOLVTIONE NON
licet aliquid accipere.

Ex sexto Synodo. i. Quæst. i.

Can. Nullus epif.

Nullus episcopus aut presbyter aut diaconus, qui
sacram

sacram dispensat communionē, à percipiente gratiam A percipiē
communione aliquid precii exigat: neq; enim uendi te gratiā cō
tur gratia, neq; pro precio gratiā spiritus sancti da= munionis
mus: sed dignis numeribus sine defraudatione partici= precii exi=
pare cōcedimus. Si quis uerō eorum qui cōnumeran= gi nō debet.
tur clero ab eo cui sacram cōmunionem dispensat: ali
quod precii exegerit, deponatur, sicut imitator Simo
niacæ fraudis.

SATISFACTIO EVANGE=
lica quæ sit.

PEccata multorū &c. per totū ca= Esaiæ 53.
put. Et uocabitur nomen eius le Mat. i.
fus hic saluum faciet populum suū à
peccatis eorum.

Annunciō uobis gaudium magnū, Luca 2.
quā natus est uobis hodie saluator,
qui est Christus dominus, in ciuitate
Dauid. Psalm. 55

Pro nihilo saluos illos faciet.
Iustificati gratis per illius gratiā, per Rom. 3
redemptionē quæ est in Christo Iesu
quem proposuit Deus.

Gratia uobis & pax à deo patre, qui Galat. 2
x 3 dedit

dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos a presenti seculo malo. Ephe. 2. Philippen. 3.

Coll. 1 Per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, & .1. Thessa. 5

1. Pet. 3. 4 Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis.

Psal. 15 Bonorum nostrorum non eget Dominus.

Augustinus in cap. Satisfactionis.

Satisfactio uera quae. Satisfactio, inquit, poenitentiae, est peccatorum causas excidere, & de cetero eis aditum non indulgere. Haec una est satisfactio, quam & Christus exegit, ut scilicet amplius non peccemus, dicens adulterae: Vade, & amplius non peccare, crucem carnis mortificandae ei imponens. Qui ergo amplius non peccat, excidit causas peccatorum, crucem post Christum baiulans, propriaque membra mortificans, & proinde satisfacit. Quid hic possunt indulgentiae? quid oblationes? quid pecuniae? Si non possunt causas peccatorum excidere: si non possunt carnem mortificare: si non possunt augmentum gratiae dare? Nisi, inquit, dominus con-

uersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum caelorum. Num indulgentiae possunt hominum corda naturaliter elata flectere?

Hieronymus in Mat. 16.

De hac memorat satisfactio. Qui deponit ueterem hominem cum actibus suis, denegat semetipsum, dicens: Vivo iam non ego, uiuit in me Christus, tollitque crucem suam & mundo crucifigitur. Qui autem mundo crucifixus est, hic sequitur dominum crucifixum. Haec, inquam est satisfactio euangelica, expoliatio ueteris hominis, & mortificatio membrorum quae sunt super terram. Quam passim iniunxit saluator: Vade amplius noli peccare. Ille non peccat amplius & non efficitur reprobus qui corpus suum redigit quantum potest in seruitutem. Interea autem fateor longam aliam esse rationem de crimini poenitentiae & satisfactione, de qua Ecclesia quando laesionem accepit & offensa est, publice suum iudicium interponit, indicens satisfactionem publicam et grauiorem, ut innotescat omnibus uere poenitere, qui prompto animo suscipiant quicquid Ecclesia decreuerit. Ita in primitiua ecclesia absolutio posterior erat satisfactio, ut indicat historia Tripartita, de quo supra de Confessione auriculari ostensum est.

Historia
Tripart.

Hilarius in Psal. 142.

Et cōpetens illa humana uerecundia p̄fessio est, at quod per spiritum dei in terrā rectam deducēdus sit, id non meriti sui esse arroget, neq; per satisfactionē pij obsequij id sibi postulet, sed totum hoc clarificandū in se dei nomen expectet, ut propter honorē dei nominis, in terra recta esse statuatur, &c. Vide in Titulo infra de Merito.

POENA ET CVLPA SIMVL

fniuntur.

Hieronymus ad Rusticum.

Couertimini & redite ab iniquitatibus uestris domus Israël, & nō erunt uobis in tormentū impietatis: proijcite iniquitates uestras, quibus impie egistis aduersus me, & facite uobis cor nouū. Et quare moriemini domus Israël? Nolo enim mortem peccatoris, nisi ut conuertatur à uia mala. Et uidetur una sententia Ezechielis cap. 18. Cum conuersi fueritis ab iniquitatibus uestris. Et Hieronymus: Non erūt uobis in tormentū impietates. Quomodo ergo finita culpa, non finietur poena? id quoq; esse uerum patet apud Lucam, de filio prodigo, qui post obscenissimā uitam, nihil poenarum perferens, à patre deniq; acceptus est.

Gerfon

Gerfon

Quoq; affirmat hanc sententiam, quod in iustificatione impij naturaliter prius gratia infunditur, & culpa dimittitur: & quod prius reatus dimittitur, quam culpa. Ratio primi, quia non tollitur priuatio nisi constitutione habitus. Secundi ratio quia lex non mulctat, nisi praeuaricationem: praeuaricatione igitur cessante, cessabit mulctā. Post ergo culpam dimissam, nullus restat reatus: Reatus enim culpam seu praeuaricationem habet pro causa totali. Itaq; poena cum suo peccato remissio remittitur, neq; ullus prorsus à peccato minimus obligatur ad poenam. At quod purgatio indicitur, est propter gratiam imperfectā, cum qua uenialia quaedam remanent. Et sicut illa nō ad mortē fiunt, sic illorum poena sola temporalis est.

De mortificatione operum carnis, quam iugiter tenemur in corpore nostro ferre, supra fusius explicatum. Nam Titulus non de ea poena loquitur, sed pretendit eam poenam, quam decretales Papisticae referunt, ut inde nundinentur indulgentijs, & alijs operibus remissionum.

x s

POENA

330 POENA QVA DEVS VULT

peccatum punire, per hominem
auferre non potest.

1. Reg. 16.

In libro Regū uideri licet, Samue-
lem non potuisse auferre Sauli pœ-
nam à domino impositam, cum dicit
dominus: Vsq; quò tu luges Saul, cū
ego proiecerim eum?

2. Reg. 12.

Nathan non potuit deprecari pœ-
nam, quæ Dauid impendebat.

Hieronymus in Da-
nielem. 4.

Daniel prescius futurorum de sententia dei dubi-
tat, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatori-
bus indulgentiam pollicentur. Idem Hierony. scriptū
reliquit super uerba: Tu es Petrus. Vbi dicit: Hic
& episcopi et sacerdotes nō intelligentes istum locū,
&c. Cum autem apud deum non sententia sacerdo-
tum, sed reorum uita queratur, prout in ueteri lege
de leprosis scribitur. Vide suprā, de Confessione auri-
culari reperies locum integrum.

Cyprianus lib. de Lapsis.

Nec remittere aut donare indulgentia sua seruus
potest.

CHRIST. SACRIFICIA. 331

potest, quod in dominum delicto grauiore cōmissum
est, ne adhuc lapsus, & hoc accedat ad crimen, si ne-
sciat esse prædicitū: Maledictus qui ponit spem suam
in hominem,

CHRISTIANORVM SACRI-
ficia uera quæ.

Præbeatis corpora uestra hostiā Rom. 12.
uiuentem, sanctam, acceptā deo,
rationalem cultum uestrum.

Sacerdotium sanctum ad offeren- 1. Petri 2.
dum spirituales hostias, acceptabiles
domino per Iesum Christum.

Sacrificium deo spiritus contribu- Psal. 50.
latus, cor contritum & humiliatum
deus non despiciet.

Omnem aufer iniquitatem, & acci- Osee. 14.
pe bonū, & reddemus uitulos labio-
rum nostrorum.

In omni loco sacrificatur & offer-
tur nomini meo oblatio mūda, id est
uitulos labiorum nostrorum, ut Ose-
as scribit. Sic hic Malach. mundā ob-
lationem appellat.

Sacrificium

Psal. 49. Sacrificium laudis honorifica-
bit me, & quo ostendam illi saluta-
re dei.

Mich. 6. Quid dignum offeram domino?
curuabo genu deo excelso? facere iu-
diciū & diligere misericordiam.

Malach. 3. Erunt domino offerentes sacrifi-
cia in iusticia, & placebit domino sa-
crificium Iuda, Esa. 1. Eccles. 34. Pro-
Psal. 115. 31. *Psal. 4.* 39. *Hiere. 6.*

Mat. 12. Tibi sacrificabo hostiam laudis, et
nomen domini inuocabo.

Diligere proximum suum ut seip-
sum, plus est quam uniuersa holocau-
stomata & uictimæ.

Psal. 49. Immola deo sacrificium laudis, &
redde altissimo uota tua.

Eccles. 36. Sacrificium salutare, est attendere
mandatis, & discedere ab omni ini-
quitate.

Chrysostomus in cap. ad He-
br. e. 13. Homilia 23.

Per eum, inquit, offerimus sacrificium laudis per-
petuum deo, hoc est, fructum laborum conscientium
inquit,

inquit, nomini eius. Idem in cap. Gene. 35. Homil. 60
uocat sacrificium Christianorum mortificatione car-
nis. Sacrificium laudis offerant Christiani in perpe-
tuum. Idem in cap. Gen. 8. Homilia 27.

Idem in cap. Gen. 1.

Homil. 9.

Hoc maximum, uidelicet gratiarum actio, sacri-
ficiū, hæc perfecta oblatio est, hoc fiducie nostræ ad
deum argumentum.

Augustinus de Ciuitate dei.

Summa hæc est horum prædictorum capitulum. So-
li deo nos seruitutem, quæ græcè λατρεία dicitur, de-
bemus. Huius enim templum singuli sumus, quia sin-
gulos inhabitare dignatur. Eius est altare cor nostrū
olim a pa-
tribus uo-
catum.
eius unigenito cum sacerdote placamur: ei cruentas
uictimas cædimus, quando usq; ad sanguinē pro eius
ueritate certamus: ei suauissimum adolemus incensum
cum in eius conspectu pio sanctoq; amore flagramus
ei dona eius in nobis, nosq; ipsos uouemus, & red-
demus ei beneficiorum eius, solennitatibus, festis, &
diebus statutis dicamus, sacramusq; memoriæ, ne uo-
lumine temporum ingrata obrepat obliuio: ei sacra-
mus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis, ig-
ne seruicæ charitatis. Neq; quisquam putet deum ul-
lare

la re nostra egere. Quia propheta dicit: Dixit domi-
no deus meus es tu, bonorum meorum non eges, imò
ne ipsa quidem hominis iusticia, deum egere creden-
dum est: quia uerus cultus homini prodest, non deo.
Neq; enim fonti se quisquam dixerit profuisse, si bi-
berit, aut luci, si uiderit. Hoc iterum in alio Psalmo
clarius dicitur: Si esuriero, non dicam tibi: meus est
enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid mandu-
cabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum po-
tabo? quasi dicat, utiq; si mihi necessaria essent, non
à te peterem, quæ habeo in potestate. Deinde subium-
gens, quid illa significet: Immola deo sacrificium lau-
dis, & redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die
tribulationis, & eripiam te, & magnificabis me.
Sed & homo deo consecratus ac deuotus, qui mundo
moritur, ut deo uiuat, sacrificium est. Ad quod ad-
hortans Paulus: Obsecro itaq; (inquit) fratres, per
misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, ho-
stiam uiuam, sanctam, deo placentem, rationabile ob-
sequium uestrum. Et iterum ad Hebræos: Beneficen-
tiæ (inquit) & communicationis esse nolite obliuis-
citalibus enim sacrificijs placatur deus. Constat ergo
& misericordiam ueram esse sacrificium. Vnde tan-
efficitur, ut tot ista redempta ciuitas, hoc est, congre-

gatio,

gatio, societasq; sanctorum, uniuersale sacrificium of-
feratur deo per sacerdotem magnum, qui etiam se-
ipsum obtulit in passione pro nobis (ut tanti capitis
corpus effemus) secundum formam serui. Hanc enim
obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator
est, in hac sacerdos, in hac sacrificiū est. Piissime scri-
psit de sacrificijs August. ad quem remitto lectorem
hæc summa tantum fuit.

Ambrosius in Apologia Dauid

dis cap. ultimo.

Ambrosius in huc Davidis uersum. Tunc accepta
bis sacrificium, & c. Iust & a Christus, est sacrificium
ergo Christi acceptabile futurum patri asserit. Hoc
est ergo, de quo et supra ait: Sacrificate sacrificiū ius-
ticiæ, & sperate in domino, hoc est, iusticia spiri-
tualis, oblatio & holocaustum feruentis deuotionis,
& infusionis spiritus sancti, quod dicit: Futurū cum
ad illud spirituale domini altare coeperint admoneri
animæ credentium, quæ renunciantes uoluptatibus,
atq; diuitijs, tanquam aratrum uisceribus suis ducāt
ut fructus possint ferre piæ culturæ, uti ita cum bene-
dixeris ecclesiam ex gentibus acquisitam, & spiritua-
le sacrificium coeperit frequentari, tunc & martyres
sancti, qui suum pro Christo corpus obtulerint ex-
arandum,

arandū, tanquā uituli sacris altaribus offerrentur.

Irenæus aduersus Hiere.

lib. 4. cap. 34.

Vult nos dominus adferre munus ad altare, frequenter sine intermissione. Est ergo altare in coelis, illuc enim preces nostræ, & oblationes nostræ diriguntur, & templum. Quemadmodum Ioannes in Apocalypsi ait: Et apertum est templum ac tabernaculum dei. Ecce enim (ait) tabernaculū dei, in quo habitabit cum hominibus.

Tertullianus aduersus Mar

tio. lib. 4.

Christiano Intellexerat Samarites ueram se deo omnipotentem orationem, gratiarum, scilicet actionem, apud uerum templum, & uerum pontificem eius Christum esse uera oblationem, & uerum pontificem eius Christum latio. facere. Idem ad Scapulā: Itaq; & sacrificamus pro salute Imperatoris, scilicet, deo nostro, & ipsius, sed quomodo præcepit deus, pura prece. Non enim eget Deus conditor uniuersitatis odoris, aut sanguinis alicuius, &c. Et in Apologet. aduersus Gentes, cap. 30. clariora his longe reperies.

Cyprianus sermo. 6. de

Oratione dominica.

Pacificos & concordēs atq; unanimes esse in do-

mo sua

mo sua deus præcipit, & quales non fecit natiuitate secūda, tales uult renatos perseuerare, ut qui filij dei esse cœpimus, in dei pace maneamus: & quibus spiritus unus est, unus sit animus & sensus. Sic nec Deus sacrificium recipit, dissidentem ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis precibus, & Deus possit esse pacatus. Sacrificium deo maius est pax nostra, & fraterna concordia, & de unitate patris, & filij, & spiritus sancti, plebs adunata. Neq; enim in sacrificijs, quæ Abel & Cain primi obtulerunt, munerā eorum deus, sed corda intuebatur, &c.

Lactantius de uero cultu lib. 2.

Instit. 6. cap. 1.

Nemo nunc ad id, quod est maximum, ut doceā, Innocentia quo ritu, quo uel sacrificio deum coli oporteat. Nihil sacrificium autem sancta, & singularis ista maiestas, aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam, quā si quis obtulerit deo, satis pie religioseq; litauit. Vide cap. 2 & 24. Instit. 25. pergit. Duo sunt quæ offerri debent, donum & sacrificium: donum in perpetuum, sacrificium ad tempus, & utrunq; deo incorporale offerendum est. Donum est integritas animi, sacrificiū laus & hymnus: si enim deus nō uidetur, ergo his rebus coli.

bus coli debet, quæ non uidentur. Nulla igitur religio est uera, nisi qui uirtute & iusticia constat.

Augustinus Sermone 130.

de Tempore.

Iudeis idèd præcepit deus relinquere uniuersam terram, et in uno loco offerre sacrificia, et uota reddere quoniã immunda erat tunc uniuersa terra fumo ararum, et nidore bustorum, ceterorumq; incoquinatorum eorum quæ de prophanis gentiliũ sacrilegijs inferebatur super eam. Nobis uerò iam quomodo Christus adueniens uniuersam terram expiauit, omnis locus creatorum susus est. Et idcirco Paulus hortatur, et præcipit sine intermissione orare ubiq; dicēs: Volo orare uos in omni loco leuantes manus sanctas: uides quomodo mundatus est orbis terrarum. Et idèd ubiq; sanctas manus leuare possumus, quoniam uniuersa terra sanctificata est, ut sanctus sit quæ illa, quæ in interioribus templi ueteris erat sancta sanctorum. Ibi namq; irrationabile animal offerebatur. Hic autem spiritalis oblatio est.

MISSA SACRIFICIUM NON

est, neq; opus bonum iustificans.

VNum est opus bonum, credere in Iesum Christum, Hocq; opus iustificat operantem.

Missæ

Missæ nusquam commemoratur inter opera bona, sed est sola commemoratio passionis Christi: Hoc quotiescunq; feceritis 1. Cor. 11. Multi saluantur qui non faciunt hoc opus, uel qui coenam domini nunquam participes sunt. Quomodo Christum offerre uolunt in Missa, qui cum semel passus et oblatus sit pro peccatis nostris, ultra non patietur.

Oblatus est ipse quia uoluit, & non Christus semel aperuit os suum: uerè languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Psal. 35. Acto. 8.

Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo. Christus pontifex futurorum bonorum, non per sanguinem hircorum & uitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.

Christus semel oblatus est, ad multorum exhaurienda peccata.

Omnis sacerdos assistit quotidie sacram peragens, & eadem sapius offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata, Hic uerò una

pro

340 MISSA SACRIF. NON EST
pro peccatis uictima oblata, perpetuo
federat dextram dei. Vbi multa de
blasphemia eorum qui rursus
sibi metipsis crucifigunt filium dei.

Rom. 6. Christus excitatus a mortuis, non
amplius moritur, mors illi ultra non
dominabitur. Nam quod mortuus
fuit peccato, mortuus fuit semel: quod
autem uiuit, uiuit deo.

Heb. 7. Non habet necessitatem quotidie
offerre: Hoc enim fecit semel seipsum
offerendo.

Ex his locis patet, solum Christum dici esse
uerum sacrificium, semel deo patri oblatum, et non
Missam, in qua non solum memoria habetur ueri illius
sacrificij, semel deo patri a Christo oblato. Præterea
Christus Matthæi uicesimo sexto. Marci 14. Lucæ
uicesimo secundo. 1. Corinthiorum. 11. iussit accipere,
edere, distribuere alijs commemorationem suam, nul-
lam speciem (quod uocant) subtrahens laicis, neque
distinctionem habens personarum, sed omnibus pro-
pinans, et porrigens. Iussit item manducare, non
sacrificare, &c.

Augustinus

NEQUE OPVS BON. IVST. 341

August. ad Bonifacium epi

stola 23. et super Psal. 20.

Certum habemus quia Christus resurgens ex mor-
tuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabi-
tur: tamen ne obliuiscamur quod semel factum est, in
memoria nostra omni anno fit, scilicet quoties Pa-
scha celebratur.

Ambrosius

In Christo semel oblata est hostia ad salutem potens.
Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus?
Et si quotidie offeramus, ad recordationem eius mor-
tis fit, et una est hostia, non multa. Sic etiam dicimus: ho-
die est resurrectio domini, id est, hodie euocamus ad
memoriam resurrectionem dominicam.

Cyprianus

Libro epistolarum suarum 20. epistola 3. ad Ceci-
lium. Passio domini, inquit, est sacrificium quod offe-
rimus, non aut Missa.

Isychius lib. 2.

Cap. 8.

Non unum nobis tantum peccatum, sed multa uni-
geniti sacrificio sunt donata, id est, totius generis hu-
mani remissio, uita in philosophia, et singularis ma-
steriorum noui Testamenti introductio.

2 3 Cyrillus

Cyrillus in euangel. Ioannis

lib. 5. cap. 17.

Hostia uni Si non superest (inquiunt) hostia placationis pro
ca & semel peccatis, in qua post agnitam ueritatem collapsi su=
oblata Christi mus, non est poenitentiae locus pro peccatis, qua pla=
stus neque ceter deus. Effet enim illa poenitentia ut hostia pro=
ultra offer picationis, quam Paulus non relinquit, uerum Pau=
tur. lus inibi non peccatorum secundam aut tertiam re=
missionem aufert (non enim ita est inimicus salutis
nostrae) sed hostiam qua est Christus, iterum in cruce
offerendam pro nobis negat. semel enim oblatu
est Christus, neq; amplius unquam offerendus: quan=
doquidem resurgens ex mortuis, iam non moritur,
mors illi ultra non dominabitur. Non enim dixit Pau
lus: Non est ultra poenitentia, neq; dixit non est ul=
tra remissio, sed hostia, inquit, ultra non est, hoc est,
cruce secunda ultra non est, hostiam quippe hanc uo=
cat: una nanque hostia perficit in perpetuum eos qui
sanctificantur.

Theophylactus ad

Hebr. 9.

Sic & Christus semel oblatu est, &c. A quo nam
ille oblatu? A se ipso, non ab alio quouis hominum.
Qui etsi Pontifex sit, hostia tamen ipsemet & obla=
tio.

tio. Et in Cap. 10. Nostrum uero, ut diximus unicum
est, & semel oblatum, & tum in hac uita, tum futur a
integrum manet & perfectius est. Nam & unus est
sanguis, & semel effusus, & unum est corpus, quam
uis fuerit pro multis oblatum non multa, & item una
est qua offertur hostia,

Ilychius in Leuit. lib. 6.

Cap. 21

Recte ergo hic magnus sacerdos, utpote qui se=
metipsum pro nobis hostiam, & oblationem dedit.
Appellat et eodem libro & cap. Christum caput no
strum, & perfectionem. Idem lib. primo capite 4. in
Leuiticum. Post hoc necessarie exponit Christi sacri
ficium, per quod nobis peccatorum remissio & redē
ptio concessa est.

Augustinus in lib. de Fide

ad Petrum Diaconum.

Ipse enim secundum apostolicam doctrinam ob=
tulit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam
deo in odorem suauitatis. Ipse uerus deus & ponti=
fex, qui pro nobis non in sanguine taurorum & hir=
corum, sed in sanguine suo semel introiuit in sancta
sacerdos, per quem reconciliati sumus, sacrificium
in quo reconciliati.

Theophylactus in Ioan.

Cap. 21.

Et intrauit in templum eicientes ementes & uenientes, ostendens ea quae patris sunt, & sua esse interim etiam honestatis templi curam habens, sed & traslationem sacrificiorum significans, eò quod eiciens boues & columbas praesignauit, non ultra opus sacrificio & immolatione, sed oratione: domus enim mea & c. remissionem non demerbitur, quia arietem offerre, id est, Christi sacrificium non potest.

Isychius lib. 2. in Leuit.

Cap. 8.

Similiter offert & offertur, unde & Daniel oblatus illum quidem uidet, non uidit autem qui eum obtulit: quia ipse erat qui semetipsum offerebat, & c. Idem in Leuit. lib. 5. cap.

Augustinus lib. 4. cap. 14.

de Trinitate.

August. clare monstrat, qd' quatuor considerantur in omni sacrificio: scilicet cui offertur, quid offertur, à quo offertur, & p quibus offertur, ostendedo, quod ista quatuor cõcurrant in Christo, qui unũ cum illo manebat, cui offerebat: & unũ in se faciebat pro quibus offerebat, & unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

Isychius

Isychius in Leuit. lib. 9.

Cap. 5.

Sed & illud ostenditur, atq; in his euidenter demonstratur, quia in unoquoque quidem peccato, pro remittendo eo egimus poenitentiam, quam non sumus idonei per nosmetipsos, sine Christi sacrificio cõsequi ueniam.

Hoc animaduertendum est, patres orthodoxos interdum ipsam memoriam sacrificij semel acti, appellare sacrificium, ad imitationem primarij illius, & unici, de qua re testantur Cyprianus. Chrysof. Chryostomus in epist. ad Hebr. *Memoria sacrificij semel acto sacrificij a patribus appellatur.*

Hom. 17 cap. 9.

Nonne per singulos dies offerimus quidem, sed ad recordationem facientes mortis eius. Et una est hæc hostia non multæ. Quomodo una est, & non multæ? Et quia semel oblata est illa, oblata est in sancta sanctorum: hoc autem sacrificium exemplar est illius, id ipsum semper offerimus. Nec nunc quidẽ alium agnũ crastina alium, sed semper id ipsum. Proinde unũ est hoc sacrificium, alioquin hac ratione: quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? Nequaquam, sed unus ubiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. Unũ corpus, sicut enim qui ubiq; offer-

y 5 tur

tur, unum corpus est, & non multa corpora, ita etiã
& unum sacrificiũ. Pontifex autē noster ille, qui ho-
stiam mundantē nos obtulit, ipsam offerimus & nũc,
quæ tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc au-
tem quod nos facimus, in cõmemorationem quidē fit
eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit in meã cõ-
memorationē. Non est aliud sacrificiũ, sicut Pontifex
sed id ipsum semper facimus: magis autem recorda-
tionem sacrificij operamur.

Cyrillus ad Reginas de

recta Fide.

Oblatio uni. Hoc enim fecit, quando seipsum semel obtulit alio
ca qua om= quin, & c. Lex enim constituit sacerdotes infirmita=
ria cõsum= tem habentes. Verbum autem iuramenti, quod post
manur. legem, filium in æternum perfectum, unica quidē ob=
latione, nempe ea, qua per proprium corpus consum-
mauit in æternum eos, qui sanctificantur dominus no=
ster Iesus Christus.

Cyprianus lib. 2. epist. 3.

Nos autē resurrectionē domini mane celebramus. Et
Passio cõ= quia passionis eius mentionē in sacrificijs omnibus fa-
memoratio cinus (passio est enim domini sacrificiũ quod offerri=
sacrificium mus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus.

vocat. Ecce non dicit corpus & sanguis, sed passio, ut infra
latius

latius ostēdemus. Scriptura inquit dicit: Quotiescũq;
ederitis panē istum, & calicem istũ biberitis, mortem
domini annuntiabitis quoad usq; ueniat. Vide ut inter-
pretetur quid dixerit passionem nihil nisi commemo-
rationē. Sequitur: Quotiescũq; ergo calicem in cõme-
morationē domini & passionis eius offerimus, id quã
cõstat dominum fecisse, faciamus. Vides autem quã
clare dicat cur Eucharistiam sacrificium appellitet, Comemora-
tio quid.
nimirũ ob passionem, in cuius cõmemorationem offe-
rat. At commemoratio quid aliud est quàm laus &
gratiarum actio. Laus autem sacrificium est.

Augustinus de Ciuitate dei,

Lib. 10 cap. 4.

Hoc est sacrificium Christianorum, multi unum patres Eu-
corpus sumus in Christo, quod etiã sacramento alta charistiã ob-
ris fidelibus noto, frequentat ecclesia, quod in ea ob- lationē uo=
latione, quam offert, ipsa offeratur. Hoc est, illi ipsi, cant.
qui offerunt, hoc ipsum sunt, quod offerunt unum
corpus Christi, una ecclesia, id est, ita offerunt, &
Deo signis istis consecrant. Item Tertullianus ad-
uersus Martionem. Super alienũ panem alij deo gra-
tiarum actionibus fungitur.

VNVM

unicum Veteres confissi sunt sacrificium, Iesum Christum.

Ignatius ad Magnesianos.

OMnes in unum conuenite simul ad orationē, una deprecatio sit communis, unus animus, una spes, dilectio immaculata in fide Iesu Christi, quā nihil aliud melius est. Omnes adunati ad templū dei cōcurrite, sicut ad unum altare, sicut ad unū Iesum Christum, pontificem unigeniti dei patris.

Cyprianus lib. 1. epist. 8.

Deus unus est, & Christus unus, & una ecclesia, & una cathedra super petram domini uoce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, pręter unum altare, & unum sacerdotium, nō potest.

Lactant. in 4. Institutionum de uera Sapientia, cap. 14.

Ecclesia templum dei est, cuius quidem templi & magni & æterni, quoniam Christus fabricator fuit, idē necesse est, ut habeat in eo sacerdotiū sempiternū. Nec potest nisi per eum, qui constituit templū ad adiuturum templi & conspectum dei perueniri.

Augustinus

Augustinus

Quædam ad hanc rem respicientia adfert, de Trinitate lib. 4. capite. 14. ab illo Lector petere potest: nam coherentia sunt quæ ibi per totum caput ostenduntur.

De Aris.

Ignatius ad Ephesios: Sic, inquit, qui non fuerit intra altare fraudabitur pane dei. Et aperius ad Tralilianos. Qui intra altare constitutus est, mundus est. Potius Paulus unde liquet alluisse ad illud Pauli: Nōne qui edunt linus in Galuictimas participes sacrarum sunt, atq; ita communionem intelligere & ecclesiā. Item cor purū esse aram dei, ut ex superioribus manifestū est: sic enim illi Priusci mensas suas aras nuncupauerunt, iuxta ritū patrum ueteris Instrumenti, quodq; ad eas fundebantur preces, imō & ipsa loca ubi orabatur tota, putamus altaria interdum appellata. Sacra autem sunt non resed significatione, quodq; sacra ibidem tractabantur. Mos qualis Mos fuit temporibus Apostolorū ut principio in congregatione Christianorum cōmunes preces effunderetur. Sic præcepit Apostolus fieri 1. ad Timotheum in celebrati cap. 2. Deinde legebantur prophete, & interpretatio nem habebant, quemadmodum apparet in Corinth. cap. 14. Postea dictæ iterum sunt preces, & rursum

habite admonitiones. Neq; pauperū fuit obliuio tā in cibo, quā cōsolationibus: colligebatur enim collectæ, ac subsidia more ab eodem Apostolo primum ostēso & inducto sicut testantur Acta, & ipsius quoq; epistole. Postremo gratiarū actiones dictæ Christo com-munitè, & fractus est in memoriam passionis panis dominicus, & calix gratiarum actionis distributus est. Nā instituta est cœna dominica in commemoratio-nem & annunciationem mortis Christi, non in sacri-ficiū. Missa imago sacrificij est, non ipsum sacri-ficiū, & signum est, non res ipsa. Signum autē esse, & non rē ipsam Augustinus & Chrysostomus ipsi probant. Item, de hoc ritu suprā adducto uide Eras. Roteroda. in suis Adnotat. in nouū Testam. Sic enim in Græcis codicibus constanter habere affirmat.

Primaria ecclesia quoque obseruauit hanc consue-tudinē usque ad Arcadij & Honorij Imperatorum tempora. De qua uide Cyprianum lib. 2. epist. 3. Su-pra sol. 83 reperies locum integrum.

Tertullianus in Apologetico

aduersus Gentes, Ca=
pite 2.

Plinius Secundus, cum prouinciam regeret, dam-natus quibusdam Christianis, quibusdam gradu pul-sis.

sis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cæ-tero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, ni-hil aliud de sacris eorū comperisse, quā cœtus an-telucanos ad canendum Christo & deo, & ad com-
parandam disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohiben-tes, &c. Hoc seculo floruerunt Ioannes apostolus, Ignatius, Polycarpus, & nō multo post Iustinus mar-tyr & Irenæus.

Cœtus ante
lucani.

Irenæus ad Victorem

Vrbis Romæ episcopum de Paschate autor est, Eucharistiā nihil aliud fuisse quā symbolon fœde-
ris, unitatis, et fidei & doctrine. Sic enim scribit apud
Eusebium. Deniq; & illi omnes ante Soterem præ-
sbyteri, qui ecclesiæ, cui tu nunc præes, sacerdo-
tium tenuerunt: Anicetum dico & Pium, Hygini-
unquē & Thelesthorum & Xystum, neque ipsi ita
tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant: & tamen
cum ipsi ita non obseruarent, pacem semper habue-
runt cum illis ecclesijs, neq; ipsi repulsi sunt, aut ue-
nientes ab illis patribus non sunt suscepti: imò po-
tius & omnes presbyteri qui fuerunt ante te, omni-
bus sem-

Eucharistiæ
quid signi.

bus semper qui ita non seruabant presbyteros ecclesiarum, eucharistiā sollemniter transmittabant. Hæc Irenæi sunt uelidelicet insignum concordie & unius fidei unde Irenæus sentit Orictis episcopos, hoc est, presbyteros, non fuisse hereticos iudicatos, ut pote quibus communionis symbolum sit transmissum.

Idem lib. 4. aduersus Hære-

ses, cap. 11. & 32.

Hic Christus noui Testamenti, nouam docuit oblationem, quā ecclesia ab Apostolis accipiens in uniuerso mundo offert Deo, de quo Malachias: Non est tui actio mihi uoluntas in uobis dicit dominus omnipotens, & uocat Irenæus Chri ab ortu solis usq; ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur sacrificium. nomen meo, & sacrificium purum: quoniam magnū est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Manifeste significans per hæc, quoniā prior quidem populus cessabit offerre deo, omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gentibus. Quoniam item nomen filij proprium patris est, & in deo omnipotente per Iesum Christū offert ecclesia, bene ait secundū utrūq; & in omni loco incensum offertur nomini meo & sacrificium

sacrificium purum: incensa autem Ioannes in Apocalypsi, orationes esse sanctorum. Hæc Irenæus.

Tertullianus lib. 4. aduersus Martionem.

Et in omni loco sacrificium mundum nomini meo offertur, scilicet, simplex oratio de conscientia pura. Et in Apologetico aduersus Gentes, capite tricesimo nono Christianorū disciplinam describens, aliud nihil exponit quā quod in Apostolorum traditione audiuius. Idem libro & eiusdem capite nono Christianos penitus abstinere ab omni sanguine. Ex adductis locis apparet nihil aliud sensisse de Eucharistia, quā quod Apostoli, quorum & ritum custodierunt, communionem, gratiarum actionem, orationem, &c.

Item, Vide Dionysium Alexandrinum apud Eusebium libro Ecclesiast. hist. 6 cap. 30. Eusebium in 9. cap. ultimo. Item Paulinum. Item hæc apostolica traditio ad seculum Augustini durauit. Sic enim lib. 1 de Ciuitate dei, capite. 29. & in 22. cap. 8. Profert prophetiam, communionem, orationem, & quod supra enarrauius.

354 CHRISTI MORS NON TAN-
tum pro originali, sed pro omnibus pec-
catis satisfecit.

2. Ioh. 2

Si quis peccauerit, aduocatum ha-
bemus apud patrem, Iesum Chri-
stum iustum. Et ipse est propitiatio
pro peccatis nostris: non pro nostris
autem tantum, sed etiam pro totius
mundi.

Rom. 5

Nam si unius delicti multi mor-
tui sunt, multo magis gratia dei, &
donum per gratiam quæ fuit unius
hominis Iesu Christi, in multos exu-
berauit.

Ibid.

Et non sicut per unum qui pecca-
uerat, uenerat mors, ita donum. Nam
condemnatio quidem ex uno deli-
cto ad condemnationem donum au-
tem ex multis delictis ad iustificatio-
nem, &c.

Ibid.

Ceterum lex obiter subiit, ut abun-
daret delictum: ubi uero exubera-
uit peccatum, ibi magis exuberauit
gratia.

Augu

MORS CHRISTI PRO PEC. 355
Augustinus ad Hilarium contra
Pelagianos, & Manichæos,
epistola 89.

Quid est enim ex uno delicto in condemnationem
nisi illo delicto quo deliquit Adas? Et quid est ex mul-
tis delictis in iustificationem? nisi quia Christi gratia
non solum illud delictum soluit, quo obstringuntur in-
fantes, ex illo uno habere homine procreati, sed etiam
multa delicta, quæ cum creuerint homines, addunt ma-
lis moribus.

Idem lib. ad Dardanum de presentia
Dei, cap. 12. & 13.

Vbi est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus
tuus? Quid est autem mortis aculeus nisi peccatum?
Propter quod, nunc etiam renati ex aqua & spiri-
tu, omnibusque peccatis siue originis ex Adam, in quo
omnes peccauerunt, siue factorum, dictorum cogita-
tionum nostrarum, in illius lauacri inundatione dele-
tis: tamen quia manemus in hac uita humana, quæ ten-
tatio est super terram, merito dicimus: Dimitte nobis
debita nostra. Tunc utique perficitur in re, ubi nunc
proficiendo ambulatur in spe.

z z DE

DE INSTITVTIONE
DE INTROITV.
Celestinus Pontifex Rom.

Introitum Ecclesie dedit cantandum. Autores sunt Guilelmus Durandus, Albertus item Magnus & qui hos sequuti sunt: nam missaticū negotium sic digērūt: ut primam partem Introitum scilicet Celestino adscribant. Porro cum Chryst. Homil. in Matth. 21. autor sit apud ueteres, imò & suo tempore fuisse usitatissimum integros in ecclesijs Psalmos canere, nemo est qui non uideat ab Asia Græciæq; ecclesijs ad Romanam, istum morē à Celestino primitus esse traductum. Vixit Celestinus, Anno. 426. Introitus autē nomen habet ab introeundo, quod Psalmi sub populi ingressu solerent cantari, donec cœtus propē essent collectus.

KYRIEELEISON.

Syluester Pontifex Rom.

Hymnum seu preces κύριε ἑλεησον addidit, & mirum cum apud omnes in confesso sit, quin & ipsa uerba precatōnis Græcica satis congruāt, Græcā esse institutionem, ideoq; ad Romanos à Græcis translātā.

Gloria

Gloria in excelsis.

Hymnum quem uocant Angelicum reducunt ad Pontificem Symachum, idq; fortassis non usque adeo male, si modo sciant Hilarium Pictauorum episcopi Angelicus non Symachū esse autorem. Nam cum impiū Arrii dogma per omnes pene & Oriētis & Occidentis ecclesias serpens, ab omnibus orthodoxis timeretur episcopis. Hilarium quod suæ consuleret Ecclesie, hymnū istū composuit in laudē Iesu Christi filij dei, quē interim Arriani blasphemabant, atq; suis tradidit in sacris publicis cantandum, quē deinde Symachus secutus, idem apud Romanos suos fecit. Vixit hic non ita multum ante Gelasij tempora.

Collectæ.

Collectarū siue Orationū autores faciunt Gelasium et Gregoriū Pontifices, sit sanē ita. At satis constat Collectā apud ueteres nomē à colligēdo habere, quod pauperibus elemosyna colligeretur in cœtu. De qua re Tertullianum in Apologetico uide.

Gradualia. Halleluia.

Gradualia, porro & Halleluia referunt ad Gelasium ac Gregoriū. Verū omnia ea quæ isti ignorarūt ungradualia de profecta sint, in istos duos aggeserunt Pōtices. Nam ipsum nomen Graduale totum aperit institu-

tionis mysterium. Siquidem nomen habet à gradibus. Ascendente enim in editorè locum episcopo, ut æque docens, ab omnibus & audiretur & conspiceretur. Populus interea diuinum implorabat auxilium, quò ille uiuidius Christum prædicaret, ipsi uerò non sine fructu audirent.

Halleluia.

De cantione Halleluia apud D. Hieronymũ legimus in epitaphio Fabiolæ. Vetustius itaq; institutum quàm quod Gelasios aut Gregorios seruat autores.

Tractatus.

De Tractatu quandoquidè nouum institutum est nihil certi putant nonnulli posse pronunciarì. Sed uidetur à scripturarũ tractatione, cuius meminit Ambrosius nomen habere. Sed iam & id ut plerq; alia solum in insanum uersa sunt clamorem.

Sequentia.

De Sequëtia ad hunc modũ scripsit Albertus Magnus. Hæc nõ est generalis, nec ab antiquo habita in usu Ecclesiæ, sed primus qui hoc diuino officio adpõsuit Nothgerus fuit abbas sancti Galli, qui etiã omnes abbas sancti frè antiquas Sequentias fecit: sed ad imitationè eius Galli cõpo quædã de posteris dictamina Sequentiarũ in suis Ecclesijs inuenerunt & adposuerunt, sicut adhuc faciunt multi. Hæc ille. Sed & sanctus Victor plerq; conscripsit.

Epistola

Epistolæ & Euangelia.

De Euangelij lectione Epistolarũ item, sunt qui dicant diui Hieronymi esse inuentum, quod primo Ecclesijs cõmendauit per Damasum. Sunt rursus qui Euangelij lectionem à Thelephero Pontifice ducant qui uixit Anno. 135. Damasus 360. Ceterũ cum ipse Hieronymus testetur in Apologia aduersus Vigilantium, quod lectio Euangelij non sine ceremonijs etiã celeberrima fuerit apud Asiæ ecclesijs. Adparet esse figmentum, nimirum hinc ortum, quod Hieronymus ad preces Damasi, quemadmodum ipse testatur nouum Testamentum è Græco transtulit in Latinum, id quod postea Damasus ecclesiæ fertur commendasse Romanæ. De hac re Albertus quoq; & autor, De ueteri & nouo Deo. Sed paucis quid hac de re sentiendum explicabimus.

In ipso Ecclesiæ exortu multi ex synagoga Iudeorum conuertebantur ad Christũ, hinc ad illorũ exemplũ, quotidie ferè pphetia celebrabatur. Vbi uerò Synagoga deficere cõpit, & maxima fidelium pars ex gentibus erat, nouũ Testamentũ frequentius quasi uetus tractarunt in conuentibus: interim tamen Vetus non negligebatur, quod sine huius cognitione, illius non possit quicquam consistere affirmareque:

2 4 neq;

neq; sensus, neq; ueritas. Tandē uerò linguis cessanti-
bus, & eruditione à Barbaris fœdata, quibusus imò
& certis diebus, certas nonnulli designarunt portum-
culas: partim ex Euangelistis, partim ex Episto-
lis, unde iam nobis Homiliæ enatæ sunt illæ. Porrò
Gelasij Gregorijq; temporibus adhuc ab ipsis scribe-
bantur ad ueterum imitationem, dicebanturq; in tem-
plis. At post illorū tempora uidemus etiam horum
Homelias unā cum aliorum, & has selectas, recitari
in populo. Cuius instituti autorem quidam uolūt esse
Paulum Diaconū, qui longo tempore uixit post Gre-
gorium, Anno domini, 810. Sic enim pedetentim eru-
ditione extincta, coepit etiam euanescere prophetia,
& digna scripturæ tractatio. Cernis lector ut hic
deuentum sit à scripturis ad Patres uetustos, & ab
his ad recensiores Gregorios, aliosq; huic similes. Sed
nunc de Symbolo.

Symbolum.

Sunt qui istud referant ad Marcum Pontificem,
qui uixit, Anno 335. tempore synodi Nicenæ. Sunt itē
qui eius institutionem uendicent Damaso, qui fuit
tempore synodi Constantinop. Verum Nicena syno-
dus celebrata est aduersus Arrium diuinitatē Chri-
sti negantem. Constantinopolitana aduersus Ma-
cedonium

cedonium spiritum sanctum respicientem. Itaq; dam-
nauit illa Arriū, & orthodoxam doctrinam redegit
in capita, quæ Marcus Pont. ecclesiæ Romanæ tradi-
dit inter sacra recitanda. Hæc porrò damnauit Ma-
cedonium, & summā de spiritu sancto collegit in pau-
ca argumenta, quæ Damafus suæ tradidit ecclesiæ, ut
uel sic quotidiana admonitione hæresim prohiberent
à populo. Instituit ergo Marcus priorē partem: Cre-
do in deum unum. Damafus secundam. Et in spiritum
sanctum dominum, &c.

Offertorium.

De Offertorij institutione aiunt Enthytianum Ro-
m. Pont. autorem extitisse, qui uixit Anno domini
275. Sed & longè alia fuit institutoris mens, quam
isti referant, qui hodie de Offertorij scribunt. Cum
enim multi ex gentibus conuerterentur ad dominum
qui à teneris ita sacris, & libaminib. assueuerant, ut
non facile possent deserere. Enthytianus nonnihil in-
firmioribus tribuendum arbitrans, concessit ut epu-
las in sacrum inferrent conuentum, quas ab episcopo
benedictas liceret offerre pauperibus, aut sanè in pri-
uatum usum conuertere. At Gregorius hoc loco scri-
pturæ (quoniam ipse testatur in Registro suo) per-
motus: Ne appareas in conspectu dei tui uacuus, iussit

ut dona

Symbolū
Marcopō-
cōpositū

ut dona à plebe inferrentur altarijs. Pristinus ille ritus gentilius in festum Paschæ reiectus est, qui & in hunc usq; diem, certe contra institutoris uoluntatem apud nos perdurauit. Meminit similiu[m] August. de Ciuitate dei, lib. 8. cap. ultimo.

Præfationes.

Præfatio= Omnes Præfationes unà ad Gelasium referunt et
nes à Gelasio= Gregorium, qua in re ipsi quid dicant uiderint.

sio & Græc. Nam certum est ueteres non nisi unca usus præfatione. Ea autem hæc erat: Clamabat siue episcopus siue diaconus: Dominus uobiscum. Et plebs: Et cum spiritu tuo. Episcopus, Sursum corda. Populus: Habemus ad dominum. Sic enim excitabat episcopus populum ad diuinum sacrificium. Nam quæ hæcenus pertractabantur pertinebant partim ad prophetiã, partim ad preces, hic tandem parabatur ad cõmunẽ oblationẽ, hoc est, gratiarum actionem, & ad communionem. Posteaq; ergo populus adseuerasset se cor dedicasse domino, mox presbyter dicebat: Præceptis ergo salutaribus moniti, oremus dominum. Pater noster. Orabantur una uoce elata omnes, Autor Cyprianus in Sermon. 6. de Oratione dominica. His absolutis pergebat episcopus. Gratias item agamus domino deo nostro. Respondebat populus: Dignum & iustum est.

stum est. Subdebat episcopus: Verè dignum et iustum est æquum & salutare, ut nos tibi semper & ubique gratias agamus æterne deus per Iesum Christum dominum nostrum, qui antequam pateretur accepit panem, & c. Nota enim sunt uerba Christi ex Euangeliorum libris. Postremò altissima uoce clamabat Diaconus: accedant ergo sancti. Sic enim legimus apud Chrysostr. Homil. in Heb. 17. Unde & nostrum, Sanctus Chrysostr. etiam uidetur. Atque hic quisq; buccella panis sumpta, & calice hausto, sese seu sacramento in unũ corpus deuinxit, gratias agens redemptori, quapropter & communio dicta.

De Canone.

Gregorius in Romanũ Pont. electus: statim plurima inuehere noua cepit: in primis uerò nouũ missæ ritum condidit Canonem, & unum ritum etiam ex omnibus ecclesijs consecrauit. De hac re uide Albertum Ecclesiast. 4. 7. & ipse in Registro de sese locupletissimus testis est, se consuetudines (ut ait) ueterum reparauisse, & nouas tamen utiles cõstituisse. Vide ad Ioannem Syracusanũ episcopum parte 2. epistol. 7. Sed nunc de ipso Canone: in cuius autore prodendo, cum plurimi admodum sudent, atque ob hæc omnia frustulatim discerpant, nos quò certiora omnia

omnia sint, totum Canonem in ista partimur capitula. In oratione pro proceribus ecclesia: Orationem pro populo in coetu: Memoriam sanctorum, aut si maius diuorum: Verba consecrationis: Orationem dominicam: Fractionem hostiae, &c. Fuit autem usitatisimum ueteribus, orare in sacris coeuentibus. pro ecclesie principibus, maxime pro Imperatore. De hac re uide Terullianum ad Scapulam. Ambrosium de Theodosio. Fuit item in usu, ut sacerdos preces offerret deo pro populo. Hinc autem prima Canonis pars profecta est. Quam eodem modo Rom. tribuunt Pontificibus, quae cetera omnia. Fuit & diuorum memoria apud uetustos celebris, quem admodum ex Augustino liquet, de Ciuitate dei. lib. 22. capite 10. Sed haec infra latius prosequemur.

August. de
Ciuit. dei.
lib. 22.

Sed & domini institutio, quam illi uocant, consecrationis uerba, coram omnibus semper ecclesijs lecta sunt. Et orationis dominicam retulimus ex Cypriano in superioribus. Et fractio panis (durauit enim communio adhuc sub Gregorio:) ac agnus dei recentiora sunt, quippe à Sergio diu post Gregorij tempora addita, quam hic de ijs dici debeat. Videns itaque Scholasticus qui ipsa Gregorij tempora attingit, diuersas istas consuetudines, animum adpulit, ut con-

cordiam

cordiam faciens, omnia ista in unum redigeret corpus quoddam; ob hoc uocauit Canonem, nimirum regulam. Testatur hoc ipse Gregorius in Registro, ubi aperte dicit se apud Romanos adiecisse orationem Dominicam, quod indignum uideretur, ut precem quam Scholasticus (haec enim hominis uerba) composuit super oblationem diceremus, & orationem saluatoris non diceremus. Testatur Innocentius 3. de officio Missae, Gelasius (inquit) creditur Canonem principaliter ordinasse, sed ut ipse composuit, qui super Eucharistiam secreto dicitur. Idem Gregorius in Canone tres orationes adiecit, orationemque dominicam censuit super hostiam recitari. Testatur & Beatus Rhenanus, dicens: Canonem, Te igitur clementissime à quodam conscriptum, aiunt, cui Scholastico nomen fuerit, & indicat hoc Diuus Gregorius, paulò ante suam aetatem factum.

Claret ergo quod Gregorius Canonem receperit primus. Hinc arbitror ipsum ab Alberto nominari Canonis ordinatorem. De communionem autem adhuc modum scribit idem Albertus in libro de Missae mysterijs. Primum in usu fuit, ut omnes in ecclesia conuenientes, omni die communicarent. Cum autem hoc crescente multitudine, non satis idonei ser-

Innocentius
3. Pont. Ro-
man.

Canonem
Gregorius
Magnus co-
posuit.

nari possent, constitutum est, ut communicarent diebus dominicis. Cum autem hoc rite non seruarietur, constitutum est ut communicaret tribus in anno uicibus, iuxta legem Exodi. 23. scilicet in Pascha, Pentecoste, & loco Scenopeie, in Natiuitate domini.

Cum autem nec hoc rite seruaretur. Imperator in concilio Latranensi constituit hoc in ecclesia, semel in anno, nempe Pascha fieri debere. Complendas, & seretas inuenit posteritas: nam oēs istas tribuunt Gregorio Pontifici. Si lubet potes consulere præter illos supradictos Fasciculum, ut uocant, temporum. Item Pontianus statuit ut Psalmi die noctuq; per omnes ecclesias cantarentur. Cuius uestigium ante Turcæ inuersionem uidimus in Ungariæ in Vuarendina ecclesia duodecim enim sacerdotes stipendio certo in hoc abiebantur. Tres quartam diet partem clamando absumebant. Deinde alij succedebant. Primus unum uersum in Psalterio non adeo alta uoce sonabat; Mox alter, secundum uersum deprimebat &c. Et ut ante celebrationem Missæ sacerdos, Confiteor præmitteret. Hæc Fasciculum temporum.

Missæ miscellanæ collecta ex Platina in descriptione uitæ Sixti Pont. Romani.

Sixtus eius nominis primus constituit, ne à quocquam

quàm nisi à ministris sacrorum mysteria & uasa sacra tangerentur, maxime uerò à feminis: neue quod sacerdotes Corporeale uocant, ex alio quàm ex lineo panno, quidem purissimo fieret. Petrus ubi inquit, Platina, celebrauerat oratione Pater noster usus, nulla primo hæc erant, & omnia simpliciter tractabantur. Auxit hæc mysteria Iacobus episcopus Hierosolymitanus, auxit & Basilius, auxere & alij. Nam Celestinus Missæ Introitum dedit. Gregorius Kyrieleyson. Gloria in excelsis deo Telesphorus. Collationes Gelasius primus. Epistolam & Euangelium Hierony. Halleluia uerò sumptum est ex ecclesia Hierosolymitana. Symbolum in concilio Nicæno compositum. Sixtus eius nominis primus, mandauit ut Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus deus Sabaoth cantaretur. Alexander eius nominis primus, ob memoriam passionis Christi in sacrificio addidit: Qui pridie quàm pateretur, usque ad hanc clausulam. Hoc est copus meum. Vide Platinam in eius uita. Oblationem quoq; ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea fieri mandauit. Leo eius nominis primus constituit ut intra actionem mysterij diceretur: **Mortuorum** Hoc sanctum sacrificium, &c. Mortuorum commemoratio. **Mortuorum** morationem Pelagius inuenit, **Mortuorum** Thus Leo tertius. Leo secundus

secundus instituit, ut in celebratione Pax populo daretur. In eius uita uide eundem autorem Platinam.

Osculū pacis Innocentius primus: ut cantaretur Agnus dei Sergius instituit. Missas tres ut celebrarentur in natali Iesu Christi nostri Telephorus instituit.

Alijs diebus ante horā diei tertiam Missam celebrari, prohibuit.

Alexander primus ad Hadriani Imp. tempora peruenit. In Eucharistiae sacrificio aquam uino admisceri, ut ista uini & aquae mixtio symbolum esset, instituit: uel Credentes Christo esse incorporatos, ac unitos, uel quia ē Christi latere sanguis & aqua fluxere. Liber Conciliorum.

Ad Eucharistiae oblationem azimum panem, non fermentatum, quo usi ante fuerant, sumendum esse, praecepit.

Aquā spergēdam post missam. Aqua consecrata ac lustrali, populum finitis sacris aspergendum esse, iussit, ut, inquit, sanctificarentur & purificentur. Liber Canon.

Missā tollit peccata. Peccata sacrificio (de Eucharistia loquens) deleri ait, ideo passionem in Missa recitandam instituit. Rationem effectus huius sacrificij, hoc est, quod peccata expiet, adiecit, dicens: quia corpore & sanguine Christi in sacrificijs nihil maius est. Liber Conciliorum hęc.

Vno

Vno die unam tantum Missam à singulis sacrificijs debere fieri decreto sancit. Vna Missa dicenda.

Aquam admixto sale precibus benedicendā, eāque in templo & domi, ad Satanam propellendum, et ad peccata tollenda, seruari iussit.

Bonifacius secundus populum à clero diuisit in sacris audiendis. Platina.

Vigilius Pontifex Rom. instituit ut Missam celebraturi faciem ad Orientem uerterent. Petrus de natalibus.

In Quadragesima, presbytero licere sacra facere hora nona pronunciauit. Volaterranus.

Ioannes Portuensis in sexta Synodo, quae fuit Constantinopoli, congregata à Constantino contra Monothelitas, primam latinam Missam celebrauit, & ille Missae ordo ac usus à tota Synodo tunc approbatus est. Platina. Missae latine prima approbatio

Sabinius horas campaniae pulsū propter officia ecclesiastica distinguere iussit. Platina.

Idem ut lampades accensae in templis cōtinuē seruaretur, statuit. Is Pontifex sub Phoca Imperatore uixit. Platina. Volater.

Leo eius nominis quartus ne dum sacra fierent laici ingrediētur presbyterium, statuit. Platina. Nisi ad oblationem.

A Gregorius

Gregorius tertius Rom. Pont. sub Leone 3. Imp. fuit. In Canone hæc uerba addidit: Quorum sollemnitatis in conspectu tuæ maiestatis celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum. Sacerdotes autē his uerbis, nunc non utuntur. Platina.

Sanguinis Christi consecrationem in uitreo calice non ligneo, ut antea fieri debere, Seuerius Rom. episcopus, statuit.

Urbanus Pont. Romanus eius nominis primus, ne uasa sacra uitrea, sed aut aurea, aut argentea, aut stannea in maioribus ecclesijs essent legem dixit. Petrus de natalibus.

Stephanus primus Rom. Pontifex statuit ne sacerdos alia ueste quā sacra in sacris uteretur. Sabellicus.

Sacerdos celebraturus nec serico, nec tincto panno uestiatur, sed lineo albo: quia Christus in albo sindone sepulture traditus est. Hæc præcepit Syluester Papa. Platina autore.

MISSAM OFFERRE PRO

peccatis siue defunctis Scriptura negat.

Matth. 24

Dilcîte, inquiens, quid est, misericordiã uolo, & non sacrificiũ; Holocau-

Holocauftum pro peccato non potestulasti, ait propheta. Tunc dixit, ecce uenio. Holocauftis non delectaberis sed sacrificium deo complacitum, spiritus contribulatus, ait Dauid.

Sacrificium autem laudis honorificabit me.

Nemo prohibet precationibus mutuis Deum sollicitandum esse, tan in prosperis rebus quā aduersis. Iuxta illud: Orate pro inuicem, ut saluemini. Id enim Euangelicum est & uerè Christianum: nam non alia de causa, teste Cypriano, Christus plura liter precandum instituit, quā ut pro pluribus semper oraremus.

Sed obijcientibus Tertulliani locum, Oblationes Locitertu pro defunctis annua die facimus. Item, Cypriani. Nō liani & Cy est quo pro dormitione eius apud nos fiat oblatio pria. de ob sic respondemus. Veteres istos sacrificij ac oblatione pro tionis uerbo, pro laudis seu gratiarum actionis defunctis ex hymno, pro gratulatoria ac solenni memoria, usurplicantur. passe. Nam fuit omnino hic mos apud uetustos (qui nunc celebratur, in quibusdam locis etiam in Germania) defuncto uno ex fratribus gratulabatur episcopus, habebat nonnunquā orationē funebrem, qualem

de Theodosio habuit Ambrosius. Laudabat populus dei misericordiam, quod fratrem bona fide è mundo uocasset: precabantur item, ut hoc modo etiam ipsi ex hac ærumnosa uita, fide uera in Christum excederent. Sed probemus hoc ex ipsiſ scriptoribus sacris idq; uetustissimis.

Tertullianus in 2. lib. ad uxorem, in fine.

Vnde (inquit) sufficiam ad enarrandam felicitatē eius matrimonij, quod ecclesia cōciliat, confirmat oblatio, et obſignatum angeli renunciant, pater uerò ratum habet. Quid putas intellexit autor oblationis uocabulo? benedictionem ſcilicet publicam, & ecclesie gratulationem quæ in ſponſi & ſponſæ honorem collecta erat. Eſt & alius locus Tertulliani de Monogamia, quem potes conſulere. Iam uerò. &c.

Cyprianus lib. 4.

Epist. 5.

Celerini cuiusdam in uinculis, cum ferè tota eius cognatio martyrium fecerit, tandem subiungit. Celerina iam pridem martyrio coronata est, item patris eius ac auunculus Laurentius & Ignatius in castris, & ipsi quondam ſecularibus militantes, ſed uerè ac ſpi-

ac ſpirituales dei milites, dum diabolum Chriſti profeſſione, proſternunt palmas à domino, & coronas, illuſtri paſſione meruerunt, ſacrificia pro eis ſemper (ut meministi) offerimus, quoties martyrium, paſſiones, & dies uniuersarias commemoramus. Hactenus Cyprianus. Porrò quid dici poterat apertius, quàm iſtos palmam & coronas conſequutos iam eſſe? Ergo non egent noſtro patricinio ut liberètur: quia ſalui facti ſunt. Quid ergo uocauit Cyprianus ſacrificiū? nil uifi gratulationem, & laudem dei, memoriam ſanctorum. Aut quomodo uerſimile cuiquam uidetur Cyprianum ſacrificaffe pro martyrum ſalute? quū Seruone de mortalitate, luctum prohibet, ne gentibus occaſionem reprehendendi fidem noſtram prebeamus. Quanta queſo hæc foret reprehendi anſa, ſi pro redemptione mortuorum ſacrificaffent? Quid quod idem aduerſus Demetrianū apertè dixit in hæc uerba? Poſtquam hinc exceſſum fuerit, nullus iam poenitentia, nullus uenia locus, hic uita aut amittitur, aut tenetur. De hoc loco Cypriani ſuſius infra de Purgatorio tractabimus. Ideoq; hæc ſcientes litaffent fruſtra pro mortuis. Quo fit ut palam, quod ueteres non modo celebrarint talem mortuorum memoriam qualem inſtituit Pelagius, cui ſucceſſit Gregorius Magnus,

homo in diuinis literis puer, sed mire superstitiosus qui plus damni in ecclesiam dei inuexit quam ullus unquam hereticus. Hæc defunctorum memoria, ac oblatio tam apud Tertullianum, quam Cyprianum eadem illa est, de qua & Augustini locus supra comonstratus mentionem facit.

Ad Bonifacium legatione apud Germanos fungentem, Gregorius eius nominis tertius scripsit, Christianos pro suis mortuis uerè Christianis posse offerre, Sacerdotesq; mortuorum debere facere memoriam præcepit. Nauclerus hæc.

Hic apparet, Missam esse sacrificium pro mortuis, non esse tam uetustum, neq; ex institutione Christi, aut Apostolorum: quia tunc hoc non ignorasset Bonifacius.

Commemorationis omnium defunctorum festum, ab Odole Cluniacensis ordinis abbate excogitatum & institutum, approbavit, & ut omnes ecclesie obseruarent, præcepit. Hæc sub Syluestro nominis secundo Pont. Romano, autore Platina. Defunctis iusta faciènda Pelagus Romanus Pontifex curasse fertur.

QUI crediderit, & baptizatus fuerit

fuerit, saluus erit. Non dicit Scriptura saluandum illum esse, qui igne lustratorio, uel purgatorio (ut uocant) assus fuerit.

Neesse enim est, ut quotquot moriantur, aut in fide Christi hinc decedant, aut citra eam fidem. Si in fide hinc migrant, salui sunt, sic enim ait: Qui crediderit saluus erit: si in incredulitate hunc uitæ terminum clauserint, damnati sunt. Ait enim ediuerso scriptura Qui non crediderit, condemnabitur. Ad ducam aliam scripturam.

Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicaret mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filij dei.

Vides primo, filium datum, ut qui credit in eum, habeat uitam æternam. Deinde uides uitam æternam esse secuturam fidele peccatis: at æterna nõ esset, quæ longo tempore in purgatorio igne luctuose exantlaretur

Tertio loco uidetur mundum saluari per Christum: hoc est homines fideles in mundo existentes. Quarto, quod qui in eum credit, non iudicatur: at si qui in purgatorium retruderetur, certe iudicaretur: Ei ad pensis commissis nunquam satisfacere. Quinto, qui non credit, iam iudicatus est: eò quod gratia uirtutisq; Christi non est mixtus. Firmissimum igitur hoc est, quod aut fideles hinc decedimus, aut infideles, &c.

Amen (uide iusiurandum) dico uobis, quod qui uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam eternam: & in iudicium non uenit, sed transijt à morte in uitam. Porro, quid tandem est iudicare, si purgatorio igni addicere, non est iudicare? Qui ergo Christo fidunt, à morte transeunt: imò transferunt in uitam, non temporariam, sed eternam.

Et Euangelij diues, qui Lazarum in sinu Abrahamæ uidet, his uerbis ad desperationem adigitur: Ingens hiatus inter nos & uos est, ut neutri ad alios transire possint, etc. At illic loquitur de corpore solutis. Nec plures quàm duos fines ponit: quorum alterum Lazari persona adumbrat, alterum diuitis. Qui ergo hinc abeunt, aut portantur ab angelis in celestia palatia, aut ad illos qui alibi sunt, nepe in inferno quibus ascendere nunquam dabitur, sicut neque illis descendere conceditur.

Perhibet

Perhibet Paulus, nihil damnationis manere hos, qui sunt in Christo Iesu. Ergo si in Christo Iesu firmi & immoti perstiterimus usque in finem, salui erimus, Matth. 24.

Latro eodem die quo consors pœnæ, eodè & gaudij gloriæq; Christi sodalis fuit: ubi hic flagra, & reliqua mala pertulit? aut iniquus est Deus quod absit, ut facta uerbis non æquet? quem uidemus tam eximus in latrone impleuisse: In iudicium non uenit, sed transijt à morte in uitam.

De dormientibus uetat Paulus nos esse sollicitos 1. 1. Thess. 4. tanquam spem nullam habeamus futuræ uitæ, quemadmodum gentes quæ nihil spei habent de futura beatitudine. Quod si purgatorium esset, contristari proculdubio docuisset pro eis Paulus tam electum dei organum, usque in tertium cœlum raptum, quos tam misere affligi cruciatibus sciuisset.

Hieronymus In Ecclesiasten.

Cap. 9.

Quia supra dixerat, cor filiorum hominum impleri malitia & procacitate, & post hæc omnia morte finire: nunc eadem cõplet & repetit, donec uiuant homines eos posse fieri iustos, post mortem uerò nullam boni operis dari occasionem. Peccator enim ui-

A 5 uens,

uēs, potest esse iusto mortuo, si uoluerit in eius tran-
sire uirtutes, uel certè eò qui se in malitia, potentia,
Post mortē procacitate iactabat & mortuus fuerit, melior potest
nullum me quis pauper esse & uilissimus. Quare: quia uiuētes
ritum. metu mortis possunt bona opera perpetrare, mortui
uerò nihil ualent ad id adijcere, quod semel secum tu-
lere de uita, & obliuione obuoluta sunt omnia iuxta
illud quod in Psalmo scriptū est: Obluioni datus sum
tanq̄ mortuus à corde: sed & dilectio eorū, et odium,
& emulatio, & omne quod in seculo habere potue-
runt, mortis finitur aduentu: nec iuste quippe possūt
uita cum agere, nec peccare, nec uirtutes adijcere, nec uitia. Li-
morte fini- cet quidam huic expositioni cōtraria dicant, asseren-
untur. tes etiam post interitum excrescere nos posse & de-
crescere, & in eo quod nunc ait: Et pars non erit eis
adhuc in seculo in omni quod factum est sub sole. Ita
intelligunt, ut dicāt eos in hoc seculo, & sub sole quē
nos cernimus nullam habere communionem, habere
uerò sub alio seculo, de quo saluator ait: Nō sum ego
de hoc mundo, & sub sole iusticiæ, & non excludi
opinionem quæ contendit, postquam de hoc seculo
migrauerimus & offendere posse creaturas rationa-
les & promereri.

Nos

Nos enim uiuentes cognoscimus patrem & fi-
lium & spiritum sanctum: illi uerò mortui nihil sci- Memoria
unt, neq; expectant aliquam repromissionem atque mortuorū
mercedem, sed completa est memoria eorum. Neque post hanc
ipsi meminere quæ scire debuerant, neq; illorum mortē com-
iam dominus recordaturus est. Dilectio quoq; qua pleta.
aliquando Deum diligebant, perijt, & odium de quo
audacter loquebantur: Nōne odientes te domine
odiui, & super inimicos tuos tabescebant? Nec nō et
zelus eorum iuxta quem Phinees zelatus est, &
Matathæa intremuerunt poplites. Perspicuum est au-
tem, quod & pars eorum non est in seculo. Nō enim
possunt dicere: Pars mea dominus.

Ambrosius lib. de bono mor-

tis, capite 2.

Deniq; festinabat etiā sanctus Dauid de hoc loco
peregrinationis exire, dicens: Aduena ego sum apud
te in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et
ideò tanq̄ peregrinus ad illam sanctorum communē
omnium patriā festinabat: petens pro huius cōmemo-
rationis inquinamento, remitti sibi peccata priusquā Peccatum
discederet de uita. Qui enim hic nō acceperit remis- post mortē
sionē peccatorum, illic nō erit. Non erit autē, quia ad non remittā
uitā aternam non potuerit peruenire: quia uita aeter- tur.

ndre=

na remissio peccatorum est. Ideoque dicit: Remitte mihi ut refrigerer priusquam eam, & amplius non ero. Quid igitur tantopere uitam istam desideramus in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum.

Cyprianus contra Demetrianum

Tractatu primo.

Credite & uiuite, & qui nos ad tempus persequimini, in eternum gaudete nobisum. Quando istinc excessum fuerit, nullus iam locus poenitentiae est, nullus satisfactiois affectus. Hic uita aut amittitur, aut teneatur, hic salutis aeternae cultu dei, & fructu fidei prouidetur. Nec quisquam, aut peccatis retardetur, aut annis, quod minus ueniat ad consequendam salutem, in isto adhuc mundo manenti poenitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam aditus, & querentibus ueritatem facilis accessus est. Tu sub ipso licet exitu, & uitae temporalis occasu pro delictis roges deum, qui uerus & unus est, confessionem & fidem eius agnitionis implores, uenia confitenti datur, & credenti indulgentia salutaris de diuina pietate conceditur, et ad immortalitatem sub ipsa morte transitur.

Aug. in Enchi. ad Laurent. cap. 67.

Creduntur autem à quibusdam etiam hi qui non
men Christi

men Christi non relinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur: nec ab ea ullo schismate uel haeresi praeciduntur, in quantislibet sceleribus uiuant, quae nec diluant poenitendo, nec elemosynis redimant: sed in eis usque ad huius uitae ultimū diem pertinacissime perseuerent, salui futuri per igne: licet pro magnitudine facinorum flagitorumque diuturno non tamen aeterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici sunt, humana quadam beneuolentia mihi falli uidentur. Nam scriptura diuina aliud consulta respondet.

Hieronymus 13. Quaest. 2. cap.

In praesenti.

In praesenti seculo sumus siue orationibus, siue cōfilijs inuicem posse nos adiuuari. Cum autem ante tribunal Christi uenerimus: nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onus suum. Item, Qui spem futurae resurrectionis habent, de mortuis tristari non debent, testantur Canonones. 13. Quaest. 2. Quam praeposterum est & c. et ubicumque sepeliamur nihil refert: quia domini est terra. Adducuntque Canones diuū Paulum in testimonium 1. Thess. 4. Nolumus ignorare fratres, & c.

Chryso-

Chrysoſtomus de Lazaro

Concio ſecunda.

Para ad exitum opera tua, et appara te ad uiam. Si quid cui rapuiſti, redde & dicitio iuxta Zach. xii: Do quadruplū, ſi quid rapui: ſi cui factus es inimicus reconciliare priuſquā ueniat ad iudiciū. Omnia hic diſſolue, ut citra moleſtiam illud uideas tribunal. Donec hic fuerimus, ſpes habemus proclaras, ſimul ac uerò diſceſſerimus illac, nō eſt poſtea in nobis ſitū poenitere, neq; commiſſa diluere.

Aug. cōtra Pelag. Hypognoſt. lib. 5.

Primum enim fides catholicorū diuina autoritate regnum credit eſſe cœlorū, unde, ut dixi, nō baptizatus excipitur. Secundū, gehennam, ubi omnis apoſtata uel à Chriſti fide alienus ſupplicia experiatur. Tertium penitus ignoramus, imò nec eſſe in ſcripturis ſanctis inuenimus. Et alibi. Nā optimum eſſet in incertare de qua ſcripturæ non modo tacent, ſed etiā contrarium dicunt, ne quid aſſererent, ſecundū ſententiā ſapientis Senecæ. De rebus incertis non debes affirmare, ſed incertum iudicium tenere.

Cyprianus Tractatu primo contra Demetrianum.

Peſtem & luem criminariſ, cum peſte ipſa & luc,

lue, uel detecta ſint, uel aucta crimina ſingulorū, dum nec infirmis exhibetur miſericordia, & defunctis auaritia inhiat ac rapina: ijde ad pietatis obſequiū timidi, ad impia lucra temerarij, fugiētes morientū ſuura, & appetentes ſpolia mortuorū, ut appareat in ægritudine ſua miſeros ad hoc forſitan derelictos eſſe ne poſſint dum curātur, euadere, perire à gratia uoluit, qui cenſum inuadit & c. Lege ipſum Cyprianum latius quomodo Prælatorū auaritiā depingat dexterrime, & omnē admirationē ſi noſtrorum ſacrificulorum mores contemplatus fueris, exclude.

Hyſichius lib. 6 in Leuit. cap. 19.

Dies autem tertia, quia in ipſa à mortuis dominus noſter reſurrexit, figuram futuri ſeculi & mortuorum reſurrectionis gerit, in quo iam non licet operari, ſed qui nunc operati ſunt, illic ad retributionem ueniunt. Qui ergo ſic hic uiuit, tanq̄ illic quædā præſentium operaturus ſit, & propterea comedere tertia die ſacrificium reſiſtine acceptum non eſt, nec uita correpta eſt. Sed quia talem ſibi metipſi operatur uirtutem, iniquitatem ſuam portabit: prius quidē imperfecte operans, deinde ut ingerens calumniam diuine legi, & dogma diſſeminans impium, atq; alienum huius animæ perit de populo ſuo.

Auaritiā ſacerdotū erga defunctos.

Post mortē nulla occaſio reliqua eſt bene merēdi de deo

Item,

Item, *Ishchius in Leuit. libro 6. cap. 19. ait non debere affligi super mortuos, à quibus nos prohibet deus Paulus ne gentibus similes fiamus.*

Augustinus in Psal. 32.

Misericordiæ tempus modo est, iudicij tēpus post erit. Vnde est misericordiæ tempus: uocat modo auersos, donat peccata conuersis. Item August. super Io. Tractat. 12. *Iam, inquit, iudicatus est. Nondum apparuit iudicium, sed iam factū est iudicium: Nouit enim dominus qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coram, qui permaneant ad flammam.*

Cyprianus in Sermo, de mortalitate.

Gaudendū
morte po=
ti9 quāstien
dum.

Fratres nostros non esse lugendos accersione dominica de seculo liberatos, cum sciam non eos amitti, sed præmitti: recedentes præcedere, ut proficiscentes & nauigantes desiderari eos debere, non plangi: nec accipiendas esse hic atras uestes quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint: occasionem dandam non esse gentilibus, ut nos merito ac iure reprehendant, quod quos uiuere apud deum dicimus, ut extinctos & perditos lugeamus, & fidem quam sermone & uoce depromimus, cordis & pectoris testimonio reprobemus. Spei nostræ ac fidei præuicariatores sumus, si =

mus, simulata, ficta, fucata uideatur esse quæ dicimus. Nihil prodest uerbis proferre uirtutē, & factis destruere ueritatem, &c. Improbat denique apostolus Paulus & obiurgat & culpatur, si qui contriscentur in excessu suorum: Nolumus fratres, &c. Hanc sententiam citat et Augustinus ad Vitalem Carthag. Contra Pelagianum Vitalem. Item, uide *Ishchium lib. 7 in Leuit. cap. 25.*

Augustinus de salutaribus

documentis Lib. *Idē nos omnes qui reliqui super terram, peccata nostra agnoscamus, ne cū impijs pereamus, dum citō iudicē digna satisfatione non placamus. Et alibi. Loccus purgatorij non est ostensus, nisi quod multis exemplis se animæ ostenderunt, &c.*

Chrysofomus ad populum

Homilia 22. *Nam post uitæ finem nec meritorum sunt occasio Meritorū nes, sicut nec athleticis post transacta certamina coronæ occasiones nas adipiscendi: unde coronæ gloriam optantes obno post hanc uitæ xij calumniatoribus esse fugiamus: si cuius enim opus tam nullæ (inquit) arserit, detrimētum patietur. Itē, uide Chrysofomum in capite Matth. 11, Homilia 37.*

B Theor

Theophylactus in Matth.

Cap. 25.

Porro medio noctis clamor factus est, &c. Virtus enim proximi mei uix sufficiet illi ad defensionem, tantum abest ut & mihi, &c. Et paulo post: Post uita enim illam, non est tempus poenitendi & optandi. Proinde dominus dicit fatuus uirginibus: Nescio uos.

Chrysofomus ad populum.

Homil. 69.

Mortuos in Ita migrantes lugeamus non prohibeo, lugeamus, **tēperanter** sed non indecenter, non comas uellentes, non detegentes brachia, oculos non distantes, non pullis utentes **lūgētes ex-** uestibus, sed tantum in animo silenter amaras fundentes lachrymas, &c. Item in Homilia 70. ad populum. **cōmunicādi** Quod pro defunctis lugendū non sit, quia illi immo-deratus luctus confundat resurrectionē. Item Chrysofomus super Ioan. cap. 11. Idē in cap. ad Hebr. 2. Homilia 4. & in cap. 11. Idē alibi: Neque enim qui in pre- **Peccata ab** senti uita peccata nō abluerit, postea consolationē ali- **luenda in** quam inuenturus est. In inferno enim ait, quis confitebitur tibi? & merito. hoc enim est cauearum tempus, **hac uita.** et conflictuum & certaminum: illud uerō coronarū, retributionum, & premiorum.

Chry

Chrysofomus.

Nec putemus nobis, cum illuc uenerimus. misericordiam est tribuendam, qui non agimus, ut ueniā mereamur accipere, etsi Abraam pro nobis roget, etsi Noë, etsi Iob, etsi Daniel. Dum igitur est tempus in manibus, plurimam nobis apud deum fiduciam prepararemus, &c.

Purgatori-
um nullū
probat ur
Script.

ANIMAE DEFVNCTORVM

in terra non obambulant.

Chrysof. in cap. Matth. 8

Homilia 29.

Quod uerō immaculatorū hominū anime ipsi-
sis cooperentur, unde mihi persuadebitur?
an quia ipsos demoniacos clamare nonnunquā audi-
sti, anima talis ego sum? Verū hæc quoque oratio à fraude atque deceptioe diabolica est. Nō enim anima defuncti est, quæ ista dicit, sed demon qui hæc & audientes decipiat, defingit. Nam si possibile esset animam hominis in demonis substantiam transire, multo facilius posset in corpus suū redire. Præterea quæ ratio inducet nos, ut credamus animam cui illata iniuria est, illi ipsi patrocinari qui sibi iniuriam intulit: aut hominem posse facere, ut incorporea uirtus in aliam

B 2 suba

substantiam transmutetur? Nam si est de corpori-
bus impossibile, ut unquam hominis corpus in asini
corpus transmutetur: quanto minus inuisibilem ani-
mam in substantiam demonis transformare possibile
erit? Quare uerularum uerba, imò desipientium di-
cenda sunt. Nec enim potest anima è corpore sepa-
rata in his regionibus errare: Iustorum animæ enim
in manu dei sunt. Infantium quoque similiter, non
enim peccarunt. Peccatorum uero post hunc exi-
tum continuo abducuntur, quod à Lazaro & diuite
planum efficitur. Et Paulo post: Multis è locis scri-
pturæ comprobari potest, non errare hic post mor-
tem iustorum hominum animas. Nam & Stephanus
ait: Suscipe spiritum meum. Et Paulus resolu-
it, ac esse cum Christo desiderabat. De Patriarcha quoque
scriptura, dicit: Et appositus est ad patres suos, mor-
tuus est in senectute bona. Quod uerò nec peccatorum
animæ hic commorari possunt, diuitem audias quid
dicat, perpendasq; quid petit, & nō impetrat. Quod
si possent animæ hominum hic conuersari, uenisset
ipse ut cupiebat, & suos de tormentis inferni fecisset
certiores. Consule Chrysostrum latius de Lazaro et
diuite, in suis Concionibus.

Infantium
mæ.

Idem

Idem Chrysof. de Lazaro &

diuite Concio 4.

Vt uerò & abunde cognoscas, quid grauior sit scri-
pturarum ac prophetarum doctrina, quam si quid à
mortuis resuscitati renunciant. Illud considera quod
quisquis mortuus est, seruus est: quæ uerò scripturæ
loquuntur loquutus est dominus. Proinde etiã si mor-
tuus reuiuiscat, etiam si angelus è caelo descendat, ma-
ximè omnium credendum est scripturis. Nam ange-
lorum herus mortuorum pariter ac uiuentium do-
minus, ipse eas condidit, &c. Et paulo post ait: Ne
igitur queramus hæc audire à mortuis, quæ multo
clarius nos docet sacræ literæ. Pulchrè differit Chry-
sostomus, cur mortui non appareat uiuentibus uideli-
cet ne progressu temporis peruersa dogmata diabo-
lus inueheret, idq; admodum facile, & ne uerbum in
cōtemptum abiret, prohibuit dominus. Item in eadem
Concione negat (ut supra) animas defunctorum in ter-
ra obambulare. Animæ inquit, corpus egressæ non
amplius hic cōmorantur, sed protinus abducuntur, etc.
Idem Chrysostrum in cap. Matthei 4. Homilia 13.
admonet nos ne credamus mortuorum testimonijs, quia
non indigeamus.

Mortuorum
apparitio =
nes meræ
demonum
institiæ.
Scripturis
credendū.

Mortuorum
testimonijs
nō indige =
mus, nec il-
lis credendū

B 3 DE

Esaie 63.

In dilectione sua, & indulgentia sua
ipse redemit eos, & potauit eos, &
eleuauit eos cunctis diebus seculi.

Prouer. 16

Misericordia & ueritate redimitur
iniquitas: & in timore domini decli-
natur a malo. Miserationum domini
recordabor, &c. quæ largitus est eis
secundum indulgentiam suã, & secun-
dum multitudinem misericordiarũ
suarum.

Ecclef. 11

Confide autem deo, & mane in lo-
co tuo.

Augustinus Sermone de martyri-
bus Sermo. 3.

Indulgentiã
peccatorũ
in nobis in-
uenimus.

Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet
& pater uester celestis peccata uestra. Rogo uos
fratres, quid delicatius, quid benignius dici potest? In
potestate nostra posuit, qualiter in die iudicij iudice-
mur. Non dixit: uade in Orientem & quære iustitiã,
nauiga usq; ad Occidentem ut accipias indulgentiam.
Dimitte inimico tuo & dimittetur tibi. Indulge &
indulgetur tibi. Da, & dabitur tibi. Nihil a te extra
te querit. Ad te ipsum & ad conscientiam tuam te
Deus dirigit. In te enim posuit quod requirit. Non

emina

enim medicamẽta uulneribus tuis, longe opus habes
inquirere peccatorũ tuorum indulgentiã, si uis intus
in cellario cordis tui poteris inuenire, &c.

Bernhardus in Sermo, primo,
de Aduentu.

Non te oportet o homo maria transfretare, nõ peccatoriã
netrare nubes, nõ transalpinae necesse est. Nõ gran-
dis inquam tibi ostenditur uia, usq; ad temetipsum oc-
curre Deo tuo. Propẽ est enim uerbum in ore tuo, et
in corde tuo, usq; ad cordis cõpunctionẽ & oris con-
fessionẽ occurre, ut saltẽ ex eas de sterquilinio miserẽ
cõscientiã, quoniã est illuc autorẽ puritatis intrare.

Origenes in Exodum,

Homilia 13. cap. 25

Et dixit Moyses ad omnem synagogam filiorum
Israël, dicens: Hoc est uerbum quod præcepit domi-
nus, dicens: Sumite a uobis ipsis redemptionem domi-
no, omnis qui cõcepit corde, offerat initio domino au-
rum, argentum, eramentũ, & cetera. Quid ergo est
qd dicit Moyses: afferre a uobis ipsis, & unusquisq;
sicut corde cõcepit: illud quidẽ aurũ & argentũ cete-
rãq; materiã, unde tabernaculũ cõstructũ est, constat
de scrinijs & promptuarijs uniuscuiusq; prolatum.

B 4 Spi-

gis tributarij magis sancti. Imò qui magis sancti, magis tributarij. Maiestas quaestuarua efficitur. Circum= it cauponas religio mendicans: exigitis mercedē pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gra= tis, uenales sunt &c.

Idem cap. 42

Non sufficimus & hominibus & dijs uestris mendicantibus opem ferre. Nec putamus alijs quam pe= tentibus impartendum. Deniq; porrigat manū Iup= piter, & accipiat: cum interim plus nostra misericor dia insumit uicatim, quam uestra religio templatim.

Chrysoft. in Matth. 21. Hom. 38.

Et cathedras.

Loquens, & si non sermone, tamen ipso facto.

Quid faciunt in templo multae columbae uenales? ex quo una columba gratuita descendit in templum cor poris mei? id est, spiritus sanctus repleuit ecclesiam

Psal. 49. meam. Non enim in sacrificio columbarum postmo=

Fidem & dum placiturum est Deo templum, id est, ecclesia,

corda quae sed in spiritu sancto. Dixi enim uobis per prophe=

rit deus nō tam: Non accipiā de domo ista uitulos, neq; de gre=

munera ex gibus tuis hircos: quoniam meae sunt omnes feræ syl=

terna. uarum, iumenta in montibus & boues, cognoui om=

Psal. 28 nia uolatilia coeli. Immola Deo sacrificium laudis,

quia

quia non hostias uolo sed corda: nō sacrificia, sed fidē Itē dixi uobis per eundē prophetā Asserie &c. Tolli te oues de templo: quoniā unus agnus occidetur (scri= ptū est enim: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autē fecistis illam speluncam latronum) Templū autē dei speluncam facit latronum, qui lucra terrena & illicita, non etiā spiritualia in animarum salutem sectatur. Cultusq; religionis eo modo non tam cultus est dei quā iniquae negotiationis occasio. Nam quoti die ingreditur Iesus in templum suum, id est, in san= ctam ecclesiam, & eicit omnes uendentes gratiam Dei de ecclesia, episcopos, presbyteros, diaconos, omnesq; ecclesiasticos, nec non & laicos: quia uni= us criminis habentur, pariter dei dona uendentes, & ementes; quia scriptum est. Gratis accepistis gra= tis date, &c.

August. in Psal. 70. Concion. 1.

uers. Quoniam non cognoui.

Qui enim negociatores actiuos quasi ex eo quod agunt, praesumunt, opera sua laudant, non perueniunt ad gratiam dei. Ergo contra illam gratiam sunt nego= ciatōres, quā cōmendat hic Psalmus. Illā enim gratiā commendat, ut nemo de suis operibus gloriatur. Quo modo quodam loco dicitur. Medici non resuscita= bunt: Vae illis qui propter lu= cra indulgē= tiam pecca= torum pro= mittunt.

bunt: deserere ergo debent homines medicinam? Sed quid est hoc? Sub isto nomine intelliguntur superbi pollicentes salutem hominibus cum domini sit salus. Quomodo ergo contra medicos, id est, superbos salutis pollicitatores uigilat hoc quod dictum est. Tota die salutem tuam, sic contra negociatores, id est, qui de actu suo & operibus gaudent, uigilat hoc dictum: Os meum annunciauit iusticiam tuam, id est, non me-

Negociatores ecclesie qui sint. **Confidentia sola in meritis Christi indulgentia accipit.** **bi placentes? Qui ignorantes dei iusticiam, & suam uolentes constituere, iusticie dei non sunt subiecti. Merito & negotium dictum est, quod neget ocium. Merito dominus expulit illos de templo, quibus dictum & scriptum est: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam domum negotiationis, id est, gloriantes de operibus uestris, ocium non querentes, nec audientes contra inquietudinem & negotiationem uestram, dicentes scripturam: uacate & uidete quoniam ego sum dominus. Hæc requies contra negociatores prædicatur. Hæc requies contra eos qui oderunt ocium prædicatur, agendo & iactando se de operibus suis, ut non longius requiescant in deo, et tanto longius à gratia desiliant, quanto magis de suis operibus extolluntur.**

Chrysof.

Chrysof. in Gen. Hom. 5. Tomo. 6.

Cap. 1.

Glorificabimus autem eum, non per hoc solum, sed & per optimam uitam, si non in eadem peccata recidamus, sed longum ualere dicamus diabolicis illusionibus: si diligenti dei uerborum attentione, multoq; studio, & continua confessione supernam curam nobis conciliemus. Sufficit enim ei ob magnam misericordiam suam ut desistamus à peccatis. Si enim hoc uolu-

Indulgentiamur. **facile & ad bonorum operum actionem impellitur is qui peccatoreat: ne quis in conuenticulis illicitis diei partem dilapidet: ne quis talorum ludo, & clamori qui inde oritur, posthac se admisceat. Quæ enim utilitas ieiunij, si dic obsecro, si toto die nihil comedis, ludis autem & nugaris, sepe etiam peieras, & blasphemias, & ita totum perdis diem? Ne ita negligentes simus obsecro in nostra ipsorum salute, quin potius sermo noster sit de spiritualibus. Et librum diuinum accipiat aliquis in manus, conuocatisq; proximis per diuina eloquia riget & suam & conuenientium mentem, ut sic diaboli eas insidias effugere ualeamus.**

Gregorius primus & Magnus certos constituit dies quibus in præcipuis urbis templis solenni ritu sacrificaretur

crificaretur, ibiq; pro sedanda peste oraretur suppli-
citer, ac ut populus generatim simul frequentior eò
illis statis diebus concurreret, proposuit delictorum
ueniam ad id solenne accedentibus.

Bonifacius deinde octauus ad hæc sacra loca uisenda
prioru maxime incitauit studium, qui primus omnium
Iubileum retulit, anno qui fuit M. CCC. salutis huma-
nae, quo poenarum remissionem ijs præstabat, qui limi-
na Apostolorum uisitaissent ad exemplum ueteris le-
gis. Idem autem Pontifex Iubileum centesimo quoq;
anno seruari mandauit. Clemens sextus sanxit Iubileu
celebrari quinquagesimo anno. Postremò Sixtus eius
appellationis quartus, iubileum ad uigesimum quin-
tum quenq; annu reduxit, primusq; celebrauit. Qui
fuit M. CCCCLXXV. salutis.

Atq; hoc pacto post Gregorium ueniarum seges
paulatim creuit, cuius messem non utiq; exiguam per
multi interdum faciendam curarunt: & cum primis
Bonifacius nonus, cuius tempore huiusmodi uenia, et
quidem plena manu, non concedebatur modo aliquo-
ties, uerum etiam, teste Platina, uelut quæpiam mer-
ces quotidie uel passim uendebatur, non absq; conce-
dentis recipientisq; detrimento, quando per hæc ut
remedia anime morborum uenia minus permulti à
malefactis

malefactis abstinebant, et clauium autoritas plurimu
uilescerat. Nec id quidem temere accidebat: quia ut
dicit Hieronymus ubi merces media est, dona spiri-
tualia uilliora sunt. Quæ utinam non nisi illa uidisset
etas. Secundum hæc Alexander sextus, cuius pontifi-
catus incidit in annum humane salutis M. D. Sixti se-
cutus institutum coepit Iubileu non modo Romæ, sed
etiam in longinquis prouincijs, ac stationes ubiq; gen-
tiu propè uicatim instituere etc. Hæc Polydorus Vir-
gilius Vrbinas de inuentoribus rerum.

Similiter, Annatarum usum Bonifacius ille nonus
augedæ ditionis ecclesiasticæ cupidus, beneficijs eccle-
siasticis primus imposuit, hac conditione, ut qui bene-
ficium consequeretur, dimidium annui prouentus sis-
co apostolico persolueret, o auarū cor ubi Petri pau-
pertas quam tactatis? uide Platinam.

Leo eius secundus, ne quis in Archiepiscopum ele-
ctus pro pallio, & alijs officijs penderet, uetuit. Sed
iam abolitum est.

SACRAMENTI ALTE=

ram speciem Laicis negare
impium est.

Accipite, comedite, hoc ē corpus Matth. 26.
meum

400 SACRAMENTI VTRIAQUE
meum. Et accepto pane, gratias actus
dedit illis, dicens: Bibite ex hoc om-
nes, hic est sanguis meus, qui est novi
Testamenti, qui pro multis effundit-
tur in remissionem peccatorum, Mar-
ci 14. Luca 22.

2. Corin. 11. Ego enim accepi à domino, quod
et tradidi uobis, quod dominus Iesus
in ea nocte qua traditus est, accepit
panem: & postquam gratias egisset,
fregit, ac dixit: Accipite, edite, hoc
meum est corpus, quod pro uobis fran-
gitur, hoc facite in mei commemo-
rationem. Ad eundem modum & pocu-
lum, peracta cœna dicens: Hoc pocu-
lum novum Testamentum est in meo
sanguine, hoc facite quotiescunq; bi-
beritis, in mei commemorationem.
Quotiescunq; enim comederitis pa-
nem hunc, & de poculo biberetis
mortem domini annuntiatis, donec
uenerit.

Gelafius

SPECIES LAICIS DANDA. 401

Gelafius Papa de Consec. Dist. 2

Can. Comperimus.

Comperimus autem quod quidam sumpta tantum-
modo corporis sacra portione, à calice sacri cruoris
abstineant. Qui proculdubio (quoniam nescio qua
superstitione docentur astringi) aut integrum sacram
percipiant, aut ab integris arceantur. Quia diuisio
unius eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio non
potest prouenire. Glosa. Nec superflue sumitur sub
utraque specie: nam species panis ad carnem, &
species uini ad animam refertur: cum unum sit sacra Glosa.
mentum sanguinis, in quo est sedes anime. Iamque
sumitur sub utraque specie, ut significetur, quod
utrumque Christus assumpsit carnem, & animam:
& quod tam anime, quam corpori participatio ua-
leat, unde si sub una tantum specie sumeretur, ad tui-
tionem alterius tantum ualere significaretur.

Augustinus ibid. Can. Qui
manducant.

Qui manducant, & bibunt Christum, uitam
manducant, & bibunt. Illum manducare, est resciri:
illum bibere, est uiuere. Glosa, id est, in specie panis
& uini.

c

Ambrosius

402 SACRAMENTI VTR AQVE
Ambros. de Consecrat. Dist. 2

Can. Si quotiescumq;

Si quotiescumq; effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, deo merito semper accipere, qui semper pecco, deo semper accipere medicinam, &c.

Hilarius ibidem Can.

Si non.

Si non sunt tanta peccata, ut communicetur quis, non se debet à medicina corporis & sanguinis domini separare. Ibidem in Coena.

Augustinus in lib. sententiarum Properi, de Consecra.

Dist. 2. Can. Dum frangitur

Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis in cruce immolatio, eiusq; sanguinis de latere effusio designatur?

Ibidem Can. A quibusdam.

A quibusdam in coena domini perceptio eucharistiae negligitur: quæ quoniam in eadē die ab omnibus fidelibus (exceptis his quibus pro grauib; criminibus inhibita est) percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat cū etiā poenitentes eadē die, ad percipiendam corporis

SPECIES LAICIS DANDA. 403

poris et sanguinis dominici sacramenta recõcientur.

Iulius Papa episcopis per Aegyptū

de Consecra. Dist. 2. Can. Cum

omne. Para. Illud.

Illud uerò quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimonium receperunt, ubi Apostolis corpus suum commendauit, & sanguinem: seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Item, Gelasius scribit quibusdam episcopis ac præcipit anathematizari omnes qui accepto corpore Christi abstineant à calicis communionem.

Id apud nos hoc anno accidit à plebisq; nescio quo ducti spiritu.

Tripartita historia, lib. 9.

Cap. 30

D. Ambrosius ad Theodosium sic ait: O Imperator & princeps conseruorū. Vnus est enim omnium dominus, rex omnium & creator. Quibus igitur oculis aspicias communis domini templū? quomodo manus extends, de quibus adhuc sanguis (Nam septem Olim Eucharistia dei Imperatoris:) stillat iniustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus? in manus, qua temeritate ore tuo poculum sanguinis preciosi

C a percipies,

percipies, quando furore uerborum tuorum tantus iniuste est sanguis effusus? &c.

Fabianus natione Rom. à Gordiano & Philippo usq; ad Decium peruenit (teste Platina) præcepit, ut quisq; Christianus singulis annis ter Eucharistiam sumeret. Sabellicus & Volater.

Cyprianus ad Cornelium Papā

in epist. 2. de Coena domini.

Communi- At uerò nunc non infirmis, sed fortibus pax ne-
catio uiuen- cessaria est, nec morientibus, sed uiuentibus com-
tibus non municatio à nobis danda est, ut quos excitamus, &
morientibus exhortamur ad prælium, non inermes, & nudos
danda. relinquamus, sed protectione sanguinis, & corpo-
 ris Christi muniamus: & cum ad hoc fiat eucharis-
 tia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse
 contra aduersarium uolumus, munimento domini-
 cæ saturitatis armamus. Nam quomodo docemus
 aut prouocamus eos in confessione Christi nominis
 sanguinem suum fundere, si eis militaturis Chri-
 sti sanguinem denegamus? Aut quomodo marty-
 rij poculum idoneos facimus, si non eos ad biben-
 dum prius in ecclesia poculum domini iure commu-
 nicationis admittimus.

Ambrosius

Ambrosius super epistolam

Corinth. 2.

Beatus Ambrosius quare sub utraq; specie Chri-
 stus sit sumendus, apertam reddit rationem. Et si non
 habere poterit quisque fidelis clariorem rationem
 quam Christi institutio. Valet, inquiens, ad tuitionem
 corporis & animæ quod percipimus: quia caro Chri-
 sti pro salute corporis, sanguis uerò pro anima no-
 stra offertur, sicut præfigurauit Moyses: Caro, inquit,
 pro corpore uestro offertur, sanguis pro anima. Sed
 tamen sub utraq; specie sumitur, quod ad utrumq; ua-
 let, quia sub utraq; sumitur ipse totus Christus. Sed
 si in altera tantum sumeretur ad alterius tantum, id
 est, animæ uel corporis, non utriusq; pariter tuitio-
 nem ualere significaretur. Hæc ille. Ex ijs patet quid
 satan etiam & illo tempore molitus sit, quò Christi
 institutio in hac sacra re uiolaretur.

Cyprianus in Sermones.

de Lapsis

Scribit quomodo diaconus Sacramentum puellæ
 reluctanti infuderit. Sic ait: Vbi uerò solemnibus ad
 impletis calicem diaconus offerre præsentibus coepit
 & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem
 suam paruula instinctu diuine maiestatis auertere,

C 3 os labijs

os labijs obturantibus premere, calicem recusare: perstitit tamen diaconus & reluctanti licet de sacramento calicis, insudat.

Idem testatur multis in ecclesia illa usum fuisse laicis etiam pueris utranque speciem, imò corpus domini in manus dari, & per multa exempla docet. Inter cætera è uulgo sic increpabat. Et quod non statim domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegis irascitur. Vides hic de laicis eum loqui sacrilegis, qui à sacerdotibus corpus & sanguinem accipere noluerunt. Item de sancto Donato legitur, cuius calicem fractum lego, sanguinem fractum non lego.

Constantiense
Basilienſe
concilium.

Item, Concilium Constantinense ab orbe redempto 1415. celebratum die 15. Iunii sessione. 13. prohibuit utranque speciem sacramenti altaris dari. Basilienſe contra statuit Boëmis licere utranque speciem suscipere, quod multa disputatione obtentum illic est, ut literæ Concilij & extantes annales probant. Item olim in Eremito sancti patres in multis annis non communcauerunt ulla specie sacramenti. Quod tamen probandum mihi me cenſeo. Aut Christus ea frustra instituit, aut usum aliquem habent. Quis heremum incolere

incolere iussit quasi nulli deo seruire possunt quam his in locis desertis. Satã omnia enim penetrat. Nota etiam Conciliorum diuersitatem, ne illis plus fidas, quam expresso domini uerbo.

Augustinus contra Pelagia.

Hypognos. lib. 5.

Ipse enim dixit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam æternam in uobis. Et qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Quomodo igitur uitam regni cælorum promittitis paruulis non renatis ex aqua, & spiritu sancti, non cibatis carne, neque potatis sanguine Christi, qui fusus in remissionem peccatorum. Item, uide Augustinum ad Bonifacium de Baptismo paruulorum epistola 23. Quomodo olim infantibus data est Eucharistia. Etiam Romana ecclesia cre- didit Eucharistiã paruulis necessariam, Augustinus epistolarum 94. Error enim iste fluxit, ex non intellectis uerbis quæ Ioannis sexto cap. leguntur Illic enim non de sacramentalibus signis agitur, sed de fide uera in Christum filium dei.

Infantibus
data Eucha-
ristia.

Eusebius Ecclesiast. histor.

Lib. 6. Cap. 33.

Apparet in Eusebio quod tempore Nouati laicis Eucharistia dabatur in manus, ut supra quoq; ostensum est. Quod postea Romana ecclesia mutauit. Itē, in libro eodem cap. 33. Parum eucharistię puero datur ad patrem deferendum.

Hieron. in Sophoniam

Cap. 3.

Sacerdotes qui Eucharistię seruiunt, & sanguinem domini populis eius diuidunt, impie agunt in legem Christi: putantes & ὕδατος imprecantis facere uerba, non uitam, & necessariam esse tantum solennem orationem, & non sacerdotum merita.

Anacletus eius nominis primus, Rom. Pontifex sub Traiano uixit. Is omnes qui in sacris aderant ut aut communicarent, aut templo si nolent communicare pellerentur, iussit.

Augustinus Eusebio de imma-

ni factio iuuenis cuiusdam

Epistola 168.

Scit deus cui manifesta sunt arcana cordis humani, quantum pacē diligo Christianā, tantum me moueri sacrilegis eorū factis, qui eius dissonione indigne & impie

pie perseverant, eumq; motū animi mei esse pacificū neq; me id agere ut ad cōmunionem catholicam quiscūq; cogatur inuitus, sed ut omnibus errantibus aperta ueritas declararetur, etc. Itē ad Eusebiū in epist. 169 de quodam colono filiam suam ad catholicam cōmunionem paterna seueritate reuocare, omnimodo fieri prohibuit Augustinus. Consule in super Bernhardū Abbatem Argien. de officio Missę.

COENAM SVMENTES CON-

suetudine tantum, uel lege, re-
darguuntur.

Chrysofomus ad populum,

Homilia 61.

Multos uideo domini corporis participatio-
nem temere sumentes, ut à casu, & consuetu-
dine potius & lege, quàm cogitatu & mente. Si su-
perueniet, inquit, sanctę tempus quadragesimę, qua
lisquę sit aliquis, mysteria sumit. Si superuenierit Epi-
phaniorum dies, licet tempus aduentus, uel epiphanię
uel quadragesimę, dignos accedere non faciat, sed ani-
mę sinceritas & puritas. Cum hac igitur semper ac-
cede, sine hac nunq̄. Ait enim: Quotiescunq; feceritis
hęc cōmemorationē salutis uestre, beneficij mei esse
scitis.

C 5 DE

Nemo cogēdus ad cōmunionem.

2. Corin. 13

ECce tertio hoc uenio ad uos. In ore duorum, uel trium testium stabit omne uerbum. Predixi ergo et predico ut presens uobis, & nunc absens ipsis qui ante peccauerunt & ceteris omnibus: quonia si uenero iterum non parcam.

Mat. 16

Excommunicatio adhibetur tantummodo eam ob causam, ut hijs qui peccarunt humilientur, & agnoscant se contra deum & proximum peccasse. Et Christus iubet eum qui non acquiescit monitioni salubri ecclesie habendum esse ut ethnicum & publicanum.

1. Cor. 5

Hoc modo & Paulus excommunicatione utitur, ubi Satana tradit construptionem nouerca in interitum carnis, ut spiritus sit saluus in die iudicij. Sic etiam excommunicat adulteros, precipiens, ut cum hijs qui sunt huiusmodi cibum non sumamus: denique hereticum precipit uitandum. Et temperandum ab omni fratre qui inordinata se gerit. D. Ioannes in Canonica precipit, ne recipiendum in domum, illum qui non adfert doctrinam Christi.

Tit. 3

2. Ioan. 1

Quicumque aliter utuntur excommunicatione pastores non sunt, sed rapacissimi lupi.

Origenes

Augustinus libro 3. cap. 2. contra epistolam Parmeniani.

Quid aliud dixit hic, non parcā, nisi quod superius ait: Et lugeam multos, ut luctus eius impetret flagellum a domino, quo illi corripentur, qui iam propter multitudinem non poterant ita corripiri, ut ab eorum coniunctione se ceteri continerent, ut eos erubescere faceret sicut faciendum est, si quis frater in aliquo ceteris dissimili crimine nominatur? Et reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuina disciplina seueram misericordia necessaria est: Nam consilia separationis & inania sunt & perniciose atque sacrilega, quae non puniuntur & impia & superba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animos malos. Misericorditer igitur corripiat homo quod potest, quod autem non potest, patienter ferat, & cum dilectione gemat atque lugeat, donec aut ille desuper emedet, et corrigat, aut usque ad messem differat eradicare zizania, et paleam uentilare: tamen securi de salute sua bonae spei Christiani inter desperatos, quos corrigere non ualent in unitate uersentur, auferant malum a se ipsis, id est, ut in ipsis non inueniatur, quod in moribus aliorum eis displicet. Turba autem iniquorum cum facultas est in populis doceri corripienda, promedi sermone generali oburgatione ferenda est, pienda.

Origenes

Et maxime si occasionem atq; opportunitatem præ-
buerit aliquod domini flagellum desuper quò eos ap-
pareat pro suis meritis uapulare. Tunc enim aures
humiles præbet emendatis sermoni calamitas audito-
rum, faciliusq; ingemitum confitendi quàm in mur-
murare resistendi afflictà corda compellit.

Augustinus 11. Quæst. 3.

Canone. Illud.

Illud planè non temerè dixerim, quod quisquam
fidelium fuerit anathematizatus iniuste, potius ei obe-
rit qui facit, quàm qui patitur hanc iniuriam. Spiritus
enim sanctus habitat in sanctis per quem quisq; liga-
tur aut soluitur, immeritam nulli ingerit poenam, per
eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris
quæ non agit perperam: pax ecclesie dimittit pecca-
ta, et ab ecclesie pace alienus tenet peccata. Non se-
cundum arbitrium hominum, sed secundum arbitri-
um dei: petra tenet, petra dimittit: colùba tenet, colùba
dimittit. Item, Sicut auis incertum uolans, et passer
quolibet uadens, sic maledictum frustra prolatum ue-
nit super eum, qui misit illud.

Ex Meldensi concilio, 11. Quæst. 3.

Cap. Nemo.

Nemo episcoporum quemlibet sine certa et mani-
festa

festi peccati causa communionem priuet ecclesiastica,
sub anathemate autem sine conscientia Archiepiscopi
pi aut coepiscoporum nullum præsumat ponere: nisi
unde Canonica docet autoritas: quia anathema æ-
terna est mortis damnatio, et non nisi pro mortali
debet imponi crimine, et illis qui aliter non potue-
runt corrigi.

Augustinus de Sermone Domini

in monte 11. Quæst. 3. Can.

Temerarium.

Temerarium iudicium plerumq; nihil nocet ei, de
quo temerè iudicatur, ei autem qui temerè iudicat,
ipsa temeritas necesse est ut noceat.

Gelasius Papa 11. Quæst. 3.

Can. Cui.

Cui illata est sententia, deponat errorem et ua-
cua est, sed si iniusta est tanto curare eam non debet:
quanto apud Deum et eius ecclesiam neminem potest
grauare iniqua sententia, ita erga ea se nõ absolui de-
sideret, quæ se nullatenus perspicit obligatum.

Ibidem can. Quid obest.

Quid obest homini, quod ex illa tabula uult eum
delere humana ignorantia, si de libro uiuentium non
eum deleat iniqua conscientia. Idem ad Secundinum

Mani-

Quibus de
causis aliq;
sit excom-
nicandus.

Excomuni-
catio iusta
non obest
homini.

Manichæum. Senti de Augustino quicquid libet sola
me in oculis dei conscientia non accuset. Idē in Psal.
37. Et si ad tempus damnaris ab homine, et si dixerit
proconsulis in Cyprianum sententiam, aliud est sella
terrena, aliud tribunal cœlestē, ab inferiori accipit sen-
tentiam à superiore coronam.

Hieronymus super Matthæum

11. Quæst. 3. can. Quomodo.

Quomodo sacerdos mundum leprosum non facit,
sic episcopus uel presbyter non alligat eos qui inson-
tes sunt, nec soluit noxios sed pro officio suo cum pec-
catorum uarietates audierit, scit qui ligandus sit: qui
soluendus. Item, Augustinum consule, De uerbis Do-
mini & 11. Quæst. 3. can. Cœpisti.

Augustinus in Psal. 28. 11. Quæst. 3.

Can. Custodi.

Custodi intus innocentiam tuam, ubi nemo oppri-
mit causam tuam, praeualebit in te falsum testimoniū
sed apud homines, nunquid & apud Deum ualebit,
ubi causa tua dicenda est: quando deus erit iudex,
alius testis quam conscientia tua non erit, inter iustum
iudicem & conscientiam, tuam noli timere nisi cau-
sam tuam.

11. Quæst.

11. Quæst. 3. Can. Nullus.

Nullus sacerdotum quem recte fidei hominē
pro paruis, & leuibus causis à cōmunionē suspēdat,
præter eas culpas pro quibus antiqui Patres arceri
ab ecclesia iusserunt, committentes.

Hieronymus. 24. Quæst. 3.

Can. Si quis.

Si quis nō recto iudicio eorū qui præsunt Ecclesiæ
depellatur, & foras mittatur, si ipse antea non exiit,
hoc est, si nō ita egit, ut mereretur exire, nihil leditur
in eo, quod non recto iudicio ab hominibus uester ex-
pulsus: & ita fit ut intus illi qui foras mittitur in-
tus sit, & ille foris qui intus uester retineri.

Idem Canon. Non. Rabanus de

Ecclesiasticis præsuris, Lib. 1.

Non in perpetuū damnatur, cū iniuste iudicatur
dicēte Psalmista: nec damnabit illū cū iudicabitur illi.
multi sacerdotū culpā zelo dei se persequi proficiunt
sed dum indiscrete hoc agitur sacrilegij facinus incur-
runt, & dum præcipites quasi ad emendandū ruunt,
ipsi quoque multo magis deterius cadunt.

Origenes super Leuit. 24. Quæst. 3.

Can. Cum aliquis.

Cum aliquis exiit à ueritate, à timore dei, à fide,
à charitate.

à charitate, exijt de castris ecclesie etiam si per epi= scopi uocē minime abijciatur: sicut è cōtrario aliquis non recto iudicio foras mittetur, sed si ante non exie= rit, id est, si non egerit, ut mereretur exire nihil lædi= tur. Inter enim qui foras mittitur intus est, & qui for= ris est intus uidetur retineri.

Augustinus in Homilia de Pœni= tentia 2. Quæst. 2. Can. Multi.

Para. Nos uero.

Vis uera
excomuni= cationis.

Nos uero quenquam prohibere à cōmunionē non possumus, quamuis hæc prohibitio nondū sit morta= lis, sed medicinalis: nisi aut spontē confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nomina= tū aut conuictum. Hæc ille. Hoc est quod Paulus uult ut suffundatur rubore, &c. Item Augustinus ad Se= leucianam, an Petrus fuerit baptizatus, epist. 108. ob quæ peccata excomunicamur nō ob pecuniā, ut Papa excommunicat. Idem contra epistolā Parmeniani li. 3 & cap. 1. sequentibus.

Gregorius in Homilia 26. 11. Quæst. 3.

Can. Plerunq;

Plerunq; contigit ut iudicis locum teneat, cuius ad locum uita minime concordat: ac sepe agitur, ut uel damnet immeritos uel alios ipse ligatus soluat, sepe in sola

in soluendis ac ligandis subditis suæ uoluntatis mo= tus, non autem causarum merita sequitur, unde fit ut ipse ligandi aut soluendi potestate se priuet, &c. Similiter Homilia 27. dicit. uide in eadem Quæstio= ne, Can. Ipse.

Gregorius 11. Quæst. 3. Can.

Summopere.

Summopere præcauendum est, ne rectores eccle= siæ, & qui publica iudicia exercent, in dictandis sen= tentijs nullatenus leuitate aut furore ducti sint præ= cipites: sed causis prius diligenter uentilatis, cum res quæ ignorabitur ad notitiam pleniter uenerit, tunc diuina & humana lex resoluatur, & tunc secundum quod ibi constitutū est remota personarum accepti= one diffinitiuā proferatur sententia: hinc etiam quod Moyses querelas populi semper ad dominum taber= naculum ingressus referebat, & iuxta quod dominus imperabat, iudicia proponebat. Nimirum nos instru= ens, ut non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino demnatiōis condemnatiōis & iustificatiōis sententiā proferamus. Item, Augustinus ad Macedonium eadem Di= stinctione Can. Non licet. Item Gregorius in Re= gistro, Priuilegiū omnino meretur amittere qui per missa sibi abutitur potestate. Item, Can. Quisquis.

D EX=

418 EXCOMMVNICATVM NON

odeo habeamus, sed ut fratri infirmo cui flagello sit opus, compati mur.

1. Cor. 21

SVfficit huiusmodi homini incre-
spatio hec, quę facta est à pluribus
adeo, ut ediuerso magis condonare
debeat, & consolari: ne quomodo
fiat, ut in modico dolore absorbeat
quod est huiusmodi. Quapropter ob
secro uos, efficite, ut ualeat in illum
charitas, &c.

2. Thef. 3

Si quis non obedit sermone, hunc
per epistolam indicate, ne commercium
habeatis cum illo, ut pudore suffunda-
tur. Neque uelut inimicum habeatis, sed
ut fratrem.

Est autem excommunicatio exterior nihil aliud, nisi
signum interioris excommunicationis, licet fallax. Qui
enim facit peccatum ad mortem, coram deo excom-
municatus est, etiam si homines illum unquam excom-
municent.

Origenes

Origenes in Leuit. Hom. 15

Apostolus Paulus dicit de eo qui peccauerat: Quę Quid sit
tradidi, inquit, Satanae in interitum carnis, hoc est, mor Satanae tra-
te multasse. Quis autem sit fructus mortis huius ostendit
dit in sequentibus, dicens: Ut spiritus saluus fiat in die
domini nostri Iesu Christi. Vides ergo quomodo ap-
parte Apostolus utilitatem mortis huius exponit. Quod
eum, dicit: Tradidi in interitum carnis, hoc est, in affli-
ctionem corporis, quę solet à poenitentibus expendi,
eum carnis interitum nominauit, qui tamen carnis inte-
ritus uitam spiritui confert.

Chrysof. Tomo 6. Sermone

Quod neque uiui, neque mortui, &c.

Quid est istuc ipsum dicere Anathema? &c. An
hoc tu dicis anathema? sed hoc plerumque in bonum so-
nat, & est interdum oblatum Deo. Quid ergo illud, Anathema
quod anathema tu dicis eum qui oblatum est diabolo, tizare qua
nec ultra regionem salutis inhabitat, sed alienus est à le uerbum.
Christo? Heus quis tu tantę autoritatis, qui tantam
tibi usurpas potentiam? Tunc enim sedebit filius Dei,
& statuet oues à dextris, & hædos à sinistris. Cur
igitur dignitatem tantam assumis? quę Apollolis tan-
tum communicata, & his qui illorum idonei successores
res, uerè pleni gratia & uirtute, &c.

Tertullianus aduersus Mar-
cionem, lib. 5.

Nolite cōmunicare operibus tenebrarū. Cum iusto enim iustus eris, & cum peruerso peruerteris. Et auferre malum de medio uestrū. Et exite de medio eorū et immundū ne attigeritis, separa animi qui fertis uasa domini, &c.

Hieronymus lib. commemoratariorū
in Epistolam ad Galatas.

Paulus ad Corinthios ubi pręcipit eum qui uxorem patris sui habebat tolli de medio, & tradi pœnitentia in interitū & uexationem carnis, per ieiunia & egrotationes, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi, &c.

Aug. lib. 3. cap. 2. contra epistolam
Parmeniani.

Scripti uobis in epistola non cōmisceri fornicarijs, &c. Non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sanitas obseruat Ecclesie, ut cum quisque fratrum, id est, Christianorum intus in Ecclesie societate constitutorū, aliquo tali delicto fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi pręcipit, dicens: Ut ini-

micum

micum non eum existimetis sed corripite ut fratrem. Non enim estis ad eradicandū, sed ad corrigendum.

Quod si se non agnouerit, neq; pœnitendo correxit, ipse foras exiet, & per propria uoluntatem ab Ecclesia unitate dirimetur. In eo quippe quod ait: Si quis. Nihil aliud uidetur significare uoluisse, nisi cum posse talimodo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est, inter eos quos peccatorū similitudine pestilentia nō corrumpit. In eo uero quod ait: Non minatur. Hoc nimirum intelligi uoluit parū esse ut sit quisq; talis, nisi etiā nominetur, id est, famosus appareat, ut posset omnibus dignissima uideri quæ in eum fuerit anathematis prolata sententia. Ita enim & salua pace corrigitur, & non interfectorie percutitur, & medicinaliter uritur. Propterea & de illo dixit, quæ tali medicina sanari uoluerat: Satis huic est correptio quæ fit à multis. Neq; enim potest esse salubris à multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociā multitudinem. Cum uero idem morbos plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, q̄ dolor & gemitus, &c.

In eodem capite.

Auferre, inquit, malum ex uobis ipsis, id est, non potestis auferre malos ex medio uestrum, ipsum ma-

Cōtra excō
municates.

Nullus ex
communica
tur nisi pro
pter famo=
sum pecca=
tum.

lum auferte ex uobis ipsis. Quod si quisquam uelit sic intelligere quod dictum est: Auferte malum ex uobis ipsis, ut per correptionem separationis de congregatione fratrum malum quisque auferendus sit, studio tamen sanandi, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit.

Chrysostomus in Sermone, Quod neque uiui, neque mortui anathemate plendi non sunt.

Anathema Apostoli diligenter id mandati seruarunt. Sic enim quodam ex hereticos eiciebat ex ecclesia, quasi effodiendus esset dexter oculus. Qua tempestiua membra defectione, magna charitate ferebat. Atque idcirco Christus quoque dextrum oculum dicit, ut illum abiectionis compassionem commendaret. In qua re sicut et in alijs admodum diligentes fuere, hereses quidem redarguendo et eiciendo, nulli autem hereticorum hanc poenam adhibendo, &c. Nonne preceptum habemus, ut pro inimicis, et qui nos oderunt precemur? En quam probe implemus ministerium? en ut ordinatio non effert. non in sublime extollit, non potentiam praestat. Omnes eundem spiritum accepimus omnes in adoptionem filiorum uocati sumus: quos autem probauit dominus

dominus, eos fratribus in potestate seruire uoluit. Eia ministerium nostrum curemus: obsecramus et conuincimus uos, ut a tanto malo desistatis. Nam is quem tu anathematizare decreuisti, uel uiuit, et adhuc in mortali uita hac superest, uel mortuus, quod si adhuc superest, impte agis, qui cum qui a malo in bonum sunt. se uertere potest crudeliter absecas: si mortuus est, multo magis crudelis es. Cur nam? Quia domino suo stat uel cadit, non iam sub iure humano existens, et de eo, quod occultatum reseruumque seculorum iudici, pronuntiare tutum non est solum ei, qui mensuram scientiae, et quantitatem fidei cognoscit, &c. Et in fine subdit: Dogmata enim impia, et quae ab hereticis profecta arguere et anathematizare oportet, hominibus autem parcendum, et pro salute ipsorum orandum, &c.

Episcopi uel sacerdotes nemine danare possunt.

Errores non homines extirpandi.

Origenes in Psal. Domine ne in furore, Homilia 1.

Et ego arbitror illum, qui in Corintho grauissime deliquerat, idcirco misericordiam consecutum, quoniam correptus ab Apostolo, et ita acerbè correptus, ut a conuentu abscinderetur Ecclesiae: non tamen odio habuit arguentem, sed ad inuersionem patienter accepit et fortiter tulit. Ego arbitror quod

424 DE EXCOMMVN. SVNT

etiam maiorem affectum concepit erga Paulum, atq; erga omnes qui statutis Pauli in eius animaduersione paruerant. Vnde & Paulus sententiam reuocat, & eiectum reconiungit Ecclesie, & addidit, dicens: Confirmate in eum charitatem, &c.

EXCOMMVNICATI SVNT OMNES, qui aliud quam Christus & Scripturæ docuerunt, uel docent aut statuunt.

Rom. 16

Obscuro uos fratres, ut considere tis eos, qui dissidia & offendicu la contra doctrinā quā uos didicistis faciūt, & declinetis ab illis. Nam qui eiusmodi sunt, domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo uentri, & per assentationem & blandiloquentiam decipiunt corda simplicium, &c.

2. Thes. 3. Denunciauimus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate: & nō secundum traditionem quam acceperunt, &c.

Quod

QUI SCRIP. NON DOCENT. 425

Quod si quis nō obedierit uerbo nostro, per epistolam hunc notate, neq; commisceamini cum illo: ut confundatur, &c.

Si quis præter id quod dominus Galat. 1 aliud Euangeliū prædicauerit quā p̄ dicauimus, sit anathema, etiam si angelus nunciet aliud de cœlo.

Si quis uenit non habens hanc 2. Ioan. doctrinam, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi, aue, communicat operibus eius malis.

Ergo ipse iure excommunicatus est, qui spiritua- lia negocia humanis traditionibus metitur.

Potes lector huic communi loco subijcere & con sulere omnes locos Patrum supra citatos, uidelicet, Chrysostomum in Cap. 2. Homilia. 13. Ceterum non credere his quæ scriptura continet & c. Supra fol. 9. Ambro. de uirginibus lib. 4. Nos noua omnia dam namus, quæ Christus nō docuit & c. Supra fol. 17. Tertul. in libello de præscriptione hæreticorum. No bis nihil licet ex arbitrio nostro indulgere & c. fol. 33 Cypria. Felici, epistola 8. Adulterum est, impium est

D 5

&c.

Et c. fol. 39. Hieronymus lib. Comment. in Matth. cap. 29. Cū uideritis abominationem. Supra fol. 45. Et, ad Galatas capite 5. fol. 25. Deniq; Urbanus Papa. 25. Quæst. fol. 32.

Innocentius quoque secūdus apud Lateranum in Synodo hæc decreta tulit. Pontificē non posse ea pro suo arbitrio mutare quæ per & iuste decreta sunt: uel quæ dispensatorie pro ratione temporis, loci, & necessitatis ordinata, & quæ subrepticia sunt propter utiles rationes posse ea mutare. 35. Quæst. 9.

A SACRAMENTIS PRE

cium non exigatur.

Gen. 23

A Braham à filijs Ephron, sepulchrum precio ad humandū corpus coniugis Saræ postulauit, premium accipere renuit.

Matth. 10.

Gratis accepistis, gratis date.

Act. 8.

Cum autem uidisset Symon, quia daretur spūs sanctus, obtulit eis pecuniā, dicens: Date mihi potestatem, ut cuiuscūq; imposuero manus, accipiat spūm sanctum. Petrus autē dixit ad eum:

eum: Pecunia tua tecum sit in perditione: quoniam donū dei existimasti pecunia possideri.

Gelafius Papa. 1. Quæst. 1.

Can. Baptizandis.

Baptizandis consignandisq; fidelibus sacerdotes precia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiāt renascentes. Quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur, & ideo nihil à prædictis prorsus exigere moliantur: quō uel paupertate cogente deterriti, uel indignatione reuocati redemptionis suæ causas iure despiciant. Certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, uel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subeant proprij honoris. Item, Concilium Elibertinum temporibus Constantini celebratum in Hispania, prohibet accipere quicquam à baptizatis. Iam nihil in Christiana ecclesia tam uile ministerium, quod non nummo redimere cogaris.

Platina in uitis Pontificum in uita Leonis Pont. secundi.

Leo eius nominis secundus instituit, ac quidem sancte ordinauit, quod utinam hodie obseruaretur, ne ad archiepiscopatum assumptus pro usu pallij, alio

A baptizandis & consignandis

precia non exigantur.

Elibertini concilium.

Pallij usum archiepiscopis copio tempore Leonis

2. non emebant.

rumie

rumiue officiorum quicquam ecclesie persolueret, cū
ex hac largitione multum quotidie mala orrentur.

Hæc Platina.

Ex concilio Toletano, 11.

Can. Quicquid.

Toletanum concilium. Quicquid inuisibilis gratiæ consolationi tribuitur, nunquam quæstibus uel quibuslibet premijs uenundari penitus debet, aicente domino: Quod gratis accepistis, gratis date, &c. Perlege Canonem totum Anno domini, D C C. X I I I, in Hispania celebratū
Item, ex Synodo sexta. Can. Nullus.

Ex concilio Carthaginensi 4.

Can. Placuit.

Nihil exigatur pro balmo, quod benedictum pro baptismi sacramento persamo chryse ecclesias datur: quia singuli tremissent pro ipso exitate & gere solent, aliquid ulterius exigant. Ne forte quod Baptismo. pro salute animarum per inuocationem spiritus sancti confirmatur, sicut Simon magus donum dei pecunia uoluit emere: ita nos uenundantes, damnabiliter uenundemur. Item sequens Canon precipit nihil exigendum ab his, qui infantes suos ad baptizandum adducunt. Item, Can. Emendari placuit. Prohibet ut qui baptizetur non cogatur nummos in concham mittere. Item

re. Item Can. Dicitur est, &c. Similiter uetat pro perceptione baptismi uel chrysmatis, nil exigere debent sacerdotes. Præterea concilium Cabilonenſe statuit Cabilonenſe pro dedicadis Basilicis, uel pro sacramentis ecclesie se cõcilium. conferendis ut nihil exigatur.

Ex concilio Chalcedonensi.

1. Quæst. 1. Can. Si quis.

Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & sub præcio redegerit spiritus sancti gratiã, quæ uendi non potest, ordinaueritq; per pecuniam Chalcedonẽ presbyterum, aut diaconum, uel quemlibet de his qui se. cognominantur in clero, promouerit, & dispensatorem aut defensore, uel quemlibet qui subiectus est regulæ pro sui turpissimi lucri commodo. Is qui hoc attentare probatus fuerit, proprii gradus periculo subiacebit. Et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione uel promotione quæ est pro negociatione Nec ordinari nec promoueri in ecclesia dei facta, proficiat, sed sit alienus à dignitate uel solitudine quam pecunijs acquisiuit.

Ex octauo Synodo.

Qui per pecuniam quenquam consecrauit, uel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio fiet. Item, Ca
lixius Papa. Sanctorum patrum exempla sequentes debet
& officij nostri debito inuouantes ordinari quenquã
per

per pecuniã in ecclesia dei uel promoueri, autoritate sedis apostolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis uerò in ecclesia ordinationem uel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate. Itẽ Gregorius Nazianzenus, Can. Qui studet donũ dei precio mercari, in sacro ordine nulla ratione de cætero permanere, aut reuocare posse dubium non est, talis à communione omnibus modis abscindatur. Nã spiritus sancti donum præcio comparari quid aliud est, quàm capitale crimen & Symoniaca heresis. Itẽ Ambrosius de Mysterijs, Can. Cum ordinaretur, etc. Item, Can. Quibusdam, & c. mandat ut nullus ad sacros ordines, nec præcio, nec gratia, nec supplicatione accedat. Neq; fauore ad sacros ordines quisquam promoueat. Can. Pueri.

Hieronymus in epistolam

ad Titum.

Audiant episcopi qui habent constituendi presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticæ cõstitutionis ordo teneatur, nec putet apostoli uerba esse, sed Christi qui ad discipulos ait: Qui uos spernit me spernit, qui aut me spernit, spernit eũ qui me misit. Sic et qui uos audit, etc. qui aut me audit, audit eũ qui me misit. Ex quo manifestũ est, eos audit

qui Apostoli lege contẽpta ecclesiasticum gradum, Gradus ecclesiasticus non meritò alicui uoluerint deferre, sed gratia, cõtra Christũ facere, qui qualis in ecclesia presbyter cõstitutus sit, per Apostolum suũ in sequentibus executus est. Moyses amicus Dei cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utiq; successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneos de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos nõ sanguini deferendum esse, sed uitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut nõ quærat eos qui possunt ecclesiæ plus prodesse, & in ecclesia erigere columnas sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Origenes super Numeros Ho-

melia 22. capite 27

Sed interim uideamus Moysis magnificentiam. Filij uel ne Recussurus de seculo orat Deum, ut prouideat ducẽ potes ad sa-
populo. Quid agis Moyses? Nunquid filij tibi non cerdotium
sunt Gerson & Eleazar? Aut si aliquid de ipsis du non sunt eli-
bitas, nõ sunt filij fratris magni & egregij uiri: Quo gendi,
modo non oras Deum pro ipsis, ut eos constituat

populo duces? Sed discant ecclesiarum principes successores sibi non eos, qui consanguinitate generis iuncti sunt, nec qui carnis propinquitate sociantur, testamento signare, neque hereditarium tradere ecclesie principatum: sed referre ad iudicium Dei, & non eligere illum, quem humanus comendat affectus, sed dei iudicio totum de successoris electione permittere. Nunquid non poterat Moyses eligere principem populo, & uero iudicio eligere, & recta iustaque sententia, ad quem dixerat Deus: Elige presbyteros populo, quos tu ipse scis presbyteros esse, & elegit tales, in quibus continuo Dei spiritus requiesceret, & prophetarent omnes. Quis ergo ita potuit eligere principem populi, ut Moyses poterat? Sed hoc non facit, non eligit, non audet. Cur non audet? Ne posteris presumptionis relinquat exemplum. Sed auscultate quid dicit: Provideat, inquit, dominus Deus spiritum, & omnis carnis, hominem super synagogam hanc, qui egrediatur ante faciem eorum, & qui ingrediatur, & qui producat eos, & qui reducat. Si ergo tantus ille actualis Moyses non permittit iudicio suo de eligendo principe populi, de constituendo successore, quis erit quæ audeat, uel ex plebe quæ sepe clamoribus ad gratiam, aut ad precium fortasse exci-

Causa quare Moyses propinquos elegerit. Nume. 27.

tatis

tatis moueri solet, uel ex ipsis etiam sacerdotibus, quis erit qui se idoneum ad hoc iudicet, nisi si cui oranti et petenti a domino reueletur? Sicut & Deus dicit ad Moysen: Adsume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem qui habet spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum, & statues eum coram Eleazaro sacerdote, & præcepta dato ei in conspectu totius synagoge, & præcipe de ipso coram eis, et dabis claritatem tuam super illum, ut audiant illum filij Israël. Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeste descriptam, ut penè expostione non egeat. Nulla hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquus, agrorum, & prædiorum relinquatur hereditas, gubernatio populi illi tradatur, quem deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso spiritum dei & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moyse ualde notus & familiaris sit, id est, in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eum audire filij Israël.

Sub Syluestro tertio eodem Pontificatus deuenerat, ut qui plus largitione & ambitione, non dico san-ctitate uitæ, & doctrina ualeret, is tantummodo di-

E gnitatis

Potificatus uenditur. gnitatis gradum bonis oppressis & reiectis obtinet, quem morem utinam aliquando non retinissent, nostra tempora. Hæc Platina.

Paschalis archipresbyter, ac thesauri Pontificij dispensator regnandi cupidus, Ioannem hexarchum pecunia sollicitat, ut eius suffragijs post mortem Canonis Pontificatus sibi decernatur. Accepit pecuniã hexarchus: quanquam nihil eorum quæ promiserat deinceps præstiterit. Non erat certe alio (inquit Platina) præmio quàm frustratione dignus homo auarus & imperandi cupidus, qui thesaurum ecclesiæ, quem in mandato Canonis, tum elemosynis pauperum, tum in restitutione templorum erogare debuerat, in largitione effunderit: quod nihil potest esse in uiro præsertim ecclesiastico detestabilius. Platina hucusq; in uita Canonis Pontificis Rom.

Largitioni Bonifacius tertius anathematizauit eos qui largibus nõ quæritione, & gratia ad Pontificatum uel episcopatum tendunt sibi quærent. Item uoluit electionem episcopi à clero pariter & populo fieri, & c. ut supra quoque recensuimus. Platina hæc in eius uita,

De Stephano sexto scribit Platina quod tanto odio persecutus sit Formosi, eius nominis, primi Romani Pontificis nomen, ut statim eius decreta abrogauerit,

res

res gestas resciderit. Magna fuit hæc controuersia, & pessimi exempli, cum postea ferè semper ser = uata hæc consuetudo sit, ut acta priorum Pontificum sequentes, aut infringent, aut omnino tollerent, si dijs placet. Et eò iam deuenerant ecclesiastici, ut non coacti, ut antea, sed sponte & largitionibus pontificum munus obirent. Hæc Platina. Hæc omnia adhuc fieri uideamus, & tamen religiosi nostri existimant his erroribus reclamandum non esse. Quia Nicolaus primus Pont. Rom. ne laici de clericorũ uita iudicent, statuit. Dist. 28. Can. Cõsulendum. Antonini summa hæc. Itẽ iudicio Pontificis nemini præiudicare licere, neq; eius sententias reprehendere, neq; de eius iudicio licet nõ quàm iudicare, Anton. 9. Quæst. 3. Patet. Item, Pontificem nec solui, nec ligari à seculari potestate posse decernit: quod Pontifex Deus (si dijs placet) appelletur. Anton. Dist. 96. Can. Satis euidenter. Hoc decretum in lib. Conciliorũ adscribitur Gelasio 1. Sed auctori contrariũ Innocentij 2. Pont. Romani apud Lateranum in Synodo decretum. Pontificẽ non, inquit, posse ea pro arbitrio mutare & c. 35. Quæst. 9. supra fol. 426. Item Damas. Papa 2. Quæst. 7. Paulus. Suprà fol. 206. Episcopi reprehendendi sunt à laicis. Et Beda in 2. epist. Pet. 2. Quæst. 7. Secuti. & fol. 34. 32. Gregorius

Gregorius in Registro Ianuario

episcopo Sardinie, 13. Quæst. 2

Can. Quæst. est.

Quæst. est nobis Næreida femina clarissima, quod ab ea solidos pro filia sua sepultura fraternitas uestra uelit exigere. Hoc autem uerbum, & nos postq̄ deo autore ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino uetimus, & per prauã denuo consuetudinẽ nequam quam usurpari permisimus: memores quia dum Abraham à filiis Ephron, &c. Si ergo tantæ considerationis paganus uir fuit, quanto magis nos qui sacerdotes dicimur hoc facere non debemus, unde hoc auaritiæ uitium, ne hic in alienis denuo tentari præsumatur, admono &c. Si quid sponte offerre uoluerint accipere non uetamus, peti uerò aut aliquid exigi omnino prohibemus. Item, Sequens canon. Postquam precio &c. declarat.

Ex concilio Tiburiensi.

Tiburiense concilium.

In Ecclesiastico namq; libro scriptum est: mortuo non prohibeas gratiam, sciens quoniam omnes moriemur. Et item, Omnia quæ de terra orta sunt in terram conuertentur, Quid terram uendis? memento quod terra es, et in terrã reuerteris. Et subdit. Quia non hominis est terra, sed ut Psalmista commemorat

Dominus

Domini est terra & plenitudo eius. Si terram uendis inuasiõne rei reus teneberis: gratis accepistis à deo, gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis terram mortuis uendere & debitam sepulturam denegare.

Ex concilio Varensi, Can.

Præcipiendum.

Præcipiendum est secundum Canonum autoritatem, ut de sepulchris & hominibus sepeliendis nihil concilium. Varense muneris exigent. Et intra. Prohibendum est etiam secundum maiorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu aut exedris ecclesiæ. Infra ecclesias uerò propè altare ubi corpus, & sanguis domini conficitur nullatenus sepeliantur.

DE SEPVLTVRA MORTVO

rum, & impensa funeris.

Nolite flere mortuũ, necq; lugea/ Hier. 22
tis super eũ fletu.

Fili in mortuũ produc lachrymas
& quasi dira passus incipe plorare. Eccl. 38.
Et secundum iudicium contege corpus illius; & non despicias sepulturã

E 3 illius.

illius: Propter delaturā autem amarē fer luctum illius uno die, & consoiare propter tristitiam. Et fac luctū secundum meritum eius uno die uel duobus, propter detractationem.

1. Theß. 4. Cæterum nolo uos ignorare fratres de his, qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum, & cæteri non habentes spem &c.

Esaiæ. 22. Quia tibi excidisti hoc sepulchrū excidisti in excelfo memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi: Ecce dominus asportari te faciet &c. Et 2. Paralipomenon decimo sexto. de Afa rege,

Eccli. Omnia quæ de terra orta sunt in terram conuertentur.

Chrysoft. in cap. ad Heb. 11.

Eccli. Mortuo ne prohibeas gratiam.

Homilia 23.

Ecce iusti eam curam ferebant sepulchrorum, dicamus ad illos, quia non propter hoc. Nam sciebant, quia Domini est terra, & plenitudo eius &c. Et paulo post. Vbicunque enim sepeliamur, domini est

terra

terra &c. scilicet, quod oportet fieri, efficitur.

Idem de inanīs gloriæ cupiditate. Serm. 6

Cunq; & reliqua cum morte unā uita dissoluantur, hic tamen iactantiæ morbus post mortem etiam omni conatu contendit suam uel in ipso cadauere naturam prodere. Quippe hac uita excessuri, & statuas insignes, uel eorum substantiam omnem consumpturas erigi sibi & attolli demandant, præsumuntq; plurimum suo funere luxum, quisque dum in terra uiuerent, nummi unius aut panis gratia adeunti egeno conuiciati sunt, mortui uberem uermibus mensam præbent, & abunde, &c. Et in cap. 20. Homil. 84. Quod impensa funeris nihil profint.

August. in Sententijs ex illo decerptis.

Sicut peccatoribus diuitibus nihil profunt exequiæ sumptuosa: ita nihil nocent, uiles, aut nullæ sanctorū pauperum sepulturæ.

August. lib. 1. de Ciuit. dei

Cap. 12.

Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt uiuorum solatia, quàm

E 4 subsidia

subsidii mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura præciosa, oberit pio uilis aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum exhibuit purpurata illi diuiti turba famulorum. Sed multo clariore in conspectu domini ulceroso illi pauperi ministeriū præbuit angelorum, qui eum non extulerunt in mareum tumultum. Sed in Abrahami gremium sustulerunt.

Ibidem,

Veruntamen sepulture curam etiam eorum Philosophi contempserunt, & sæpe uniuersi exercitus, dum pro terrena patria morentur, ubi postea iacerent, uel quibus bestijs esca fierent non curarunt. Licuit quæ de hac re Poëti plausibiliter dicere: Cælo tegitur, qui non habet urnam. Quanto minus debent de corporibus insepultis insultare. Christianis, quibus & ipsius carnis & membrorum omnium reformatio non solum ex terra, uerum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserunt, in temporis puncta reddenda, & reintegranda promittitur.

Ibidem

Ibidem cap. 13.

Nec ideo tamen contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum, atque fidelium, quibus tanquam organis & uasis, ad omnia bona opera, sanctus usus est spiritus. Si enim paterna uestis & anulus, ac si quid huiusmodi tanto carius est potestis, quanto erga parentes maior extitit affectus. Nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utique multo familiarius atque coniunctius, quam quælibet indumentata gestamus &c. Vide Gen. 23. 25. et 47. Tob. 2 et 12. Matth. 26. Ioan. 12.

Ioannes Chrysoft. tomo 2. Homi. 84.

ex cap. Ioan. 20.

Tu autem cum audieris nudum dominum resurrexisse, cessa quæso ab insana funeris impesa. Quid tibi hoc superfluum uult, & inutile dispendium, quod plus reprobis ipsi faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuis nullam utilitatem, uel damnum potius? Suntuosa namque sepultura nonnunquam causa est, ut fures cadauer effodiant, & nudum & insepultum proijciant, sed inane gloriam, quantam etiam in luctu uiuam, quantam amentiam ostendit? Multi igitur ne id accidat, tenuia scindunt linteamina, & multis implent aromatibus, ut duplici ratione inutilia furibus reddantur, ita terræ man-

E s dant.

dant. Nonne hæc insanientium, nonne furientium sunt ambitionem præ se ferre, & rursus tollere. Sanè, inquit, ut nulla furandi sit occasio, hæc omnia molimur. Quid ergo, si nemo furabitur? Nonne tineæ & uermes: consument? Et si non hi, nonne tempus & putrefactio? Sed esto neq; fures, neq; uermes, neq; tempus, neq; aliud quippiam timendum, sed corpus ad resurrectionem usque intactum permansurum, & ea omnia noua præseruari, quid inde mortuis emolumentum, cum nudum corpus resurgit? Hæc enim hic remanent, nihil illi exanimi conferunt. Sed cur inquires, id in Christo seruatum est? Merito sanè. Noli hæc humanis rebus comparare, nam & unguentum effudit meretrix, & sanctos pedes unxit. Quod si de hoc dicendum est: Hæc primum à non intelligentibus resurrectionis ratione facta sunt, ideo, inquit: Sicut mos erat Iudæis. Neq; enim ex duodecim hæc fecerant, sed qui non multo Iesum honore profecuti sunt. Duodecim autem non sic, sed morti, cædibus, & periculis pro eo se exposuerunt, qui honor longe maior. Præterea, ut dixi, de hominibus nobis nunc sermo est: illa autem domino exhibitæ sunt, & ut intelligas nulli curæ hæc Christo esse, inquit enim: Esurientem me uidistis, et dedistis mihi manducare: Sitientem, & dedistis mihi bibere: Nudum et induisti

Mortuis nihil emolumentum ex impensa funeris.

Ambitio et luxuria funeris tollatur.

induisti me, autem mortuum, & sepelivisti: quod ego non ut sepulturam tollam dico, absit, sed luxuriam, & superfluum ambitionem. Affectus, inquit, et dolor, & mortui misericordia hæc suadet, non est misericordia, sed inanis gloria: nam si uis mortui misereri, aliam tibi uiam ornandi funeris ostendā, & docebo his mortuum uestitus ornare, quæ simul cum eo resurgent & conspicui recedent: hæc uestes nec tineis corroduuntur, neq; tempore consumuntur, neq; diripiuntur à furibus. Quæ autem hæc sunt? Eleemosyna uestis est, quæ resurget. Eleemosyna tanquam signaculum cum eo. His uestibus fulgebunt, qui tunc audient: Esurientem me uidistis, & dedistis mihi manducare: hæc insignes faciunt, hæc conspicuos, hæc securos. Præsentia enim nihil aliud sunt, quam tinearum & uermium escam: non tamen sepulturam prohibeo, sed modus seruetur, ut tegatur corpus, non nudum mādatur terræ. Nam si uiuentibus præcipitur, ne quod habeat præter uestimentum, longè magis mortuis. Neq; enim ita mortuus ueste indiget, ut uiuus, dum enim uiuimus, et frigidis gratia, & caloris, & pudoris uestibus egemus, mortuis nulla horum impeditur necessitas, ne nudum iaceat corpus operiendum est. In primis autem terram optimam habemus operiendum, et ipsi corporum naturæ decetius, quod si ubi tot necessitates, urget, nihil superfluum est ingrediendum multo minus ubi ille cesset, sed qui uiderint ridebunt in ges

Ornamentum mortuorum est eleemosyna.

Quid tum? Quamuis ridearis, minime curādum est stulti iudicium, sed potius multi te admirabuntur, & doctrinā nostram prosequentur. Nō enim digna hęc risu sunt, sed illa quę nunc facimus, cum lugeamus, cū plangimus, cū simul nos cum mortuo defodimus, hęc & risu, & supplicia digna: in his autē & modo sumptibus adhibendo, sapientia uti per quā laudabile est, & omnes nobis plaudent, & Christi uirtutē admirabuntur, & dicent: papē quanta est Crucifixi potentia? Persuasit morientibus, & his qui corrumpuntur non esse mortē. Non enim ut in pereuntes afficiūtur, sed ut in meliōrē locum migrantes. Persuasit corpus hoc mortale & terrenum, uestē induere, serico & auro distinctā, longe preciosiōrē, hoc est immortalitatem: quam obrē non multū de sepultura curant, sed sepulturam optimā putant uitā optimā. Hęc si ita nos philosophati uiderint, dicent: Sin plangentes, effoematos circumstantes plorantibus mulieribus ridebunt, & exprobrabunt, & maiōrē in modū reprehendunt & impensam, amentia appellabunt: etenim hęc accusari audimus, et merito sanē. Quam enim habebimus excusationē, cum corpus tabe & uermibus mox consumendū ornamus, Christum esurientē, nudū, errantem contemnimus? Cessemus quęso, ab hac insana diligentia,

Lugere
mortuos
stultitia est

Sepulturā
christiāi pa
rui facere
debent,

ligentia, sed eam morientū curam habeamus, quę et nobis, & illis conferat ad gloriam Dei. Largas pro eis eleemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima uiatia. Nam si memoria clarorum uirorū, qui mortui sunt prodest uiuentibus: Protegā, inquit, hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruū meū, longe magis eleemosyna id faciet. Hęc mortuos suscitauit, quando circumsteterunt uiduę, ostendētes quę fecerat ipsi Dorcas. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimus: quod si curato corpore animā neglexerimus, multa grauiā perpetiemur, & multum ridebimur.

4. Reg. 16

Acto. 9

August. lib. Confess. 9. cap. 11. de

Monica matre sua.

Frater autem meus quiddam locutus est, quō eam non peregre sed in patria defungi tanq̄ felicius optaret. Quo audito, illa uult anxio reuerberans cum oculis, quod talia saperet, atq; inde me intuens, uideat, qd dicit. Et mox ambobus: ponite, inquit, hoc corpus ubicunq; nihil uos eius cura conturbet. Tantum illud uos rogo, ut ad Domini altare meminertis mei ubi fueritis. Quumq; hęc sententiā uerbis quibus poterat explicasset, cōticuit, & ingrauescēte morbo exerebatur. Ego uerō cogitās dona tua eximia sunt deus

mcus

meus inuisibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum, & proueniunt inde fruges admirabiles, gaudebam & gratias agebam tibi recolens quod noueram quata cur æsemper æstuaſſet de ſepulchro, quod ſibi prouiderat & parauerat iuxta corpus uiri ſui. Quia enim ualde concorditer uiixerant, id etiã uolebat, ut eſt animus humanus minus capax diuinorum, adiungi ad illã felicitatem, & cõmemorari ab hominibus, conceſſum ſibi eſſe poſt tranſmarinã peregrinationẽ, ut coniuncta terra amborũ coniugum terra tegetetur. Quando autẽ iſta inanitas plenitudine bonitatis tuæ cõperat in eius corde non eſſe, neſciẽbã, et letabar admirã quod ſic mihi apparuiſſet: quanquã illo ſermone noſtro ad fenestram cum dixit: *Iam quid hic facio: nõ aperuit deſiderare in patria mori.* Audui etiã poſtea quod iam cum Oſtjjs eſſemus, cũ quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodã die de contẽptu uitæ huius, & bono mortis, ut ipſe non aderã: illisq; ſtupentibus uirtutẽ ſæmine, quam tu dederas ei, querentibus utrum nõ formidaret tam longe à ſua ciuitate corpus relinquere, nihil, inquit, longe eſt deo: neq; timendũ eſt, ne ille nõ agnoſcat in fine ſeculi unde me reſuſcitet.

caret homo.

Non diſceptabit ſpiritus meus in homine in æternũ, quia caro eſt. Opera autem carnis peccata, Gal. 5.

A domino grefſus hominis diriguntur, ut uia eius uolet. Non à libero arbitrio tanquam domino. Pſal. 36

Scio, inquit ille, domine quia nõ eſt hominis uia eius, nec eſt uiri ut dirigat grefſus ſuos. Hie. 10

Ut iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxiſti me, & in uoluntate mea, &c. Pſal. 112

Hominiſ eſt præparare cor, domini autẽ eſt gubernare linguã, hoc eſt, homo ſolet multa proponere, & tamen ad eò non ſunt in manu eius quæ proponit, ut ne uerba quidẽ habeat in poteſtate ſua, coactus mirabili prouidentia dei & loqui, & facere aliter quàm cogitauit: Prouer. 16

cogitauit: sicut in Balaam monstratum est. Num. 24. & Psal. 124. Non est sermo in lingua mea. Et Hiere. 46. Gentes.

Psal. 43 In te domine inimicos nostros uentilabimus cornu, non in arcu uoluntatis nostrae.

Prouer. 21 Sicut diuisiones aquarum, ita & cor Regis in manu domini, quocumque uoluerit, inclinabit illud.

20. A domino diriguntur gressus uiri. Quis autem hominum potest intelligere uiam suam?

Cor hominis cogitat usum suam, & dominus dirigit gressus suos. Idem, 21. dominus dat sapientiam.

Esa. 7 Nisi credideritis, non intelligetis, Idem 40. & 54.

Hier. 15 Si Aethiops potest mutare pellem suam &c. Idem 34. 31. Item. Non possumus ad deum conuerti, nisi ipse prius respiciat, & conuertatur ad nos.

Mat. 10 Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Idem, 11. 17. Pro-

Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali. Et cap. 16. 7. 23. Et Lucae 24.

Christus aperuit discipulis suis scripturas, quas suo pte ingenio intelligere non poterant.

Non potest homo quicquam accipere, nisi donatum ei fuerit de caelo. Et 3. cap. Nisi quis natus, &c. *1. Ioan. 3*

Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum, &c. Idem 13. Sine me nihil potestis facere. Et 14. Spiritum ueritatis mundus non nouit. Et cap. 16. 19.

Cum uenerit spiritus ille ueritatis, ille ducet uos in omnem ueritatem. *Ioan. 16*

Non haberes potestatem ullam in me, nisi datum esset desuper. *19.*

Non enim quod uolo hoc facio. Et cap. 8. & 2. Cor. 2 & 3. *Rom. 7*

Quid habes quod non accepisti? Si accepisti, quid gloriaris quali non accepisti? *4.*

F Dicit

Galat. 1 Dicit Paulus: Euāgelium se nō ab hominibus accepisse, sed per reuelationem Iesu Christi.

2. Vivo autem iam nō ego, uiuit uero in me Christus.

Eph. 1 Deus operatur omnia in omnibus.

Philip. 2 Deus operatur in nobis uelle: et perficere pro bona animi uoluntate.

Actor. 6 Et non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.

EXEMPLA SCRIPTURAE

quod arbitrium nullum habemus liberum.

Gen. 11 **C**onsilium uolentium edificare turrin, inuertit & destruxit deus.

33. Veniet tempus (inquit Esau:) ut cum mortuus fuerit pater meus, et occidam Iacob fratrem meum. Cuius cor tamen molliens dominus, ac frangens effecit, ut Iacob amplexaretur et osculo susciperet, ne perficeret ea quae furibundus promiserat.

30. Fratres Ioseph moliebantur malum contra Ioseph, sed deus uertit in bonum toti populo Israel illud. Vnde dicit Ioseph. Num dei possumus resistere uoluntati: Vos cogitastis de me malum, sed deus uertit illud in bonum. Bilcam

Bileam intendit maledicere populo, & uadit, sed a domino prohibetur per angelum in uia. Num. 22

Absalon totis uiribus conatur perdere Dauid patrem suum, & permisit hanc persecutionem deus propter peccatum Dauid, sed non uincit Absalon. 2. Reg. 15

Achitophel multa uersuta & callida consilia instituit contra Dauid, sed deus uertit in bonum ipsi Dauid, cum interim Achitophel suspendio uitam finiens, perieret. 17.

Vide in Esaiam passum de ijs qui uolunt abscondere a domino consilium quid efficiant.

Frangitur arbitrium uolentibus occidere Paulum. Acto. 27
Contra arbitrium est, quod Paulus intendit ire & persequi Christianos, & uertitur in uia in alium hominem, Acto. 9. 12. 27.

Augustinus lib. contra Fortunatum in disputatione 2.

Liberum uoluntatis arbitrium in illo homine fuisse dico, qui primus formatus est. ille sic factus est, ut nihil omnino uoluntati eius resisteret, si uellet praecipua dei seruare. Postquam autem libera uoluntate ipse peccauit, nos in necessitatem praecipitati sumus, qui ab eius stirpe descendimus. Quamdiu ergo portamus imaginem hominis terreni, id est, quamdiu secundum carnem

nem uiuimus, qui uetus etiã homo nominatur, habemus necessitatẽ consuetudinis nostræ, ut nõ quod uolumus, faciamus. Cum autẽ gratia dei amorẽ nobis diuinum aspirauerit, & nos suæ uoluntati subiectos fecerit, quibus dictũ est: Vos in libertatẽ uocati estis, et

Lex peccati gratia dei liberauit me à lege peccati & mortis: **Lex** autẽ peccati est, ut qui cunctis peccauerit, moriatur: ab

Lex mortis ista lege liberamur, si iusti esse cõperimus. **Lex mortis** est qua dictum est homini: Terra es, & in terram ibis. Ex ipsa enim homines sic nascimur, quia terra sumus, & in terram ibimus, propter meritũ peccati primi hominis: propter autem gratiam dei quæ liberat nos à lege peccati & mortis, ad iusticiã conuersi liberamur, ut postea eadem ipsa caro quæ nos in pœnis torfit in peccatis manentes, subijciatur nobis in resurrectione, & nulla aduersitate nos quatiat, quòminus legem dei, & præcepta diuina seruemus.

Idem lib. de Nouo cantico,

Capite 8.

Quid enim ualeat liberum arbitrium non adiutũ

Liberũ at in ipso Adam demonstratum est. Ad malum sufficit arbitrium ad sibi, ad bonum nõ, nisi adiuetur à deo. Primus enim malum suus ille homo accepit liberum arbitrium rectum, & potuit ante eum sicut scriptura dicit: Ignem & aquã ad quod

ad quod uolueris, inquit, forrige manũ tuam. Eligit ignẽ, reliquit aquam: uidete iustum iudicẽ. Quod elegit homo liber, accepit: malum uoluit, hoc illum secutũ est. Videte rursum iustum iudicem, misericordiam facientem. Cum enim uideret, quod homo totã stirpem suam male usus libero uoluntatis arbitrio, in se tanquam in radice damnasset, ipse non rogatus de cœlo descendit, & humanum genus superbia perreunte, sua humilitate sanauit, errantes perduxit ad uitam, peregrinos perduxit ad patriam. Non ergo gloriatur humana natura de se, sed in eo gloriatur qui fecit se. Item, uide ipsum Augustinum libro de correptione & gratia, capite decimo & undecimo. Item duodecimo.

Idem epistola 106. ad

Paulinum.

Ne offendant in lapidem offensionis, uelut argente defendendo naturam & liberum arbitriũ, quem res liberi admodum philosophi huius mundi, qui uehementer arbutij, egerunt, ut putarentur uel putarent sibi beatam uitam uirtute propriae uoluntatis efficere posse. Cauent ergo isti ne per sapientiã uerbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapide offensionis. **Natura enim humana, etiam si in illa integritate in**

qua condita est, permaneret, nullo modo seipsam creatore suo non adiuvante serualet. Cum igitur sine gratia dei salutem non posset custodire quam accepit, quomodo sine gratia dei potest reparare quam perdidit.

Idem epistola 107. ad

Vitalem.

Arbitrium Si uerè uolumus defendere liberum arbitriū, non nostrū gratiam, qua nostrum ad declinandū à malo faciendū bonum liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc uult esse captiuum.

Ambrosius de uocatione Gen-
tium lib. 1.

Licet, inquit, insit homini bonū nolle, tamen nisi donatum non habet bonum uelle, et illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiā. Bonorum ergo actuum liberum arbitrium non est dominus, quia non bonum, sed cui debeat bonū quod agimus Augustinus indicat.

Augustinus de uerbis Apostoli

Sermone 15.

Spiritus regit, caro regitur: nec spiritus bene regit, si non regatur: unde Psal. 22. Dominus regit me.

¶ 6.

et c. non liberum arbitrium. Vnde et Paulus: Quicumque spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Tu es rex meus et deus meus. Spiritus tuus, ait ille, deducet me, non liberum arbitrium. Idem in Hyponost. tertia responsione: Quod homo, inquit, per malum uelle perdidit posse bene.

Idem de uerbis Apostoli

Sermone 1.

Ecce rex noster deus regit, non liberum arbitrium, quod seruit. Ergo, inquit Augustinus, secundum deum debet uiuere: si secundum seipsum uiuit, deficit. Tunc autem rectè uiuit caro secundum animam, si anima uiuat secundum deum: unde Epicurei uiuentes secundum carnem, et Stoici secundum animam, nec hi nec illi secundum deum uiuentes, defecerunt. Deficit ergo qui uiuit secundum liberum arbitrium, etiam dum uidetur in bonum ferri, qui non uiuit secundum deum. Item, idem Augustinus epist. ad Hilarium 89. Libertas sine gratia nihil est, nisi contumacia, non est libertas: uerè enim liberi eritis, si uos filius liberauerit. In libro arbitrio nulla libertas, sed uera seruitus. Non est uolentis, neque currentis, sed miserentis dei. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Non

Libertas
contumacia est
sine gratia.

F 4 enim

enim sumus liberati nisi gratia, ut ait August. epist. 102. & Iob in tertia responsione, per totum hoc argumentum tractat quomodo nulla uera homini libertas sit, nisi per meram dei gratiam.

Idem lib. de Ecclesiast. dogmatibus

Capite 44.

Hominē nī Si quis per naturæ uigorem bonū aliquid ad salu-
hil posse si lutem pertinet uitæ æternæ, cogitare ut expedit aut
ne deo. eligere, sine saluari, id est, Euangelicæ prædicatio-
ni consentire posse confirmat, absq; illuminatione & inspiratione spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo, & in credendo ueritatem hæretico fallitur spiritu, non intelligens uocem dei in Euangelio, dicentis: Sine me nihil potestis facere. Et illud apostoli: Non quod idonei simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Item sequens caput tu ipse lector lege, quomodo in primi hominis præuaricatione arbitrium liberum infirmatum, uitiatum, atq; pœnitus annihilatum, ut ad nullum bonum proni simus, nisi Deus sua gratia trahat nos Ioannis cap. 6. Item de Spiritu & littera, caput 48.

Cyrillus

Cyrillus in euangelium Io

annis, libro 1. cap. 20.

Paulus ad creaturam dicit: Quid enim habes, Liberi arbitriū quod non accepistis? Non enim esse solum, sed etiam trij uis, bene esse, & sic esse à deo creaturis conceditur, quæ cum nihil à seipsis habeant, sola libertate largientis ditantur.

Augustinus ad Vitalem Epist. 107

Vt in deum credamus, & pie uiuamus, non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Non quia uelle non debemus, & currere, sed quia ipse in nobis & operatur & currere. Nemo, inquit, ad me uenit, nisi fuerit ei datum à patre meo. Idem Retract. lib. 1. cap. 23. Manifestum est ergo quod bene operamur non uolentis, neq; currentis, sed miserentis dei esse, omnino uerissima & sententia est.

Hifychius lib. 2. cap. 7.

in Leuit.

Credere quidem, & proponere bona, nostrum Perficere est, siue incipere ea: operibus autem perficere, & ad aliquid per finem perducere ea quæ cepta sunt, hoc diuina est nos nō posse gratiæ, propter quod dixit Paulus: Non uolentis, ne sumus sine que currentis, sed miserentis est dei, solius enim eius gratia dei, est dirigere actiones.

F 5 Augustinus

Augustinus de uerbis Apostoli,

Serm. 11.

Est enim liberum arbitriū, sed nihil ualet sine dei gratia. Cum enim dico liberum hominis arbitrium, uide quia hominis dico. Quid deinde homo est, quis creauit? deus. Quis ei liberum arbitrium dedit? deus. Si ergo hominem deus creauit, & homini deus liberum arbitrium donauit, qui cquid potest homo de libero arbitrio, cuius gratiæ debetur, nisi eius qui eū condidit cum libero arbitrio? Hæc ille.

Totus homo, & totaliter (sic Sophistæ loquuntur) est à deo. Similiter & uoluntas hominis etiam tota & totaliter à deo est. Nam sine ipso factum est nihil. Ergo & actus hominis est à deo, & totus & totaliter. Apostolus hoc ita esse declarat, qui dat uelle, & operari pro bona uoluntate.

Idem epistola. 102

Qui putant sibi auferri liberum arbitrium, si nec ipsam uoluntatem sine adiutorio dei, hominem haberi consenserint, non intelligunt, non se firmare liberum arbitrium, sed impellere, ut per inania feratur. Non in domino tanquam in petra stabili collocetur. Quo loco docet Augustinus liberum arbitrium sese firmare non posse, sed ad inania impelli, nisi petra

adherat

adherat. Et Anathasio scribens epistola. 144. Sine August. ad
dei gratia, inquit, uoluntas implet humana, quia nec Anathasii
libera dicenda est, quamdiu est uincendis, & uincen- epist. 144.
tibus cupiditatibus subdita. A quo enim quis deui-
ctus est, huic est seruus addictus. Hæc ille. A concu-
piscencia deuictum est liberum arbitrium, ergo ip- Ambrosium
sius est seruum effectum. Et Ambrosius de uocatio-
ne Gentium, cap. finali, lib. 1. cum Augustino in unam
coit sententiam.

Sed quid obsecro hoc uocabuli est totaliter? quod
si bonus actus totus sic à deo proficiscitur, ut tamen
non totaliter, & nonnihil etiam à nostra uoluntate Totaliter
deriuetur, mentitur Apostolus: Scio, inquit, quod quale uoca-
non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Qui- bulum.
bus uerbis perspicuum esse potest quod nihil libero
arbitrio debeo acceptum ferre, si actus bonus to-
tus non negetur à deo esse? Non sumus tam fungi, ut
uelimus sine libero arbitrio aliquid agi à nobis, si-
ne libero arbitrio, inquam, non tanquam autore, sed
tanquam in quo agat autor gratia dei. Hanc nos sen-
tentiam docuit Gregorius.

Gregorius lib. Moralium 22

Cap. 10.

Sciunt sancti uiri, se post primi parentis lapsum,

de

de corruptibili stirpe editus, & non uirtute propria sed praeueniente gratia superna, ad meliora se uel uota (nota uota) uel opera commutatos. Et quicquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum. Quicquid uero boni in se inspiciunt, immortalis gratiae cognoscunt donum. Et audi quae sequuntur. Eiq; de accepto munere debitores fiunt, qui & praeueniendo, dedit eis bonum uelle, qd noluerunt & subsequendo concessit, boni posse, quod uolunt. Intelligitis opinor, quod dixit, noluerunt et uolunt. Et idē alio in loco Homil. 9. super Ezechielcm: Ipse, inquit, nos praeuenit, ut uelimus & adiuuando subsequitur, ne frustra uelimus. Hinc orat ecclesia, in secretis Misae, dominica 5. à ferijs Pentecostes, ut cum ecclesiasticis loquar, Et nostras rebelles ad te compelle uoluntates. Ecce rebellis nostras uoluntas, nisi compellatur ad deum, non saluatur. Sic dicit Seruator: Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Trahimur nolentes, ducimur uolentes.

Item, uide Augustinum in libro de Libero arbitrio & gratia, cap. 20. Satis me disputasse arbitror aduersus eos, qui gratiam dei uehementer oppugnant, quia uoluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam &c.

Bernhardus

Bernhardus de Libero

arbitrio.

Sed multa per malos, siue angelos, siue homines fiunt bona, nec tamen reputantur illis in merita: An potius & cum ipso, hoc est, cum eius bona uoluntate fiebant? Nam si inuitus euangelizauero dispensatio mihi credita est: si autem uolens, gloria est mihi. Caeterum, si uel ipsa uoluntas, de qua omne meritum pendet, ab ipso Paulo non est, quō pacto eam, quam sibi repositam praesumit, coronam uocat iusticiae, & cat.

Augustinus lib. de Correp.

& Gratia. cap. 12.

Nunc uero posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam maioribus donis adiuuanda remansit infirmitas. Placuit enim deo quo maxime superbiam humane praesumptionis extingueret, ut non gloriaretur omnis caro coram ipso, nisi de meritis suis, quae quidem potuit habere, sed perdidit: & quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est, per liberum arbitrium, propter quod non restat liberandis nisi gratia saluatoris. Non enim gloriatur iniusti, qui non habent unde. Nec iusti, quia ex ipso habent unde, nec habent gloriam suam, nisi ipsum, cui

dicunt:

dicunt: Gloria mea et exaltans caput meum. Ac per hoc nec de ipsa perseverantia boni, uoluit deus sanctos suos in uiribus suis, sed in ipso gloriari qui eis non solum dat auditorium, quale primo homini dedit, sine quo non possunt si uelint, sed in eis operatur etiam et uelle: quoniam non perseverabunt, nisi ut possint, et uelint, perseverandi eis possibilitas et uoluntas, diuinae gratiae largitate donetur. Tantum quippe spiritu sancto accenditur uoluntas eorum, ut ideo possint, quia sic uelint: ideo sic uelint, quia deus operatur ut uelint. Nam si in tanta infirmitate uita huius, in qua tamen infirmitate, propter elationem reprehendam, perfrui uirtutem oportebat, ipsis relinquere uoluntas sua, ut in adiutorio dei, sine quo perseverare non possent manerent si uellent, nec deus operatur in eis ut uellent: inter tot et tantas tentationes infirmitate sua uoluntas ipsa succumberet, et ideo perseverare non possent, qui deficientes infirmitate nec uellent, aut non ita uellent, infirmitate uoluntatis ut possunt. Subiectum est ergo infirmitati uoluntatis humane, ut gratia diuina indeclinabiliter, et inseparabiliter ageretur, et ideo quamuis infirma, non tamen deficeret, neque aduersitate aliqua uinceretur, etc.

Cyrillus

Cyrillus Thesaur. lib. 8.

Cap. 1.

Est autem naturæ humane proprium à deo accipere. Quid enim habet quod non accepit? ut scribitur. 1. Corinth. 4. Ut homo igitur per gratiam à deitate accepit, quæ ut deus naturaliter habet. Et alibi, in Euangelio Ioan. cap. 1. lib. 1. cap. 8. dicit: Nihil per nos ipsos facimus, sed illuminatione uultus dei cuncta fiunt.

Bernhardus de Libero arbitrio et Gratia.

In eandem imaginem transformemur à claritate in claritate, tanquam à spiritu domini. Ergo si à domini spiritu, iam non à libero arbitrio. Nemo proinde putet, ideo dictum liberum arbitrium, quod *Liberum est* qua inter bonum, et malum potestate aut facultate *bitrium quæ* uersetur, cum cadere per se quidem potuerit, non *re dictum.* autem resurgere nisi per domini spiritum. Alioquin nec deus, nec angeli sancti, cum ita sint boni, ut non possint esse et mali: nec preuaricatores item angeli, cum ita sint mali, ut iam non ualeant esse boni liberi arbitrij esse dicuntur, sed et nos illud post resurrectionem amissuri sumus, quando utique inseparabiliter alij bonis, alij malis admixti fuerimus.

Ceterum

Ceterum nec deus caret libero arbitrio nec diabolus quin quod ille esse non potest malus, non infirma facit necessitas, sed firma in bono uoluntas, & uoluntaria firmitas, quodq; is non ualet in bonum respirare non aliena facit uiolenta oppressio, sed sua ipsius in malo obstinata uoluntaria obstinatio. Nunc igitur ex eo potius liberum arbitrium dicitur, quod siue in bono, siue in malo æque liberam facit uoluntatem, cum nec bonus quispiam, nec item malus dici debeat, aut esse ualeat nisi uolens. Tali iam ratione non incongrue dicitur ad bonum se, & ad malū habere æqualiter, quod utrobique uidelicet par sit ei, non quidem in electione facilitas, sed in uoluntate libertas.

Augustinus in Enchi-

ridio ad Laurentium,

Cap. 29. & 30.

Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero uoluntatis arbitrio? Et hoc absit: nam libero arbitrio male utens homo, & se perdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit, utiq; uiuendo se occidit, sed se occidendo nō uiuit, nec seipsum potest resuscitare cum occiderit, ita cum libero peccaretur arbitrio, uictore peccato amissum est liberum arbitrium: à quo

quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Petri certè apostoli est ista sententia: Quæ cū uera sit qualis quæso potest serui addicti esse libertas nisi quando eum peccare delectat.

Idem contra duras epist. Pelagiano

runt ad Bonifacium lib. 2 cap. 9

Pelagiani dicunt se confiteri, gratiam quoque adiuuare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studiū uirtutis immittere? Hoc quippe ita dicunt, uelut homo à seipso sine adiutorio dei habeat propositum bonum, studiūq; uirtutis, quo merito precedente dignus sit adiuuari dei gratia subsequente, &.

Bernhardus in tractatu de Gratia

& Libero arbitrio.

Quid igitur? Hoc ego totū liberi arbitrij opus: hoc solum eius est meritū quod consentit? Est prorsus. Nō quidē quod uel consensus, in quo omne meritū consistit, ab ipso sit: cum nec cogitare (quod minus est quā cōsentire) aliquid à nobis quasi ex nobis sufficētes sumus. Verba sunt nō mea, sed Apostoli, quod omne quod boni esse potest, id est, cogitare & uelle & perficere pro bona uoluntate, attribuit deo, non suo arbitrio.

g Augu-

Augustinus de Verbis apostoli

Sermone 13.

Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiue-
tis. Sed dicere posses, hoc potest uoluntas mea, hoc
potest liberum arbitrium meum. *Quæ uoluntas?
Quod liberum arbitrium?* Nisi ille regat cadis, nisi
ille regat iaces. Quomodo ergo spiritu tuo, cum au-
dias Apostolū dicentem: Quotquot enim spiritu dei
aguntur, hij filij sunt dei? Tute uis agere, à teipso uis
ad actiões carnis mortificādas? Quid tibi prodest q̄a
non eris Epicureus & eris Stoicus? siue Epicureus
eris, siue Stoicus eris, inter filios dei non eris. Quot-
quot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, non
qui secundum carnē uiuunt suam, non qui secundum
spiritum suum uiuunt, non qui carnis uoluptate du-
cuntur, non qui spiritu suo aguntur: sed quotquot
spiritu dei agūtur, hi filij sunt dei. Dicit aliquis mihi:
Ergo aguntur, non agimus. Respondeo: Imò & agis
& ageris. Et tunc bene agis, si à bono spiritu agaris.
Sequitur: Si defuerit, prorsus nihil boni agere pote-
ris, agis quidem illo non adiuuante libera uoluntate,
sed male. Adhæc idonea est uoluntas tua quæ uoca-
tur libera, male agēdo fit damnabilis ancilla. Cū dico
tibi sine adiutorio dei nihil agas, nihil boni dico. Nam
ad male

ad male agendū habes sine adiutorio dei liberā uolum-
tatem, quanquam non est illa libera. Et illico, Sic nos
tamen scitote agere bona, ut sit rector spiritus adu-
tor, qui sibi uerò defuerit, nihil boni omnino agere
ualeatis.

Idem de Gratia Christi cōtra Pelag.
& Celestium, lib. 1.

Legant ergo & intelligat, intueamur atq; fate= Possibilitas
antur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, nostra ex
sed interna atq; occulta mirabili ac ineffabili potesta deo.
te operari deum in cordibus hominum, non solum ue-
ras reuelationes, sed etiam bonas uoluntates, & c.
Lege sequentia.

August. in Psal. 142.

Noli putare te aliquid operari, nisi in quantū ma Homonihil
lus es: Auerte ab opere tuo te ad opus illius qui fecit se putetope
te, ipse formet, & ipse quod formauerat, & tu exter rari, nisi in
minasti, reformet. Ut enim sis, ipse operatus est, ut bo quātūmal
nus sis, si bonus es ipse operatur. Et, Ipsius sumus eni
figmētum creati in Christo Iesu in operibus bonis. Et
deus solus hominem trahit.

Item in lib. de Eccle. dogmatibus
capite 25.

Quod nemo nisi per Christum libero bene ut a=

tur arbitrio, idem Magister in epistola ad Mileuentanum concilium data prædicat, dicens: Aduerte tandem ô prauissimarum mentium doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius utitur, in præuocatione presumptione incideret: nec ex hac potuit erui, nisi ei à pro uidentia regenerationis statum pristinae libertatis Christi domini reformasset aduentus. Item ibidē cap.

41. Si quis ut à peccato purgemur, uoluntatem nostram deum expectare contendit: non autem ut etiam purgari uelintus per spiritus infusionem & operationem in nobis fieri consuetur, resistit ipsi spiritui sancto per Salamonem dicenti: Preparatur uoluntas à domino. Et Apostolo salubriter prædicati: Deus

est qui operatur in nobis, & uelle & proficere pro bona uoluntate. Item August. in lib. de Ecclesiæ dogma. cap. 27. Ita deus ex cordibus hominum, atq; in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, piæ consilium, omnisq; motus bonæ uoluntatis ex deo sit: quia per alium aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Et capite 23. Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donauerit, qui solus est bonus.

August.

Gratia Christi, cap. 14.

Omnis qui didicit (ut Christus loquitur) uenit, quisquis non uenit, profecto nec didicit. Quis autem non uideat & uenire quenquam, & non uenire arbitrio uoluntatis? Sed hoc arbitrium potest esse solum si nõ uenit, non autem potest nisi adiutum esse si uenit. Et sic adiutum, ut nõ solum quid faciendum sit, sciat, sed quod scierit etiam faciat. Ac per hoc quando deus docet, non per legis literam, sed per spiritus gratiã, ita docet, ut quod quisq; didicerit, non tantum cognoscendo uideat, sed etiam uolendo appetat, agendoq; perficiat.

Item Valentino de Libero arbitrio.

Epistola 46.

Secundum hanc fidem intelligite, ut neque negetis dei gratiam, neq; liberum arbitrium sic defendatis, ut à Dei gratia separetis, tanquam sine illa uel cogitare aliquid uel agere secundum deum ulla ratione possumus, quod omnino non possumus. Propter hoc enim dominus cum de fructu iusticie loqueretur, ait discipulis suis: Sine me nihil potestis facere &c. Illi heretici seipso à seipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis non dederit deus sed ipsi si-

G 2 bi, non

bi, non utiq; in domino, sed in semetipsis gloriantur. Talibus enim dicit Apostolus: Quis enim te discer- nit? Quod ideo dicit, quia de massa illius perditio- nis, quæ facta est ex Adam, non discernit hominem, ut eum faciat uas in honorem non in contumeliam, nisi deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset: Quis enim te discernit. posset responde- re uel uoce uel cogitatione, & dicere: Discernit me fi- des mea, discernit me oratio mea, discernit me iusti- cia mea. Mox Apostolus occurrit cogitationibus eius & dixit: Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sic autem gloriantur, quasi non acceperint, qui se à seipsis iustificari petant, ac per hoc in semetipsis non in domino gloriantur. Propter quod ego in hac epi- stola quæ ad uos peruenit, probaui per testimonia san- ctarum scripturarum, quæ ibi potestis inspicere, & bona opera nostra, & pijs orationes, & rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi hæc acceperi- mus ab illo, de quo dicit apostolus Iacobus: Omne da- tum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum.

Cōuersio
nostra pe-
nes deū, ui-
de Aug. li. 8
Cōfessionū
cap. 4

Bernar-

Bernhardus super Can.

Sermone 81.

Hanc uim à natura solus homo non patitur quan- dam uim & ipse: & ideo solus inter animantia li- ber. Et tamen interueniente peccato patitur quan- dam uim & ipse: sed à uoluntate, non à natura, ut ne sic quidem ingenita libertate priuetur. Quod enim uoluntarium & liberum, & quidem peccato factum est, ut corpus quod corrumpitur aggrauet animam, sed amore nō mole. Nam quod surgere ani- ma per se iam non potest, quæ per se cadere potuit uoluntas in causa est, quæ corrupti corporis uitio ac uitioso amore languescens & iacens, amorem pa- riter iusticiæ non amittit. Ita nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi uoluntas peccato quidem in de- terius mutata, necessitatem facit, ut nec necessitas cum uoluntaria sit, excusare ualeat uoluntatem, nec uoluntas cum sit illecta excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodammodo uoluntaria. Est fauorabilis uis quæ eadē præmendo blandiens & blan- diendo præmens, unde sese rea uoluntas ubi semel peccato consenserit, nec excutere iam per se, nec ex- cusare: tamen ullatenus de ratione queat. Inde quæ- rela illa uox ueluti gementis sub onere necessitatis

G 4 huius

huius: Domine inquit uim patior, responde pro me, Sed rursus sciens quod non iuste causaretur aduersus dominum, cum uoluntas sua ipsius potius in causa foret: attende quid secutus intulerit: Quid dicās, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim, premebatur iugo, non alio tamen quam uoluntarie cuiusdā seruitutis, & erat pro seruitute quidem miserabilis, sed pro uoluntate inexcusabilis: uoluntas enim est, quæ secum esset libera seruam fecit peccati, peccato assentiendo, uoluntas nihilominus est, quæ se sub peccato tenet uoluntarie seruiēdo. Vide quid dicās ait aliquis mihi: Tu uoluntariū dicis, quod iam necessariū constat esse? Verum quidē est quod uoluntas seipsam addixerit, sed nō ipsa se retinet, magis retinetur ut nolens. Bene hoc saltem das, quia retinetur. Sed uigilāter retine, uoluntate esse quam retineri fateris. Itaq; uoluntatem nolentē dicis? Nam utiq; uoluntas retinetur non nolens: uoluntas enim uolentis est, nō nolentis. Quod ij nolens retinetur, ipsa se retinet. Quid ergo dicet, aut quid respondebit ei cum ipsa fecerit. Quid fecit? seruam se fecit, unde dicitur: Qui facit peccatū seruus est peccati. Propterea cum peccauit (peccauit autem cum in peccato obedire decreuit:) seruam se fecit.

Augu-

Augustinus Vitali Carthaginensi contra Pelagianum Vitalem.

Liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati grauitate perdidimus, & lex dei atque doctrina quamuis sancta, & iusta, & bona, tamen occidit: si non uiuificat spiritus, per quem fit, non ut audiendo, sed ut obediendo, neque ut lectione, sed ut dilectione teneatur. Quapropter ut in deum credamus & pie uiuamus, & cæt. uide supra ad Vitalem epistolam, 107.

Cyrillus in Ioannem lib. 4.

Cap. 30

Liberum enim homo animal est, & potest siue dextrum, siue sinistrum si uelit, iter (uirtutē dico, aut uitium) eligere.

Augustinus lib. 2. Retract.

Cap. 1.

Quamuis sit in cuiusq; potestate quid uelit, non est tamen in cuiusq; potestate quid possit. Quod ideo dictum est, quia non dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum uolumus, fit, ubi prius, & maxime est ipsum uelle, sine ullo quippe interuallo tēporis præstito est uoluntas ipsa cum uolumus: sed hanc quoq; ad

G 5 bene

bene uiuendum desuper accipimus potestatem, cum
preparatur uoluntas à domino. Idem lib. 1. cap.

Hieronymus contra Pelagianum Ctesiphontem.

Quam (arbitrij intelligit libertatem) ad nos libenter amplectimur, ita duntaxat, ut agamus semper per gratias largitori, sciamus quæ nos nihil esse, nisi quod donauit, in nobis ipse seruauerit, dicente Apostolo: non est uolentis neque currentis, sed miserentis dei, uelle et currere meum est, sed ipsum meum sine dei semper auxilio non erit meum. Dicit enim idem Apostolus: Deus est, qui operatur in nobis, et uelle et perficere. Ac paulo post: Non mihi sufficit quod semel donauit, nisi semper donauerit. Vide liberum arbitrium suum agnoscit, et non suum. Eo certe cum agat, non ex necessitate cogente, non absque deliberatione, sponteque propria suum arbitrium recte uocat, quod rursus, dum ad bonum fertur, non suum iure et æque recte constitetur.

Opus liberi arbitrij tanquam priuatum et proprium est peccatum: quare sicut palmes non potest edere fructum à semetipso, nisi manserit in uite, ita nec nos, nisi manserimus in Christo, id quod docet Euangelium: Quisquis est extra Christum, mala est arbor

arbor, et extra uitam, qui aut nullos, aut acerbos, aut noxios edit fructus: palmites autem qui manent in uite, id est, in Christo, purgantur ab agricola cœlesti deo patre, qui nisi purget computrescunt in stercore suo palmites, hoc est, homines liberi arbitrij sordibus uolutati.

Augustinus in Ioannem

Tractatu 49.

Nemo, inquit, sibi palpet, de suo Sathan est. Sathan autem non ualet, nisi ad peccandum. Idem ibidem Tractatu 21. Vita nostra tanquam nostra, id est de uoluntate propria, non erit nisi mala, peccatrix iniqua: uita uero bona, de deo in nobis est, non à nobis, in uita sua erat: qui bene uiuit, ad uitam Christi transit, particeps factus uitæ. Fuiſtis, inquit Apostolus, aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. In te ergo tenebræ, in domino lux. Hæc ille.

Ambrosius de uocatione Genti

um lib. 1. capite ultimo.

Licet insit homini, malum nolle, tamen nisi donatum non habet, bonum uelle. Illud contraxit natura per culpam, hæc recipit natura per gratiam. unde Augustinus de uerbis domini super Mattheum

Sermo.

Sermon. 50. Nemo malus fiat bonum, si nemo malus bonum facit. Homo malus, quomodo se facit bonum? Facit de malo bonum, qui semper est bonus: Sana me domine, inquit, & saluabor. Saluum me fac & saluus ero. Quid mihi dicunt uani uana? Tu te saluum facis si uolueris? Sana me domine, & sanabor, Et quia qui uidentur bona agere libero arbitrio, non deo hoc tribuunt, nec deum in actibus suis glorificant, propterea dabit illos deus in sensum reprobum, ut faciant ea quæ non conueniunt &c.

Innocentius, eius nominis, primus, Pont. Rom. sub Theodosij temporibus fuit. Pelagium monachum & Caelestium hereseos damnauit, quod liberum arbitrium gratiæ dei præferrent, dicerentque uoluntatē per se sufficere ad implēda dei mādata. Platina. Sabellicus.

Augustinus Sermon. 13. de uerbis Apostoli.

Hoc potest uoluntas mea, hoc potest liberum arbitrium meum: quod liberum arbitrium, nisi ille regat cadis, nisi ille regat iaces. Et paulò post. Prorsus si defuerit dei adiutorium nihil boni agere poteris. Agis quidem illo non iuuante libera uoluntate, sed male. Ad hoc idonea est uoluntasua, quæ uocatur libera, ut male agendo sit damnabilis ancilla. Vbi hic libertas

libertas in bonum? Et epist. 107. Non est gratia dei in natura liberi arbitrij, in lege atque doctrina, sicut Pelagiana peruersitas desipit: sed ante singulos actus datur illius uoluntate, de quo scriptum est: Animam uoluntariam segregabis deus hereditati tuæ, quia et liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati grauitate perdidimus. Et lex dei atque doctrina quæ uis & sancta, & iusta, et bona sit, tamen occidit si non uiuificat spiritus, per quem fit, ut non audiendo, sed ut obediendo: non lectione, sed dilectione teneatur.

Item Contra duas epistolas Pelag.

ad Bonifacium, lib. 2. Cap. 8.

Hominis est præparare cor, & à domino respon- **Præparatio**
sio linguæ, non bene intelligendo falluntur: ut existitur cor à
ment cor præparare, hoc est bonum inchoare sine ad domino ad
iutorio gratiæ dei ad hominem pertinere. Absit, ut bonum.
sic intelligant filij promissionis, tanquam cum audierint dominum dicentem: Sine me nihil potestis facere quasi conuincant eum, dicentes: Ecce idonei sumus & nobismetipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. **Cogitatio**
Quis enim potest bona cogitatione ad bonum cor præparare? Absit ut sic intelligant, bona nõ est nisi superbi sui arbitrij defensores, & fidei catholice à nobis.
& desertores. Ideò quippe scriptum est: Hominis est præparare

præparare cor, & à domino responsio lingue: quia homo præparat, non tamen sine adiutorio dei: ita etiam dictum est: Aperi os & implebo illud. Quamuis enim nisi adiuuante illo sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire: tamen nos aperimus illius adiumento & opere nostro implet, aut illud dominus sine opere nostro. Nā quid est præparare cor & os aperire, nisi uoluntatem parare? Et tamen in eisdem literis legitur: Præparatur uoluntas à domino: Ego aperiam os tuum & instruam te ea quæ de

omnia bona deus in homine bona, quæ non facit homo: nulla uero facit homo, quæ non facit deus, ut faciat homo.

Ambrosius de uocatione Gentium, lib. 1. cap. 9.

Conuersio à domino, non per ipsum dominus protestatur & dicit: Et dabo illis cor ut sciant me, quia ego sum dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in deum, qui conuertentur ad me ex toto corde suo. Item, idem prædicans, quod ut deus cognoscitur, ex deo fit: Et dabo illis cor cognoscendi me & aures audiendi, &c.

Aug. de fide ad Petrum Diac. li. 2. ca. 31.
Firmissime tene, & nullatenus dubites neminem hic

hic posse hominum poenitentiam agere, nisi quem deus illuminauerit, & grauita sua miseratione conuerterit. Apostolus enim dicit: Ne forte det illis deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiciant à diaboli laqueis. Item August. lib. exposit. inchoata in epist. ad Romanos dicit poenitentiam esse ex gratia dei.

August. de Genes. ad literam
libro 9. capite 18.

Ibi est & gratia per quam salui fiunt peccatores. Qui reuertitur, non sibi deprauatam, recursum per semetipsum non habet: sed per Dei gratiam quæ adiuuatur & instauratur. Neque enim desperandi sunt homines in illa sententia, in qua scriptum est: Omnes qui ambulant in ea, non reuertuntur. Dicitum est enim secundum pondus iniquitatis suæ, ut quod reuertitur qui reuertitur, non sibi tribuat, sed gratiæ dei: non ex operibus, ne forte extollatur.

Thomas de Aquino

Liberum arbitrium, nisi & moueatur (fatetur) inuuetur à deo, ad bonum nihil ualere. Hoc ingenue omnes, non ueteres modo, sed & recentiores Theologi consentunt.

August.

August. in libro de spiritu
litera capite 3.

Nos autem dicimus humanam uoluntate sic diuinitus adiuuari ad faciendam iusticiam, ut preter quod creatus est homo, cum libero uoluntatis arbitrio, preterque doctrinam, que ei precipitur, quem admodum uiuere debeat, accipiat spiritum sanctum, quod fiat in animo eius delectatio, dilectioque; summi illius atque incommutabilis boni, quod Deus est. Etiam nunc cum per fidem ambulatur, nondum per speciem, ut hac sibi uelut area data gratuiti muneris, in ardeat in herere creatori, atque inflammetur accedere, ad participationem illius ueri luminis, ut ex illo ei bene sit, a quo habet ut sit. Nam neque liberum quicquam, nisi ad peccandum ualet, si lateat ueritatis uia. Et cum id quod agendum, et quo nitendum est, coeperit non latere, nisi etiam delectet et ametur, non agitur, non suspicitur, non bene uiuitur: ut autem diligatur, charitas dei diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium liberum, quod surgit ex nobis, sed per spiritum sanctum quibus datus est nobis.

Liberum nobis Augustinus arbitrium esse concedit ratione, eod quod uiuimus, neque uel impetu sensum uel ui externi agentis tantum impellimur. Id autem, si preter

si preter doctrinam nihil nobis diuini spiritus imperiatur, ad peccandum tantum ualere, eoque necessarium esse, ut per spiritum sanctum et ueritas iudicetur, et amor eius in nobis accendatur. Hac ratione, nec hominis dignitas, qua eum conditor dignatus est, negatur, et rursus diuine gratie uirtutisque spiritus nihil detrahitur.

Idem eodem libro de Spiritu
et Litera.

Liberum ergo, inquit, arbitrium euacuamus per gratiam absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, sed statui etc.

DE PRÆDESTINATIONE,

Vocatione, Iustificatione, et Glorificatione.

Scimus autem quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos præsciuit et prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: Rom. 8

H quos

482 DE PRAEDESTINATIONE
quos autem praedestinavit, hos & uo-
cavit: & quos uocavit, hos & iustifi-
cavit: quos autem iustificavit illos &
magnificavit.

Eph. 1

Sicut elegit nos in ipso ante consti-
tutionem mundi, ut essemus sancti et
immaculati in conspectu eius in cha-
ritate. Qui praedestinavit nos in ado-
ptionem filiorum per Iesum Christum
in ipsum, secundum propositum uo-
luntatis suae, in laudem gloriae gra-
tiae suae, in quam gratificavit uos, in
dilecto filio suo, in quo habemus re-
demptionem per sanguinem eius &
caetera.

A. 13

Ioan. 13

Et crediderunt quotquot erant pre-
ordinati ad vitam aeternam, Ego scio
quos elegerim.

2. Reg. 15

Porro triumphator in Israel non
parcet, & poenitudine non flectetur.
Neque enim homo est ut agat poeni-
tentiam, etc.

Es. 40

Vsquequò tu luges Saul, cum ego
proiecerim eum ne regnet super Israel.
Semel

ET VOCATIONE. 483

Semel loquitur Deus, & secundo
Id ipsum non repetit. *Iob. 33*

Ego enim Dominus, & non mutor. *Mal. 13*
Non est Deus quasi homo ut men-
tiatur; nec ut filius hominis ut mu-
tetur.

Dixit ergo & non faciet. Loquutus
est & non implebit.

Sine poenitentia enim sunt dona et
uocatio Dei. O altitudo diuitiarum
sapientiae & scientiae Dei. *Rom. 11*

Quoniam ex ipso, & per ipsum &
in ipso sunt omnia, ipsi gloria in seculum
saeculorum.

Miserebor cui uolero, & clemens
ero in quem mihi placuerit et caetera.
Inuenisti enim gratiam coram me, et
te ipsum notui ex nomine. *Exod. 33*

Et respexit Dominus ad Abel & ad
munera eius; ad Cain autem & ad mu-
nera eius non respexit. *Gen. 4*

Quia respexit humilitatem ancillae
sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. *Luce 2*

H a Et

Luc. 22. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus uerbi domini sicut dixerat.

Rom. 9 Cum enim nondū nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut malī, ut secundum electionem, propositū Dei maneret, nō ex operibus, sed ex uocāte dictū est ei: quia maior seruiet minorī sicut scriptum est: Iacob dilexi. Esau autem odio habui, &c.

Eccī. 30 Omnia opera domini bona, & omne opus hora sua subministrabit. Nō est dicere, hoc illo nequius est Omnia enim in tēpore suo cōprobabūtur. Et nūc in omni corde & ore collaudate & benedicite nomen Domini.

4. Esd. 7 Scio Domine quoniam uocatus est altissimus misericors, in eo quid miseretur his qui nondū in seculo aduerunt.

Exod. 10 Ego enim induraui cor Pharaonis & seruorum illius, ut faciam signa mea hic in eo: & narres in auribus filij tui & nepotum tuorum quoties contri-

cōtriuierim Aegyptios, & signa mea fecerim in eos: & sciatis quia, ego dominus Deus.

Nam plurima opera sunt in abscon- **Eccle. 16**
sis: sed opera iusticie eius quis enunciat, aut quis sustinebit? Longe enim est testamentum a quibusdam: et interrogatio hominum in consummatione est.

Ecce Deus excelsus in fortitudine **Iob. 36**
sua & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari uias eius: aut quis audet ei dicere: operatus es iniquitatem &c.

Temporibus suis dicetur, Iacob, & **Num. 23**
Israēl quid operatus sit Deus.

Reliquiae secundū electionem gratiae Dei, saluæ factæ sunt. Si autē gratia iam non ex operibus &c. **Rom. 11**

Videre uocationem uestram fratres: **1. Cor. 12**
quia nō multi sapientes secundū carnē, nō multi potentes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, &c.

1. Petri. 5

Deus autem omnis gratie qui uocauit nos in aeternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passus, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum.

2. Timo. 1

Qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum: & gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu, ante tempora secularia.

Esa. 34

Ecce ego creauit fabrum sufflatem in igne prunas, & proferentem in opus suum: & ego creauit interfectorem ad disperdendum.

Sapient. 15

Tu autem Deus noster suauis & uerus es: patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus, quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te consummata iusticia est.

Vnum

Vnum est quod loquutus sum & innocentem & impium ipse consummit, &c. Iob. 9

A Domino egressus est sermo. Non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. Gen. 24

Nolite timere: Num Dei possum resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum: sed Deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in praesentiarum cernitis, et saluos faceret multos populos. Gen. 49

Omne quod dat mihi pater ad me ueniet. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Io. 3. 6

Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrosum non abii. Esa. 50

Aurem audientem, et oculum uidentem Dominus fecit utrumque. Proue. 20.

Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, et praesumere digna horum quae mihi dantur: quoniam ipse sapientiae dux est et sapientum emen-

H 4 dator.

488 DE PRAEDESTINATIONE
dator. In manu enim illius & nos &
sermone uestri, & omnis sapiētia et
operum scientiā disciplina.

Quare ergo dicit Paulus, qui om-
nes homines uult saluos fieri, & ad
agnitionem ueritatis uenire? 1. Ti-
moth. 2.

2 Petri 3. Nolens aliquos perire, sed omnes
ad pœnitentiam reuertī.

Augustinus libro de prædesti-
natione Sanctorum.

Cap. 10

Prædesti-
natio et grā
quomodo
differunt.
Inter prædestinationem & gratiam hoc tantum
interest, quod prædestinatio est gratiæ præparatio,
gratia uerò iam est ipsa donatio. Prædestinatio
est quæ sine præscientia esse non potest: potest au-
tem esse sine prædestinatione, præscientia. Præde-
stinatione quippe Deus ea præsciuit, quæ fuerat ip-
se facturus. Præscire autem potens est etiam quæ ipse
non fecit, sicut quæcunque peccata: quia & sunt
quædam quæ ita peccata sunt, ut pœnæ etiam sint pec-
catorum. Vnde dictum est: Tradidit Deus illos in
reprobam mentem, ut faciant quæ non conueniunt,
non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Quocirca
præ-

ET VOCATIONE. 489

prædestinatio Dei quæ in bono est, gratiæ est præ-
paratio: gratia uerò est ipsius prædestinationis ef-
fectus.

Hierony. lib. Comment.

in Epistolam ad Ephesios.

Cap. 1.

Inter prædestinationem autem & propositum, hi Prædestina-
tiō qui solent inter uerba discutere, hoc asserunt interes-
tio & pro-
se, quod prædestinatio, alicuius rei multo ante in men-
te eius quid desinet, qui futurum sit, præfiguret. Pro-
positum autem, cum iam uicina sit machinatio, & pe-
nè cogitationem sequatur effectus.

Fulgentius lib. primo

ad Monimum.

Neque enim alia est eius prædestinatio, nisi futuro-
rum operum eius æterna præparatio.

August. in Soliloquijs.

Cap. 27

Omnes autem nos, quasi pammus menstruatæ, de
massa corrupta, & immunda uenientes, maculam
immunditiæ nostræ (quam celare saltem tibi qui om-
nia uides nō possumus) in frontibus portamus: quare
mundi esse non possumus, nisi tu mundaueris, qui so-
lus es mundus. Mundus autem de nobis filijs hominum

H 5 eos, 118

Prædestina eos, in quibus tibi complacuit habitare, quos ab inaccessibilibus profundis secretis iudiciorum incomprehenduntur.

Iudicia dei abyssus multa. quod admirantur tabescentes omnes sapientes terræ. Et ego domine hoc considerans expauesco, et ob

Rom. 9. stupesco de altitudine diuitiarum sapientiæ et scientiæ tuæ ad quam ego non pertingo, et incomprehensibilia iudicia iustitiæ tuæ: quoniam eodē modo alia quidem facis uasa in honorem, alia uerò in contumeliam

Bonis omnia cooperantur in bonum. sempiternam. Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuum, ipsos mundas, effundas super eos aquam mundam, quorum nomina, numerumque tu nosti, qui nequaquam possunt perire, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata. Cum enim cadunt non colliduntur: quia tu supponis manū tuam, custodiens omnia ossa eorum, ut unū ex eis non cōteratur. Attamen mors peccatorum pessima: illorum inquam, quos antequam faceres coelum et terram, secundum abyssum multam iudiciorum tuorum occultorum, semper autem iustorum præsciisti ad mortem æternam, quorum dinumeratio nominum

et me-

et meritorum prauorum apud te est, qui numerum malis omnium arenæ maris dinumerasti, et dimensus es profundum abyssi quos reliquisti in immundicijs suis omnia cooperantur in malum, et ipsa etiam oratio uertitur in peccatum: ut si etiam usque ad coelos ascenderint, et inter sydera cœli collocauerint nidum suum quasi sterquilinum in fine perdentur.

Augustinus ad Paulinum.

Epist. 79.

Sine poenitentia sunt dona et uocatio Dei. Vides Immutabilem certè illos significari, qui pertinent ad numerum prædestinatorum. De quibus alio loco dicit: Scimus quoniam diligenter Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi. Qui uerò electi, ipsi sunt secundum propositum uocati, in quibus dei præscientia procul dubio falli non potest. Hos præsciuit et prædestinauit, conformes imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos prædestinauit, hos et uocauit. Hæc uocatio secundum propositum est, hæc est sine poenitentia. Quos autem uocauit, illos et iustificauit. Quos autem iustificauit, illos et glorificauit. Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Nos

Non perse- uerantes in fine non sunt praedestinati.

Nos sunt in ista uocatione, qui in fide quae per dilectionem operatur, etiam si aliquantulum ambulauit non perseverant usque in finem. Et utique potuerunt rapi, ne malitia mutare intellectum eorum, si ad illam praedestinationem et uocationem quae secundum propositum, et sine poenitentia est, pertinerent. At ne quisquam praesumptoria de occultis iudicet alienis, ut dicitur, ideo non rapti sunt ex hac uita antequam essent

Vnde quidam apostatae fiunt.

fidei desertores: quia in eadem uita non fideliter ambulabant, et hoc in eorum cordibus nouerat Dominus, quamuis hominibus aliter appareret quid dicturus est de infantibus paruulis, qui plerique accepto in illa aetate Christianae gratiae sacramento, cum sine dubio pertinerent ad uitam aeternam regnumque caelorum sic continuo ex hac uita migrarent sinuntur crescere, et nonnulli etiam apostatae fiunt, unde? Nisi quia non pertinent ad illam praedestinationem, et secundum propositum, ac sine poenitentia uocationem. Cur

Occulta opera dei iudicia quare uocantur.

autem alij ad eam pertineant, alij non pertineant, occulta causa esse potest iniusta non potest. Nunquid enim iniquitas apud deum? Absit. Nam et hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorum, quum mirans Paulus tanquam expauit Apostolus. O altitudo diuitiarum et c. Ideo quippe illa iudicia uocat, ne quis-

quam

quam talia fieri putet, siue iniquitate siue temeritate facientis siue casu et fortuito labentibus ullis partibus dispositorum sub tanta sapientia dei seculorum.

August. lib. de praedesti-

natione et Gratia. Cap. 2.

Si cui uult miseretur, et quem uult indurat, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistet? nouerit hac sententia plus nos ad humilitatem ac pietatem cogi atque arctari. Cum enim totum ad Deum praedestinationis aduersus humanis uiribus neget doctor amplissimus: quid aliud quam Deum toto corde suspensi, ab eo salutis auxilium postulemus, hortatur? Quae ergo mouet haec in diuinae gratiae dispensatione diuersitas et iniustum putari alteri, quod alter acceperit intelligat quemadmodum Psalms. 24 diuinitus dixerit Psalmista. Vniuersae uiae domini misericordia et ueritas, atque agnoscat tali deum agitare reus ni misericordiam, et ueritas, ut debitas poenas aut iuste reddat aut misericorditer donet. Viciae enim radices macula, ueritas. ita propaginis traduce per generationum sarmen- ta diffusa est, ut nec infans quidem unius diei a culpa sit unius dei primae praeruaricationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus. Quod si nec hic sine peccato est, qui proprium habere non potuit, con- ficitur, ut illud traxerit alienum, de quo dicit Apostolus.

Roman. 7. st. lus.

stulus. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Quod qui negat, negat profecta primū nos esse mortales &c. Quoniam mors non naturae conditio, sed poena peccati &c. sequatur necesse est poena peccati. Si ergo ut apparuit de praeuaricatoris semine omnes nascimur debitores, quoniam in Adā omnes peccaverunt, & ipsa iam in principio unde descendimus massa damnata est, nullus de duritia sua, nullus de poena sua conqueri audeat, quae etiam non existentibus peccatis proprijs, sola nascendi conditione debetur. Quod uerò Deus alij; gratia uocatione conuersis, misericordiam largitur indubitam non ad dispensatoris iniusticiam, sed ad donantis misericordissimam largitatem, ueritatis ratione referendum est.

Augustinus in Enchiridio

Cap. 95

Voluntas dei regula omnium. Quis porrò tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum uoluntates, quas uoluerit, quando uoluerit, ubi uoluerit, in bonum non posse conuertere? Sed cum facit, per misericordiam facit, cum autem non facit, per iudicium non facit. Quoniam cuius uult miseretur & quem uult indurat. Quod cum dicitur Apostolus, gratiā commendabat, ad cuius commendationem,

commendationem, de illis in Rebecca utero geminis fuerat iam loquutus, quibus nondum natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est: quia maior seruiet minori. Propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium ubi scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sentiens autem quemadmodum posset de Iacob & Esau, quod dictum est permouere eos, qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinem gratiae, quid ergo dicemus ait: Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Iniquum enim uidetur, ut sine ullis bonorum malorumue operum meritis, unum Deus diligat, odiatque alterum. Quia in re si futura opera uel bona huius, uel mala illius, quae Deus utique praesciebat, uellet intelligi, nequaquam diceret: non ex operibus, sed ex futuris operibus, eoque modo istam solueret quaestione, imò nullam quam solui opus esset facere quaestione. Nunc uerò cum respondisset, absit, id est, absit, ut sit iniquitas apud deum mox ut probaret nulla hoc iniquitate Dei fieri, inquit. Moyse enim dicit: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam praestabo, cui misericors fuero. Quis enim nisi insipiens Deum iniquum putet, siue iudicium

Malach. 1.
de Iacob & Esau.

Operum meorum
ritam futura
deus.

Exod. 33.

cium poenale ingerat digno, siue misericordiam praestet indigno? Denique infert & dicit: Igitur non uo-

Roman. 9. lentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Ambo itaq; gemini, natura filij irae nascebantur, nullis qui

Ex origine dem operibus proprijs, sed originaliter ex Adā uin-
damnati, ex culo damnationis obstricti. Sed qui dixit, miserabor
gratia sal- cui misertus ero, & misericordiam praestabo cui mi-
uati sumus. sericors fuero. Iacob dilexit per misericordiā gratui-

tam, Esau autem odio habuit, per iudicium debitum.

Quod cū deberetur ambobus, in altero alter cogno-

uit, non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandū

quod in eadem causa idem supplicium non incurrit,

sed de diuina gratiae largitate: quia nō uolentis neq;

currentis, sed miserentis est dei. Altissimo quippe ac

saluberrimo sacramēto uniuersa facies. Atq; ut ita

dixerim, uultus sanctarum scripturarum bene intu-

2. Corin. 1. ens id admonere inuenitur, ut qui gloriatur in Do-

mino gloriatur.

Augustinus libro de praedestinatione Sanctorum.

Cap. 4

Quod uerò sequitur. Quem uult indurat, ibi pau-
lulum humanae mentis intentio, uerbi nouitate con-
funditur.

funditur. Sed non ita intelligendum est, quasi Deus Quò de 9d
in homine ipsam quae non esset duritiam cordis ope- citur corda
retur. Quid enim aliud est duritia, quā Dei obuiare hominū in=
mandatis? Ergo quicquid post illā praeuaricationem durare.
natus supplicij homo patitur, iustè reddi meritoque
fateatur. Indurare enim dicitur Deus eum, quē mol= Indurare
lire noluerit. Sic etiam Repellere eum, quem uocare dei quid.
noluerit. Sic etiam Excœcare dicitur eum quem illu= Repellere
minare noluerit. Quos enim praedestinauit, illos & dei.
uocauit &c. Ipse enim dedit ut simus, ipse ut boni
esse possimus.

Augustinus in Enchiridio

Cap. 99.

Sola enim gratia redemptos discernit à perdi-

tis, quos in unam concreuerat massam ab origine du-

ctae causa cōmunis. Hoc autem qui eo modo audit ut

dicat: quid adhuc conquiritur, nam uoluntati eius

quis resistit. tanquam propterea malus non uideatur

esse culpandus, quia deus cui uult miseretur, &

quem uult iudurat: absit, ut pudeat nos hoc respon-

dere, quod respondisse uidemus Apostolum. O homo

tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit &c. à malis.

Hoc enim loco quidam stulti putant Apostolum in

responsione defecisse, & inopia reddendae rationis

repressisse contradictoris audaciam. Sed magnū habet pondus quod dictum est: O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Et in talibus questionibus ad suae cōpacitatis considerationem reuocat hominē uerbo quidem breui, sed re ipsa magna est redditio rationis. Si

Etiam si deus enim non capit haec, quis est qui respondeat Deo? Si omnis dāna autem capit, magis non inuenit quid respondeat. Videret nullus isto iudicio diuino, in apostatica radice damnatum, ut iste cōqueri etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset possit.

Dei uituperare iusticiam, & qui liberantur sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis, atque in damnatione iustissima derelictis, ostenderetur quid meruisset uniuersa conuersio, & quod etiam istos debitum iudicium Dei duceret, nisi eius in debita misericordia subueniret, ut uolentium de suis meritis gloriari, omne os obstruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur.

Aug. ad Sixtum, Roma. presbyterum

Epist. 105.

Deus nō est personarū acceptor. Quod autem personarū acceptorem Deū se credere existimant, si credant, quod sine ullis praecedentibus meritis, cuius uult miseretur, & quos dignatur, uocat, & quem uult religiosum facit: parum attendunt

tendunt quod debita reddatur poena damnato, in debita gratia liberato, ut nec ille se indignum quaeratur, nec dignum se iste gloriatur, atque ibi potius acceptionem nullam fieri personarum, ubi una eademque massa damnationis & offensionis inuoluit, ut liberatus de non liberato discat, quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret. Si autem gratia, utique; nullis meritis reddit, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est, inquit, in una eademque mala causa, hunc liberari, illum puniri. Nempe ergo iustum est utranque puniri, quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dum nobis redditum non certum, quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim utriusque liberaretur, lateret quid peccato per iusticiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur. Ut ergo in hac difficillima questione, uerbis potius utamur Apostoli: Volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, &c. Vbi quia uniuersa massa damnata est, contumeliam debitam reddit iusticia, honorem indebitum donat gratia, non meriti praerogatiua, non facti necessitate, non temeritate fortunae, sed altitudine diuitiarum sapientiae & scientiae Dei. Cur igitur sua merita iacturus est libera-

Iniustus nō est deus.

Rom. 9

Quae sint merita sanctorum, cui si digna suis meritis redderentur, non essent nisi damnatus: Nulla ne ergo sunt merita iustorum? Sunt plane quia iusti sunt. Sed ut iusti fierent merita non fecerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Querimus namque meritum obdurationis, et inuenimus. Merito namque peccati uersa massa damnata est, nec obdurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam.

Rom. 3

Meritum hoc quibus enim non impartitur, nec digni fiunt, nec meminis non ullentur, ac potius ut non impartiat hoc digni sunt hoc merentur. Querimus autem meritum misericordiae, nec inuenimus: quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur.

1. Cor. 4

Si enim dixerimus fidem praecessisse in qua erat meritum gratiae, quid meriti habet homo ante fidem? Quid enim habet, quod non accepit. Nam si querere uellet homo, ante gratiam quid meruerit, ut acciperet eam, mala sua poterit homo inuenire, non bonam etiam si eum unius diei uitam habentem super terram gratia saluatoris inuenerit.

Hieronymus Hedibix quae-

sione. 10. To. 4.

Si Esau et Iacob nec dum nati erant, nec aliquid

quid egerant mali aut boni, ut uel demerentur Deum, Electio et uel offenderent, et electio eorum atque abiectio, non abiectio est merita singulorum, sed uoluntatem eligentis et abij in uoluntate eius ostendit, quid ergo dicimus: Iniquus est Deus? dei.

Secundum illud exemplum quo loquitur ad Moysen: Miserebor cui misertus fuero, et misericordiam Exod. 33

praestabo cui miserebor. Si hoc inquit recipimus, ut faciat Deus quodcumque uoluerit, et absque merito

et operibus uel eligat aliquem uel condemnet: ergo non est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei, Deus omnia maxime cum eadem scriptura, hoc est idem Deus loquitur ad Pharaonem. In hoc ipsum excitauit te, ut luit fecit.

ostendam in te uirtutem meam, et annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Si hoc ita est, et pro

uoluntate sua miseretur Israel, et indurat Pharaonem: ergo frustra queritur, atque causatur, uel nos

bona non fecisse uel fecisse mala, cum in potestate ipsius sit et uoluntate, absque bonis et malis operibus

uel eligere aliquem uel abijcere, praesertim cum uoluntati illius humana fragilitas resistere nequeat. Alio

Comparatio quin unus est solis calor et secundum essentias sub-

de sole. iacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit. Liguatur enim cera et induratur lutum

et tamē caloris nō est diuersa natura. Sic et bonitas et clementia Dei, uasa iræ que apta sunt in interitū, id est, populū Israël indurat, uasa autē misericordie que præparauit in gloriam uocat, hoc est nos.

August. lib. de prædestinatione

Sanctorum. Cap. 16.

Secundum Euangelium quidem inimici propter uos, secundum autem electionem dilecti propter patres. Quid est secundum euangelium inimici propter uos, nisi quod ex inimicitia, qua occiderunt Christum, in euangelio sicut uidemus sine dubitatione proficit? Et hoc ostendit ex Dei dispensatione uenisse, qui bene uti nouit etiam malis, non ut ei profint uasa iræ, sed ut ipso illis bene utente profint uasa misericordie. Quid enim apertius dici potest, quam id quod dictum est: Secundum Euangelium inimici propter uos? Est ergo in malorum potestate sed nō male peccare. Ut autem peccando hoc uel hoc illa malicia faciat, non est in eorū potestate sed Dei, diuidetis tenebras et ordinantis eas, ut hinc etiam quod faciunt contra uoluntatem Dei, non impleatur nisi uoluntas Dei: Ecce quod dictum est: Secundum Euangelium quidem inimici propter uos. Tanta quippe ab inimicis Iudæis, manus Dei et consilium prædestinauit

destinauit fieri, quanta necessaria fuerant Euangelio propter nos. Sed quid est, quod sequitur: Secundum electionem autē dilecti propter patres? Nunquid illi inimici, qui in suis inimicitijs perierunt, et aduersantes Christo de gente abhuc pereunt: ipsi sunt electi atque dilecti? Absit. Quis hoc uel stultissimus dixerit? Sed utrumque licet sit inter se contrarium, id est, inimici, et dilecti, quamuis non in eosdem homines, tamen in eandem gentem conuenit Iudeorum, et alidem carnale semen Israël, alijs eorum ad claudicationem, alijs ad benedictionem Israël ipsius pertinentibus. Vnde et hic posteaquam dixit: Secundum electionem autē dilecti propter patres, continuo subiicit, unde agimus. Sine poenitentia enim sunt dona, et uocatio Dei, id est, sine mutatione stabiliter fixa manent. Ad hanc uocationem qui pertinent, omnes sunt dociles dei, nec potest eorum quisquam dicere: credidi ut sic uocarer, præuenit eum quippe misericordia dei, qua sic uocatus est ut crederet, et c.

Augustinus libro expositionis inchoate in Epistolam ad Romanos.

Omnibus, inquit, qui sunt Romæ dilecti: dei uocatis

Dilecti sumus à deo ante omne meritum. catis sanctis. Etia hic significat benignitatem Dei potius, quam meritum illorum. Non enim ait; diligentibus Deum, sed dilectis Dei. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, ut & nos dilecti eum diligeremus.

August. contra duas epist. Pelag. ad

Bonifacium libro secundo. Cap. 9.

Propositum Dicunt Pelagiani se confiteri, gratiam quoque ad bonum à deo iuuare unius cuiusque; bonum propositum, non tamen re accipimus, luclanti studium uirtutis immittere. Hoc quippe ita dicunt uelut homo à seipso sine adiutorio Dei, habeat propositum bonum, studiumque uirtutis, quo merito præcedente, dignus sit adiuuari Dei gratia

Rom. 8 subsequente: putant enim fortasse ita dixisse Apostolum: Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt. Vt propositum hominis uellet intelligi, quod propositum tanquam bonum meritum sequatur misericordiam uocantis Dei, ignorantes ideo dictum esse, qui secundum propositum uocati sunt, ut Dei, non hominis propositum intelligatur, quod eos quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui, elegit ante mundi constitutionem. Non enim omnes uocati, secundum propositum sunt uocati: Quoniam multi uocati, pauci uero electi.

Ipsi

Ipsi ergo secundum propositum uocati, qui electi ante constitutionem mundi: Homini autem propositum bonum, adiuuat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset, nisi præcederet gratia. Studium quippe hominis quod dicitur bonum quamuis cum esse coeperit, adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia.

Augustinus lib. de corre-

ptione & Gratia. Cap. 7.

Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ab illa perditionis massa, quæ facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quod hoc donum habet, quisquis habet quod gratia saluatoris accepit. Quicumque ergo ab illa originali damnatione, ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt non est dubium quod & procuratur eis audiendum Euangelium, & cum audiunt, Deus electi uasa misericordie ante constitutionem mundi. Quisquis uero non est electus, & in fide quæ per dilectionem operatur, usque in finem perseuerant: & si quando exorbitant correpti emendantur, & quidam eorum si ab hominibus non corripiantur, tamen in uiam quam reliquerant redeunt, & nonnulli accepta gratia in qualibet ætate, periculis huius uitæ, mortis celeritate subtrahuntur.

I 5

huntur

trahuntur. Hæc enim omnia operatur in eis, qui uasa misericordie operatus est eos, qui & elegit eos in filio suo, ante constitutionem mundi, per electionem gratiæ. Si autem gratia, iam non ex operibus, profecto electi sunt per electionem gratiæ, non præcedentium meritorum suorum: quia gratia est illis omne meritum.

Ambrosius de uocatione

Gentium libro primo. Cap. 5.

Respice ad uniuersalem multitudinem paruulorum, in quibus excepto illo quo in damnationem nascitur gens humana delicto, nec præterita possunt merita, nec futura censerī. Omnes enim de quibus nunc loquimur, ante illum intelligentiæ usum, ante liberum uoluntatis arbitrium: alij ad æternam beatitudinem regenerati, alij ad perpetuam miseriam transeunt non renati. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu est: si moralem innocentiam queris, omnis summa in uitio est. Non inuenit quod discernat humana iusticia, sed habet quod eligat inenarrabilis gratia Dei. In abscondito est consilium, sed non latet donum: opus exerit pietas, causam obscurat potestas. Quod si ad illos dirigas mentis intuitum, qui longam agentes in flagitij, & sceleribus ætatem. Sa

cramento

cramento baptismatis Christi in ipso uite sine renouantur, & sine ullo suffragio bonorum operum, in regnum cælestis consortium transferuntur, quo intellesunt.

Et diuinum iudicium comprehendens, nisi ut indubitanter agnoscas gratia esse Dei munera. Et sicut nulla sunt tam detestanda facinora, quæ possunt gratia arcere donum, ita nulla posse tam præclara opera existere, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis iudicium debeatur. Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi, nec misericordie dei humanorum operum prerogatiua succumberent, si iustificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis.

Nota.

In eodem lib. Ambrosius

Cap. 7

De paruulis uero quibus sine ullo bono uoluntatis merito, in originali uulnere cum cæteris mortalibus causa communis est, nihil potest expositionis afferri: qua doceatur cur isti salui fiant renati illi pereant non renati, sub illius prouidentia, & omnipotentia in cuius manu est anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis hominis.

Idem

Idem lib. 2. cap. 7.

Paruuli nō renati dān nantur. Neg; enim credi fas est, eos, qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad illud beatorum pertinere consortium. Et magis stupendum magisq; sit mirum, quod ubi actio non offendit, ubi arbitrium nō resistit, ubi eadem miseria, similis imbecillitas, causa communis est, non unum esse iudicem de tanta paritate, & quales reprobatur abdicatio, tales adoptat electio. Et plura ibidem.

Idem libro secundo

Capite ultimo.

Eph. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos &c. Et cetera quae sub eiusdem sensus praedicatione connectit, docens donum atque opus gratiae in aeterno semper dei mansisse consilio, **Omnes qui saluantur ab aeterno praedestinati sunt.** omnesq; adoptionis filios, non solum in eo tempore quo iam existentes uocati sunt, sed etiam priusquam mundus conderetur, electos. In qua electione quicquid hominum praecognitum non est, nulla eidem ratione sociabitur. Omnes enim qui in regnum Dei de cuiuslibet temporis uocatione uenturi sunt, in ista quae secula cuncta praecessit adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratus, ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. Hæc autem æterna

æterna & semper tranquilla cognitio nulla nos urget necessitate peccandi, nec inde manat iniquitas unde uisitata. Quia cū bonus deus omnia bona fecerit, & mali nulla sit omnino natura, à liberis uoluntatibus fieri, quas utique bonum fuit liberis fieri spontanea est orta transgressio, & natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pendebat essentia, à simo se bono, dum proprio peruerse delectatur, abrupt, cui nunc ruina medetur gratia dei. Et propterea Iesus Christus uenit in hunc mundum, ut soluat operam diaboli, quæ utiq; sic soluantur, ut in destructione eorum, etiam ab eis quibus succurritur, laboretur: quoniam & hoc à saluante donatur.

Augustinus lib. de libero

arbitrio & Gratia. Cap. 20.

Satis me disputasse arbitror aduersus eos qui gratiam Dei uehementer oppugnant, qua uoluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam. Et cum bona fuerit, adiuuatur. Et sic disputasse, ut non magis ego, quam diuina ipsa scriptura uobiscum eloquuta sit, euidentissimis testimonijs ueritatis, quæ scriptura diuina, si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominum uoluntates, quas ipse fecit ex malis, & à se factas bonas in actus bonos, &

Liber primus
homo
uoluntate
peccauit.

1. Ioan. 3.

nos, &

nos, & in eternam dirigit uitam, uerum etiam illas
 que conseruant feculi creaturam, ita esse in Dei po-
 testate dei sunt. *Omnia in potestate dei sunt.*
 Aliqua peccata etiam stitissimo. Nam inuenimus aliqua peccata etiam poe-
 nae peccatorum sunt perfecta dicit Apostolus in perditione. Sicut est iude-
 ratio Pharaonis, cuius & causa dicitur, ad ostenden-
 dam in illo uirtutem Dei: Vnde dicit Dominus ad Ie-
 sum filium Naue: Non poterunt filij Israel subsiste-
 re a facie inimicorum suorum. Quid est non poterunt
 subsistere? Quare non subsistebant per liberum ar-
 bitrium, sed per timorem turbata uoluntate fugiebant
 nisi quia dominus Deus dominatur uoluntatibus ho-
 minum, & quos uult in formidinem uertit iratus? Nunc
 quid non sua uoluntate homo improbus filius gemit-
 ni maledicebat regi Dauid? Et tamen qui ait Da-
 uid: dimitte eum ut maledicat, quia Dominus di-
 xit illi maledicere Dauid. Ecce quomodo probatur
 Deum uti cordibus, etiam malorum ad laudem
 atque adiumentum bonorum. Sic usus est Iuda tra-
 dente Christum.

Ex eodem

Ex eodem lib. Augustini

Cap. 31

Quis non ista iudicia diuina contremiscant, qui-
 bus deus agit etiam in cordibus malorum hominum
 quicquid uult reddens, tamen eis secundum merita eo-
 rum? In literis Apostolicis uidete quae scripta sunt ad
 Romanos primo: Propterea tradidit illos Deus in de-
 sideria cordis illorum in immundiciam. Item paulo
 post. Propterea tradidit illos Deus in passionem igno-
 rantiae. Et tradidit illos Deus in reprobam mentem. 2.
 ad Theff. 2. Ideo mittit illis Deus operationem erro-
 ris, ut credant mendacio. His talibus testimonijs diui-
 norum eloquiorum, quae omnia commemorare nimis
 longum est, satis quantum existimo manifestatur, o-
 perari deum in cordibus hominum ad inclinandas eo-
 rum uoluntates quocumque uoluerit, siue ad bona pro-
 misericordia, siue ad mala pro meritis eorum, iudi-
 cio utique suo, aliquando aperto, aliquando occulto, sem-
 per aut iusto. Fixum enim debet esse, et immobile in cor-
 de uestro: quia non est iniquitas apud Deum. Ac per hoc
 quando legimus in literis ueritatis a deo seduci homines,
 aut obtundi, uel obdurari corda eorum, nolite dubitare
 praecessisse mala merita eorum ut iuste ista pateren-
 tur, ne incurratis in illud Salomonis: Insuperbia uiri
 uolat uias, eius deus autem causatur in corde suo.

510 DE PRAEDESTINATIONE
Augusti, contra Pelag. et Cœlest. de

Gratia, Cap. 10.

Fidem non oēs habent Non omnium est fides, qui audiunt per scripturas
Mat. 11 Dominum, regnum cœlorum pollicentem, aut omni-
Ioan. 6 bus suadetur, quibuscumq; suadetur, ut ueniant ad eū
qui dicit: Venite ad me omnes qui laboratis. Quo-
rum autem sit fides, & quibus persuadetur, ut ad
eum ueniant, satis ipse demonstrauit, dicens: Nemo ue-
nit ad me nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et
paulo post cum de nō credentibus loqueretur. Dixi,
inquit, uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fue-
rit ei datum à patre meo.

Qui nō ue nit ad deū ab eo nō au diuit. CAP. 14. Omnis qui audiuit à patre meo, & di-
cit, uenit ad me. Qui ergo non uenerit, non de illo
rectè dicitur: audiuit quidem, & didicit si bi esse ue-
niendum, sed facere non uult quod didicit. Prorsus
non rectè dicitur de isto docendi modo, quo per gra-
tiam docet Deus. Si enim sicut ueritas loquitur. Om-
nis qui didicit, uenit: quisquis non uenit, profecto nec
didicit. Quis autem non uideat, & uenire quēquam,
& non uenire arbitrio uoluntatis: Sed hoc arbitrium
in ex Deo potest esse solum, si non uenit: non autem potest nisi
adiutum esse, si uenit. Et sic adiutum ut, non solum
Nota. quid faciendum sit, sciat, sed quod scierit etiam facit.

Ac

ET VOCATIONE.

511

Ac per hoc quando Deus docet, non per legis literā,
sed per spiritus gratiam ita docet, ut quod quisq; di-
dicerit, non tantū cognoscendo uideat, sed etiā uolēdo
appetat, agendoq; perficiat. Et isto diuino docendi
modo etiā ipsa uoluntas, & ipsa operatio, non solū
uolēdi & operandi naturalis possibilitas adiuuatur
Sed omnis qui didicit à patre, non solum potest ueni-
re, sed uenit, ubi iā & possibilitatis profectus, & uo-
luntatis affectus, & actionis affectus est.

Fulgentius lib. primo ad

Monimum.

De filio autem Dei Ioannes dicit: Scimus quia ille
apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non
est. Sicut ergo peccatum in eo nō est, ita peccatum ex
eo non est. Quod autem ex eo non est, opus eius itaq;
non est. Quod autem nusquam est in opere eius, nus-
quam fuit in prædestinatione eius. Non ergo præde-
stinati sunt mali ad hoc, quod malè operantur, à con-
cupiscencia sua abstracti & illecei, sed ad hoc quod
iustè patiuntur inuiti. Prædestinationis enim nomine
nō aliqua uoluntatis humanæ coactitia necessitas ex-
primitur, sed misericors & iusta futuri operis diuini
sempiterna dispositio prædicatur. Deo autem mise-
ricordiam et iudiciū cantat ecclesia, cuius hoc opus

Quo sunt mali à Deī
prædestina-
ti nō ad cul-
pam sed ad
pœnitiam.

Prædestina-
tionis nomi-
ne quid.

Et est it

est in homine, ut occulto uoluntatis suae, non tamē in iusto consilio aut gratuitam misericordiā praeroget misero, ac debitam iusticiā reponat iniusto. Imō, aut

Deus saluā misericorditer debitori donet, qđ si uellet iuste posset eos praue exigere: aut iuste cum usuris, quod suum est exigat, ut damnat & iniquo debitori, quod debetur iniquitatibus redos inuenit. dat. Ac sic, aut istum prorsus indignum misericordiā praerueniat, aut illum ira dignum inueniat. ipse enim

Autoritas donat gratis indigno gratiam, quā iustificatus impius istae uel illuminetur munere bonae uoluntatis, & facultate dentur scri bonae operationis, ut praerueniente misericordiā bonū p̄tore praeruelle incipiat, et subsequente misericordiā bonū quod cedenti cō= uult, facere ualeat.

trarie. **August. lib. de correptione & Gratia**

Cap. 14.

Nullus deo resistere potest. Cum autem homines per correptionem in uiam iusticiā seu ueniunt, seu reuertuntur, quis operatur in cordibus eorum salutem? nisi ille, qui quolibet plan-

tante atq; rigante, & quolibet in agris atq; arbusculis operante dat incrementum Deus, cui uolenti saluum facere nullum homo resistit arbitrium. Sic enim

Prædestinati soli uelle in uolentis aut nolentis est potestate, ut diuinam uoluntatem non impediatur, nec superet potestatem. De his enim qui faciunt quae non uult facit ipse

ipse quae uult. Et quod scriptum est: quod uult Deus quandam omnes homines saluos fieri, nec tamen omnes saluantur, multis quidem modis intelligi potest: Omnes homines uult saluos fieri, ut intelligantur omnes praedestinati: quia omne genus hominum in eis est, sicut scriptum est de Pharisaeis: Decimatis omne olus. Vbi non est intelligendum, nisi omne quod habebant. Mat. 23

Neque enim omne olus quod erat in toto terrarum orbe decimabant. Secundum istum locutionis modum dictum est. Sicut & ego omnibus per omnia placet. Nunquid enim qui hoc dixit, placebat etiam tantis multis persecutoribus suis? Sed placebat omnigeni hominum quod Christi congregabat ecclesia, siue iam intus positis, siue introducendis in eam. Non est itaq; dubitandum de uoluntate Dei, qui in caelo & in terra, omnia, quaecumq; uoluit fecit, & qui etiam illa quae futura sunt, fecit humanas uoluntates non posse resistere, quò minus faciat ipse quod uult, quandoquidem etiam de ipsis hominum uoluntatibus quod uult cum uult, facit. Sicut scriptum est. Et abiit Saul in domum suam in Gabaa. Et abierunt cum eo potentes, quorum tetigerat Deus corda. 1. Cor. 1 Paulus non omnibus placebat. 1. Reg. 10

August.

K 2

Augustinus in Enchiridio

Cap. 120.

Differētiæ Quomnes homines uult saluos fieri, nō quod nulli generis hu-
lus hominum esset, quem saluum fieri nollet, qui uir-
mani. tutes miraculorum facere noluit apud eos, quos di-

cit acturos fuisse pœnitentiam si fecisset: sed ut om-
nes homines, omne genus humanum intelligamus per

Deus nullū quasdam differētiās distributum, reges, priuatos,
genus homi- nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos,
nū respuit. integri corporis, debiles, ingeniosos, tardi cordes, fū-

tuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, foeminas, in-
fantes, pueros, adolefcētes, iuuenes, seniores, senes in

linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus om-
nibus, in professionibus, in uoluntatum & conscien-

tiarum uarietate innumerabili constitutos, & si quid
aliud differentiarum est in hominibus. Quis est enim

eorum unde non Deus per unigenitum suum Domi-
num nostrum per omnes gentes saluos fieri homines

uelit, & idē faciat: quia omnipotens uelle inani-
ter non potest quodcunque uoluerit? Præceperat e-

Apostoli nimī Apostolus ut oraretur pro singulis hominibus,
p̄ceptū. & specialiter addiderat: pro regibus, & his qui in

sublimitate sunt, qui putari poterant fastu & sua
perbia seculari, à fidei Christiane humilitate abhor-

rere,

rere, proinde dicens: Hoc enim bonū est coram salua-
tore nostro Deo, id est, ut etiam pro talibus oretur.
Statim ut desperationem tolleret, addidit: Qui omnes
homines uult saluos fieri.

Augustinus ad Vitalem.

Epistola. 107.

Sed sicut illud quod dictum est: Omnes in Christo
uiuificabuntur, cum tam multi æterna morte dam-
nantur, idē dictum est: quia omnes quicumq; uitam
æternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo.

Ita quod dictū est, omnes homines uult Deus saluos
fieri, cum tam multos nolit saluos fieri, idē dictum
est: quia omnes qui salui fiunt, nisi in ipso uolente nō
t. uni perci-
piunt.

Et si quo alio modo illa uerba Apostolica in-
telligi possunt, ut tamen huic apertissima ueritati, in
qua uidemus tam multos uolentibus hominibus, sed
Deo nolente, saluos non fieri, contraria esse non pos-
sunt. Iob. 9

Quomodo autem non detur gratia diuina uo-
luntas meretur humana si eis quibus datur, gratui-
ta misericordia datur, ut uera sit gratia. Quo = Iob. 11

modo in hac re merita pensantur humane uolun-
tatis? Quandoquidem illis quibus gratia ista non da-
tur, nullo plerunq; merito, nulla uoluntate distan-
cordia

K 3 tibus

Dei est causa salutis non meritum nostrum. *tibus, sed misericordia cum eis quibus datur habentibus causam, iusto tamen iudicio Dei non datur. Non enim est iniquitas apud deum, ut intelligat quibus datur, quod gratis eis detur, quando iuste utique non daretur: quoniam similem habentibus causam iuste non datur.*

Idem Augustinus in Enchiridio.

Cap. 95.

Bonum est ut etiam mala sint.

Nec dubitandum est Deum facere bene, etiam sinendo fieri quaecumque sunt male. Non enim hoc nisi iusto iudicio finit. Et profecto bonum est, omne quod iustum est. Quamuis ergo ea quae mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen ut non solum bona, sed etiam mala sint bonum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut essent et mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono. Cui procul dubio quae facile est quod uult, facere, tam facile est quod non uult esse, non sinere. Hoc nisi credamus, periclitatur ipsum nostrae fidei confessionis initium, quia nos in Deum a nemine patrem omnipotentem credere confitemur. Neque impeditur enim ueraciter ob aliud uocatur omnipotens, nisi quia quicquid uult potest, nec uoluntate cuiuslibet creaturae, uoluntatis omnipotentis impeditur effectus.

CAP. 96. Quamobrem uidendum est, quemad-
modum

modum sit de Deo dictum: quia et hoc Apostolus uerissime dixit, qui omnes homines uult saluos fieri.

Cum cum non omnes, sed puo plures non sunt salui, uidetur utique non fieri quod Deus uult fieri, humana scilicet uoluntate impediente uoluntate Dei. Quando enim queritur causa, cur non omnes salui fiant.

Responderi solet quia hoc ipsi uolunt. Quod quidem de paruulis dici non potest, quorum nondum est uelle, seu nolle. Nam quod infantuli motu faciunt, si eorum uoluntati iudicarentur esse tribuendum quando baptizantur cum resistunt, quantum possunt etiam nolentes saluos eos fieri diceremus. Sed apertius dominus in Euangelio compellens impiam ciuitatem, quoties (inquit) uolui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos, et noluisti, tanquam dei uoluntas, uoluntate hominum sit superata, et infirmisimis nolendo impediuntibus non potuerit facere potentissimus quod uolebat. Et ubi est illa omnipotentia, qua in caelo et in terra omnia quaecumque uoluit, fecit: si colligere filios Hierusalem uoluit, et non fecit? An potius illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolente, filios eius collegit ipse quos uoluit: quia in caelo et in terra non quaedam noluit et fecit, quaedam uero noluit et non fecit, sed omnia quaecumque uoluit, fecit.

Matth. 23.

Deus quos

uult saluat.

Psal. 113.

K 4 CAP. 108.

Voluntas dei
semper bona.
CAP. 101. Sed quælibet sint voluntates, uel angelorum uel hominum, uel bonorum uel malorum, uel illud quod Deus, uel aliud uolentes quam Deus, omnipotentia uoluntatis Dei, semper inuicta est, quæ mala esse non potest. Quia etiã cum mala irrogat, iusta est, & profecto quæ iusta est, mala non est. Deus igitur omnipotens siue per misericordiam cuius uult misereatur, siue per iudicium quem uult obduret, nec inique aliquid facit, nec nisi uolens quicquam facit, & omnia quacunque uult, facit.

DE GRATIA ET
Merito.

Rom. 4. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.

11. Sic ergo & in hoc tempore reliquarum secundum electionem gratiæ Dei salutæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non esset gratia.

Eph. 3. Gratia enim estis saluati per fidem, et hoc non ex uobis: Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur.

Ut

Ut iustificati gratia ipsius, hæredes sumus secundum spem uitæ æternæ. Titum. 3.

Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus: sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodum & illi. Acto. 15.

Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro ipso patiamini. Philip. 2.

DE MERITO.

Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ergo merita nostra non tollunt peccata: nam si tollerent, Christus frustra ex cælo esset missus. Ioan. 1.

Apud homines hoc, uidelicet saluum fieri, impossibile est: apud Deum autem omnia sunt possibilia. Ergo frustra merita nostra adornamus si humanarum uirium non est, ut saluus fias. Matth. 19. K 5 Inuenisti

Luce. 17. Inuenisti gratiam apud deū. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

Luce. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus quod debuimus facere, fecimus.

Si sumus inutiles serui, qui fieri potest ut meritorum nostrorum sit aliquis usus? cum meriti merces tunc datur, cum utiles fuerimus.

Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem, nisi per me, inquit ueritas. Nam eadem ueritas, est & uita & uia. Ergo nostris meritis non uenitur ad Deum, sed solo Christo.

15. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manerit in uita, sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Ergo nos palmites nostris uiribus nihil possumus, & si quid boni in nobis est, id profluit ex uita. Qui igitur mere-mur?

Ibidem. Sine me nihil potestis facere. Ergo cum nihil possumus, nihil meremur. Non

Nō uos me elegistis, sed ego elegi *Ibidem.* uos. Ergo non iungimur deo nostris meritis, sed illius liberalitate.

Si autem ex operibus (sit scilicet *Rom. 11.* electio) non amplius est gratia uel donum. Ergo qui meritis nituntur, gratiam repudiant. Lege totam ad Romanos epistolam, & ad Galatas totam, & uidebis quid sit meritum, quid gratia.

Ex operibus legis non iustificabitur *Rom. 3.* omnis caro corā illo. Cur igitur de merito tam multa?

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergo si omnes ita peccauimus, ut gloria Dei opus habeamus, & ille gloriam suam gratis iustificando nos, manifestauit, meritum nihil quāam detrimentosum commentum est.

Scientes autē, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Si igitur facta nos *Ibidem.* beatos

beatos non reddunt, cur meritum cō
miniscimur? Et ibidem: Si enim per
legem iusticia &c.

Augustinus de uerbis Apo
stoli, Sermo. 15.

Iustificatio tua, circumcisio tua, non est à te. Gra
tia salui facti estis per fidem, & hoc nō ex uobis, sed
dei donum est. Non ex operibus, ne forte dicas: pro
merui, & ideo accepi, Non putes te promerentem ac
cepisse, qui non promereres nisi accepisses. Gratia
precepsit meritū tuum, non gratia ex merito, sed me
ritum ex gratia. Nam si gratiā ex merito emisti, non
gratis accepisti: pro nihilo, inquit, saluos facies illos.
Quid est pro nihilo saluos facies? Nihil in eis inue
nis unde salues, & tamē saluas. Gratis das, gratis sal
uas. Omnia merita precedis, ut dona tua consequan
tur merita tua gratis: qui nihil inuenis unde salues, et
multum inuenis unde damnes.

Idem de Ecclesiast. do
gmatibus libro.

Firmissime credendū est, in præuaricatione Adæ
omnes homines naturalem possibilitatem & innocen
tiam perdidisse, & neminem de profundo illius rui
næ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum
gratia

gratia dei miserantis erexerit. Liberum enim arbi
trium ille perpeffus, dum suis inconsultius utitur bo
nis, cadens, in præuaricationes profundas demersus
est. Et nihil quemadmodū exinde surgere posset in
uenit, suaq; in æternum libertate deceptus huius rui
næ latuisset oppressum, nisi eū post Christi pro sua
gratia reuelasset aduentus: qui per nouæ regenera
tionis purificationum omne præteritum uitium bap
tismatis lauacro purgauit.

Idem.

Quicumq; dixerit gratiā Dei qua iusticamur per
Iesum Christum, ad solam remissionem peccatorū ua
lere quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorū
gratiæ ut non committuntur, anathema sit.

Idem

Omniū bonorum affectuum atq; operum, & Gratia et li
berum arbi
omniū studiorum, omniumq; uirtutum, quibus ab
initio fidei ad deum tenditur, deum profitemur auto
rem. Et non dubitamus ab ipsius gratia omnia homi
nis merita præueniri, per quem fit ut aliquid boni et
uelle incipiamus & facere.

Idem in Sententijs ex
illo decerptis.

Ad celestis Hierusalē non ascendunt consortiū,
nisi quæ

Gratia saluamur, non nisi qui toto corde proficitur, non proprii operis, sed domini esse muneris quod ascendunt. Item in libro de Patientia capite 2. Hanc autem electionem non precedentium in bonis operibus mortuorum, sed electione gratie demonstrans Apostolus, sic inquit: Et in hoc tempore reliquie per electionem gratie saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia non est gratia. Hæc est electio gratie, quia omnia bona merita præueniuntur humana. Si enim ullis bonis meritis datur, iam non gratis donatur, sed debita redditur: ac per hoc non uero nomine gratia nuncupatur, ubi merces, sicut idem dicit Apostolus: non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem ut uera sit gratia, id est, gratuita, nihil inuenit in homine cui meritis debeatur: quod bene intelligitur & in eo, quod dictum est: Pro nihilo saluos facies eos. Profecto ipsa dat merita, non meritis datur: præuenit ergo etiam fidem ex qua omnia opera incipiunt: Sequitur. Propter hanc itaque gratiam, quæ cuncta bona merita humana præcedit non solum Christus ab impijs occisus est, uerum etiam pro impijs mortuus est. Item Augustinus de natura, & gratia contra Pelagianos capite quarto, quod sola (affirmat) gratia iustificemur.

Gregorius

Gregorius Moralium libro 16.

Cap. 11.

Quæ scilicet sententia si de cælestis regni retributione promittitur, ueritate fulcitur, quia cum deo scriptum sit: Qui rediit unicuique secundum opera eius, illum in extremo examine iusticia æterni iudicis saluat, quem hic eius pietas ab immunis operibus liberat. Sin uero ad hoc saluari quisquam hic munditia manuum suarum creditur, ut suis uiribus innocens fiat, proculdubio erratur: quia si quis superna gratia nocentem non præuenit, nunquam profecto inuenies quem remuneret innocentem, unde ueridica Moysi uoce dicitur: Nullus apud te innocens est. Supernæ ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, ut subsequente quoque nostro libero arbitrio, bonum quod iam appetimus agat nobiscum, quod tamen per immensam gratiam extremo in iudicio ita remunerat in nobis, ac si solum processisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas ut innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: Gratia Dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dum se de se nihil esse conspiceret, ait: Non

autem

1. Corin. 15

autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Non enim diceret mecum, si cum praeueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Ut ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait: Non ego: ut uero se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit: Sed gratia dei mecum. Mundicia itaque manuum suarum innocens saluabitur: quia qui hic praeuenitur dona ut innocens fiat, cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur.

Augustinus in lib. Contra

Pelagianum & Caelest. de gratia Christi cap. 26.

Et si consenserit nos gratia dei accipere charitate non sic sentiat tanquam ulla merita bona nostra praeserint. Nam quae merita bona tunc habere poteramus, quando deum non diligebamus? Ut enim acciperemus dilectionem qua diligeremus, dilecti sumus cum eam nondum haberemus. Hoc Ioan. apostolus apertissime dicit: Non quod nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Et alibi: Nos diligamus, inquit, quia ipse prior dilexit nos. Optime omnino atque uerissime. Non enim haberemus unde illi diligeremus, nisi hoc ab illo cum prior nos diligeret, sumeremus.

Merita nulla ante gratiam.

meremus. Quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non facimus, si diligamus? Et si enim Dei mandatum uideatur aliquando à diligentibus, sed à timentibus fieri: tamen ubi non est dilectio, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus uocatur: quia omne quod non est ex fide peccatum est. Et fides per dilectionem operatur. Ac per hoc gratiam (quae charitas diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, sic confiteatur, qui uult ueraciter confiteri, ut omnino nihil boni sine illa quod ad pietatem pertinet, utramque iusticiam fieri posse non dubitet.

Augustinus lib. 50. Homiliarum

Homilia 14.

Hæc ergo & his similia diligenter ac fideliter cogitantes, non acquiescamus eis, qui liberum arbitrium in superbiam extollentes, præcipitare magis quam eleuare conantur. Sed humiliter consideremus illud, quod Apostolus dicit: Deus est qui operatur in nobis & uelle & perficere. Gratias agamus domino ac saluatori nostro, qui nos nullis præcedentibus meritis uulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad uitam reuocauit, & humiliter

L. Confia

confitentes fragilitatē nostram, illius misericordiā deprecemur: ut quia nos (secundum Psalmistā) misericordia sua praeuenit, dignetur in nobis non solum custodire, sed etiā augere munera uel beneficia sua, quae ipse dignatus est dare.

Idem de uerbis Apostoli

Sermone 2.

Gratiæ dei qui sunt in grati. Gratia salui facti sumus, non ex nobis, sed dei donū est. Sunt enim homines ingrati gratiæ, multū tribuentes inopi saucieq; naturæ. Verū est, magnas liberi arbitrij uires homo cū conderetur accepit, sed peccādo amisit. Et infra. Iam hic dicturus eras: Coronat te, merita mea fatentur, uirtus mea fecit hoc, debitū redditur, non donatur. Audi potius Psalmū, nam & tu dicis: Omnis homo mēdax. Audi deus quid dicat: Qui coronat te in miseratione & misericordiā. De misericordiā te coronat, de miseratione te coronat. Nō enim dignus fuisti quem uocaret, & uocatum iustificaret, & iustificatum glorificaret. Reliquæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Nam ei qui operatur, merces non imputabitur secundum gratiā, sed secundum debitum. Apostolus loquitur: Non secundum gratiam, sed secundum debitum. Te autem coronat

coronat in miseratione et misericordiā. Et si tua merita præcesserunt, dicit tibi deus: Disceute bona merita tua, & uidebis quia dona sunt mea. Hæc est iusticia Dei. Quomodo dicitur: Domini est salus, nō qua saluus est dominus, sed quam dat eis quos saluos facit: sic & Dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum, iusticia Dei dicitur, non qua iustus est dominus, sed qua iustificat eos quos ex impijs iustos facit. Idem in sententijs ex Augustino decerptis. Nullus proculdubio præcedentibus meritis saluatur, ni gratia non sit gratia.

Iusticia dei
quæ sit.

Fulgentius lib. 1. ad Monimum.

Omne igitur opus, quod à nobis in deo fit, Deus in nobis facit. Ex ipso enim, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso ergo est & bona uoluntas, & operatio bona. Quod doctor gentium his uerbis affirmat: Deus est qui operatur in uobis, & uelle & perficere pro bona uoluntate. Propterea sicut Sana à Deo. Voluntas et opera bona à Deo. Solomon dicit: Quia præparatur uoluntas à domino, sic etiam bona opera nostra. Paulus à domino asserit præparata, hoc est, in prædestinatione disposita. Dicit itaq; gratia salui facti estis, & cætera. Sicut ergo præparata est per prædestinationem uoluntas à domino

L 2 domino

domino, qua bonū uelimus: sic etiam bona opera præparauit deus, ut in illis ambulemus &c. Sed & hoc ipsum est opus gratiæ. Ex gratia enim datur non solum iustificatis uita bona, sed etiam glorificatis uita æterna &c. lege locum illum latius.

August. in Enchirid. cap. 107.

Vnde & ipsam uitā æternā, quæ certa merces est operū bonorū, gratiā Dei appellat Apostolus. Stipendium enim peccati, inquit, mors, gratia autem Dei uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Stipendium pro opere militiæ debitum redditur, nō donatur, ideo dicitur: Stipendium peccati mors, ut mortē peccato nō im merito illatā, se d. bitā demonstraret. Gratia uerō nisi gratis sit, gratia non est. intelligendū est igitur etiā, pij hominis bona merita esse dei munera, quibus cū uita æterna redditur, quid nisi gratia, p. gratia redditur.

Chrysostomus ad populum

Homilia 53.

Et enim omnia quæ facimus, agimus, debitū impletes, propter hoc & ipse dicebat: Cum omnia feceritis &c. Igitur siue charitas ē exhibuerimus, siue dederimus pecuniis egenis, debitū implemus: nō tantū quoniam à beneficijs ipse cepit, uerum & quoniam ipsius bona distribuimus. Si cuncta erogemus &c.

Aug.

August. in libro de Eccles. dogmat.

Capit. 26.

Quod omnia studia, & omnia opera ac merita sanctorum ad dei gloriam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo quod ipse donauerit: in quam uos poenitentiam dirigit recordationis papæ Zoziimi regularis autoritas, dum scribens ad totius orbis episcopos, ait: Nos autem instinctu Dei omnia enim bona ad amorem suū referenda sunt unde nascuntur &c. Idem Augustinus in Sententijs ex ipso decerpit. Tales nos amat deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales nostro merito. Ibidem. Sicut aer ex præsentī lumine non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente lumine lucidus permaneret. Sic homo præsentē deo illuminatur, absente autem tenebratur, à quo nō locorum interuallis, sed uoluntatis auersione disceditur. Idem in eodem libro, cap. 43. Si quis sine gratia dei credentibus, uolentibus &c.

Chrysoft. in Epistolam ad Timoth. 2

capite 2. Homilia 4.

Sicut igitur propter nos passus est deus, ita & Gratia saluam nos pro illis conuenit pati. Est ergo ea res non gratiamur, nō gratia, sed retributio. In deo quidem gratia est, nullis operibus.

L 3 enim

enim precedentibus bonis nostris in eum, sed sola gratia nos redemit, in nobis uero retributio est: praeuenienti enim diuinis beneficijs pro fratribus patimur, ut et ipsi salutem consequantur. Idem Chrysost. in Mat. cap. Homil. 3.

Aug. de Gratia et Libero arbitrio ad

Valentinum lib. cap. 6.

Dona sua coronat deus, non merita tua, si tibi à teipso, non ab illo sunt merita tua. haec enim si talia sunt, mala sunt, quae mala sunt, non coronat deus: si autem bona sunt, dei dona, quia sicut dicit apostolus Iacobus: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Vnde dicit Ioannes praecursor domini nostri: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum desuper. Idem Aug. in Psal. 60. Misericordia dicitur quia merita nostra non attendit deus: sed bonitatem suam, ut peccata nobis omnia dimitteret, uitam aeternam promitteret. Veritas autem quia non fallit reddere quae promissit, potest. Psal. 98. Qui in nobis coronaturus est non merita nostra, sed dona sua.

Chrysostomus ad populum

Homilia 38.

Ne mercedem itaque reputes, ut capias mercedem, gratia

gratia confiteri, saluari, ut ipse tibi, se debitorē confiteatur, non modo meritorum, uerum et talis gratitudinis etc. Et paulo post. Nam et nos seruos habentes, maxime tunc eos acceptos habemus, cum postquam omnia beneuole ministrauerint, nihil magnū fecisse se censent. Itaque si tu quoque magna uis reddere merita tua, ea ne magna esse putes, et magna tunc erunt. Idem ad populum Homilia 32.

Augustinus in Psal. 51.

Merces nostra gratia uocatur. Et ei qui operatur, id est, et de operibus praesumit, et eorum merito sibi dicit datam esse gratiam, sed secundum debitum, hoc est, nisi quod merces nostra gratia uocatur? Si gratia est, gratis datur. Idem August. In omni opere bono non nos incipimus. Et postea per dei misericordiam adiuuamur, sed ipse nullis precedentibus bonis meritis et fidem, et amorem sui prius inspirat, ut baptismi sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum cum ipsius adiutorio ea, quae sibi sunt placita implere possimus.

Meritorum
initium.

Chrysostomus Homilia. 1. de

Adam et Eua.

His ergo ecclesiasticis regulis, et diuina sum-

L 4 ptis

ptis autoritate documentis, ita, adiuuante domino, confirmati sumus, ut omnium bonorum effectuum, atq; operum, & omnium studiorum, omniumq; uirtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum profiteamur autorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia bona & uelle inueniamur, & facere. Et paulo post: Tanta enim est erga omnes bonitas dei, ut nostra uelit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et pro his quæ largitus est, æterna præmia sit daturus. Agit quippe in nobis, ut quod uult & uelimuset agamus.

Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, cap. 30. & in lib. de Fide ad Petrum Diaconum.

Illi autem cum Christo regnabunt, quos deus gratuita bonitate sua prædestinauit ad regnū: quia enim talis prædestinando præparauit, ut regno digni essent, præparauit utiq; secundum propositum uocandos, ut obediant: præparauit iustificandos, ut accepta gratia recte credant, & bene uiuāt: præparauit etiam glorificandos, ut Christi coheredes effecti, regnū cælorum sine fine possideant. Et paulo post: Illi peruenerunt quos deus gratis nullo bonæ uoluntatis, uel boni operis merito præcedente saluauit. Item,

In sen-

In sententijs ex Augustino excerptis. Totum bonum quod habemus, ab artifice nostro habemus: sed si hoc in nobis est, quod ipsi fecimus, inde damnabimur: si autem hoc quod deus fecit, inde coronabimur. Item, Deus nihil indigens de cuiusquæ iusticia, nihil sibi consulens de operibus bonorum, consulens autem bonis de pœnis malorum.

Augustinus de Libero arbitrio

lib. 3. cap. 16.

Deus nulli debet aliquid, quia omnia gratuito præstat, quisquæ dicit ab illo aliquid deberi meritis suis, certè ut esset non ei debebatur. Non erat cui deberetur. Et tamen quod meritum est, conuertere ad eum ex quo es, ut ex ipso etiam melior sis ex quo habes ut sis. Quid ergo & prærogas, ut tanquàm debitum poscas, & c. Item, Augustinus, Retractat. lib. 2. Non fuerit, sed quemadmodum ait Apostolus: Non ex operibus, sed ex uocante dictum esse. Maior seruiet minori, quam uocationem ad dei propositum asserit pertinere, unde dicit: Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam. Et unde item dicit: Scimus quoniam diligentibus deū omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti.

L s Idem

Idem ad Valentinū de Libe

ro arbitrio, epistola 46.

Nec quisquam dicat meritis operum suorum, uel meritis orationum suarum, uel meritis fidei suae sibi traditam dei gratiam, & putetur uerum esse quod illic heretici dicunt, gratiam dei secundum merita nostra dari, quod omnino falsissimum est. Non quia nullum est meritum uel bonum piorum, uel malum impiorum, alioquin quomodo iudicabit deus mundum? Sed misericordia et gratia dei conuertit hominē, de qua Psalmus dicit: Deus meus misericordia eius praeuenit me: ut iustificetur impius, hoc est, ex impio fiat iustus. Et incipit habere meritum bonum, quod deus coronabit quando iudicabitur mundus.

Idem ad Sixtum Presbyterum

contra Pelag. epistola 105.

Quod est ergo meritum hominis ante gratiam? quo merito percipiat gratiam? cum omne meritum nostrum non in nobis facit gratia, & cum deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera: sicut ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus. Sic in fine quod erit in uita aeterna, coronabit nos, sicut scriptum est: In miseratione et misericordia. Non enim frustra

frustra de deo cantatur: Et misericordia eius praeueniet me. Et misericordia eius subsequetur me. Unde & ipse uita aeterna, quae utique in fine sine fine habebitur, & ideo meritis praecedentibus redditur: tamen quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parta sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud nisi quia gratis datur: ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt, & ipsa merita quibus datur. Item, uide latius ipsum Augustinum ad eundem Sixtum pulchrè differentè: nam qui statuunt, inquit, meritum humanum, Christi gratiam euacuant. Item, uide de gratia & libero arbitrio, cap. 20. & 21. & 15. & 16.

Hilarius in Mat. Can. 20. Su

per illud: Voca operarios &c.

Merces quidem ex dono nulla est, quia debetur ex opere, sed gratuitam gratiam deus omnibus ex fidei iustificatione donauit. Item, Hilarius Canone 5. Vult sine aliqua incertae uoluntatis ambiguitate sperari. Alioquin iustificatio ex fide nulla est, si ipsa fides sit ambigua. In eodem: Omnem igitur expectationem nostram in fide promissionum & uirtutis suae potestate exigit, collocari: ut cura rerum quibus indigemus omissa

omissa ab eo potius omnia, à quo ipsi uitale exordi-
um sumimus, expetamus.

Bernhardus de Libero

arbitrio.

Creatio, sa- Quid habes quod non accepisti? Crearis, sana-
ratio, salua- ris, saluaris, quid horum ex te, tibi ò homo? Quid
tio ex Deo horum non impossibile libero arbitrio? Nec creare
sunt. qui non eras, nec iustificare peccator, nec mortuus
poteras te ipsum resuscitare, ut cetera præmittā
bona, quæ aut sanandis necessaria sunt, aut saluandis
reposita. Quod dicimus, de primo patet, & ultimo.
Sed & de medio nemo dubitat, nisi qui ignorans dei
iusticiam & suam uolens constituere, iusticiæ dei nõ
est subiectus, Quid enim? Agnoscis creatis potens-
tiam, saluantis gratiam, & sanantis ignoras iustici-
am? Sana me ait domine & sanabor, saluum me fac
& saluus ero, quoniam laus mea tu es. Iste iusticiam
dei agnoscebat, à quo æque sperabat, tam salutari à
peccato, quàm à miseria liberari. Et ideo laudem su-
am illum, non se merito statuit. Item, Bernhardus in
eodem lib. Non enim uos estis qui loquimini, & c. Fa-
tetur Bernhardus quod uoluntas bona ab ipso ho-
mine non sit. Item, Quod promissione dei tantum sal-
uemur. Idem Bernhardus Sermone 1. de Annuncia-
tione

tione Mariæ. Idem super Cantica canticorum. Ser-
mo. 67. Canticum 2. Ait gratiæ totum ascribendæ
meritis nihil.

Augustinus lib. 50. Homi-
liarum, Homilia. 17.

Pax fratribus, & charitas cum fide à deo patre
nostro, & domino Iesu Christo. Quid ergo habes quod
non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quæ
si non acceperis? Num sic gloriatus est Abraham?
Ex fide gloriatus est. Quæ est plena & perfecta fi-
des? Quæ credit ex deo esse omnia bona nostra &
ipsam fidem. Iterum dicit Apostolus: Misericordi-
am consecutus sum. O confessio. Non ait misericor-
diam consecutus sum, quia fideles eram, sed ut fide-
lis essem, misericordiam consecutus sum, ueniamus
ad eius primordia, uideamus Saulum scientem, spe-
ctamus furentem, spectemus odia anhelantem, san-
guinemque sitientem. Hæc Pauli uia erat, cuius uia nõ
dum erat Christus. Quid habebat in corde? Quid
nisi malum? Date mihi merita eius. Si merita quæ-
ris, damnationis sunt, non liberationis. Idem Augu-
stinus lib. primo. Retractat. 23. & ad Sextum Roma-
num presbyterum, epistola 105. Deus unicuique par-
titur. & c.

Ambrosius

Ambrosius ad Demetriadem

epistola ultima.

Gratia que agit in homine.

Quis enim sine auxilio gratiæ, fructum potest afferre iusticiæ. Aut quis audeat dicere se à Christo non diuidi, qui Christum in se diffidetur operari? An forte uerendum est, ne liberum tollere uideamur arbitriū, cum omnia per quæ propiciatur deus, ad ipsum dicimus esse referenda: Quod nequaquam esse consequentia ueritatis ostenditur. Operate enim spiritu dei, iuuatur arbitrium, non aufertur: & hoc agit gratia, ut uoluntas peccato corrupta, uanitibus ebria seductionibus circumsepta difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus suis, sed per opem miserentis medici curata reualescat, & gaudeat se non interrogantem edoctam, ut non querentem esse quesitam, &c. Item Ambrosius de Cain, & Abel. lib. 1. cap. 7. Et in Exameron. lib. 1. cap. 5. Item de uocatione Gentium, cap. 1. 2. 3. 5. 6. 7. Ex libro uocat. 2. cap. 2. 5. 9. & ultimo.

Augustinus de uerbis domini.

Sermon. 7

Cauere o. Christiane, caue superbiam. Licet enim imitator sanctorum sis, totum gratiæ semper reputa, quia

ta, quia ut esset aliquid reliquum, gratia in te dei non tuum meritum fecit. De ipsis denique reliquijs dixerat habemus propheta Esaias commemorans: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, &c. Si autem gratia, est, inquit, iam non ex operibus, id est, iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iam non est gratia. Si enim de tua opera præsumis, ergo merces tibi redditur, non gratia condonatur. Si autem gratia est, gratis datur. Interrogo nunc: Credis o peccator Christo Dicis, Credo. Quid credis? Gratis uniuersa peccata per ipsum tibi posse remitti? Habes quod credidisti? O gratia gratis data. Quid tu iuste credis? Te sine deo non posse seruare iusticiam ipsius: Ergo totum reputa quod iustus es pietati. Quod autem peccator es, tuæ iniquitati ascribe. Esto accusator tuus, & ille erit indultor tuus. Omne autem crimen, facinus uel peccatum nostræ est negligentiae, & omnis uirtus & sanctitas dei est indulgentiæ.

Idem prima quinquagena

ex prologo Psal. 31.

Qui sunt beati: Non in quibus non inuenerit deus peccatum: nam in omnibus inuenit. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet ut non sint beati, nisi quorum

quorum remissa sunt peccata. Hoc ergo Apostolus sic commendauit: Credidit Abraham deo, &c. Et ei qui operatur, id est, de operibus præsumit, & eorum merito sibi dicit datam esse gratiam fidei, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Quid est hoc, nisi quod merces nostra gratia uocatur? Si gratia est, gratis datur. Quid est gratia? Si gratis datur? Gratis constat: Nihil boni fecisti, & datur tibi remissio peccatorum. Attenduntur opera tua & inueniuntur omnia mala. Si quid debetur istis operibus deus redderet, utiq; damnaret. Non tibi deus reddit debitam pœnam, sed donat indebitam gratiam. Idem in Psal. 30. In te domine speraui. Et idem Psal. 43. Deus auribus. Versu: Et redime nos propter nomen tuum.

Lactantius lib. 7. de diuino

præmio, capite 14.

Nam illi qui suis meritis immortales facti esse dicuntur, quia nec iusticia, nec ulla in his uera uirtus fuit, non immortalitatem sibi, sed mortem peccatis ac libidinis quaerierunt. Nec coeleste præmium, sed inferna supplicia meruerunt: quæ pendunt simul cū his omnibus qui eos coluerunt.

Augustinus

August. de uerbis Apost. Sermon. 11.

Ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Antequā conditi essemus, nihil boni merebamur, In defensoribus ideo gratia qua conditi sumus cum boni nihil mereremur. Si ergo magna est gratia, quando nihil bonum merebamur, quanta gratia est quando tantū malum merebamur? Qui nondū erat, bene non merebatur, peccator & malus merebatur? Nondū erat qui factus est, nondum erat, sed nec offenderat. Nondum erat, & factus est, offendit & saluus. Qui nondum erat, nihil sperabat, factus lapsus est: lapsus autē damnationem expectabat, & liberatus est. Hæc est gratia per Iesum Christū dominum nostrū &c. Itē Augustinus lib. de prædestinatione sanctorū cap. 7 et de uerbis Apost. Sermon. 13. Et lib. 50. Homilia Homiliarum 14. Idem ad Paulinū epistola 106. Et in Encherididio capite 30.

Gregorius in Ezech. lib. 1. Hom. 9. in principio Ezechielis secundi.

Ex omnipotētis dei gratia ad bona opera conari quidem possumus, sed hæc implere nō possumus, si ipse nō adiuuat qui iubet. Sic Paulus ait: Deus est enim qui operatur in nobis, & uelle et perficere pro bona uoluntate. Hinc est quod ipsa ueritas discipulis dicit:

M Sine

544 DE GRATIA ET MERITO.

Sine me nihil potestis facere. Sed in his considerandum est, quia si bona nostra sic omnipotentis dei dona sunt, ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis eternam retributionem quaerimus: si autem ita nostra sunt, ut dona omnipotentis dei non sint, cur ex eis omnipotenti deo gratias agimus? Sed sciendum est, quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona autem nostra & omnipotentis dei sunt & nostra: quia ipse aspirando nos praeuenit ut uelimus, qui adiuuando subsequitur, ne inaniter uelimus, sed possumus implere quae uolumus: praeueniente ergo gratia et bona uoluntate subsequente, hoc quod omnipotentis dei donum est, sit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicabat dicens: Plus omnibus illis laboraui. Qui ne uideretur suae uirtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: Non autem ego, sed gratia dei mecum &c. Item Gregorius lib. Moralium 24. cap. 7. & libro Moral. 22. cap. 10 & lib. 16 cap. 11.

Hieronymus ad Demetriadem.

Velle et nolle nostrum quod dicitur Superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Vbi autem gratia, non operum retributio, sed donantis est largitas, ut impleatur illud Apostoli: Non est uobis &c. Et tamen uelle et nolle nostrum est, ipsumque quod nostrum est, sine miseratione dei nostrum non est.

Augu-

FIDES SOLA IUSTIFICAT. 545
Augustinus ad Sixtum Romanum

Presbyterum Epistola 105.

Cur igitur sua merita iactaturus est liberatus cui si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus? Nulla ne ergo sunt merita iustorum? Sunt plane, quia iusti sunt. Sed ut iusti fierent, merita non fecerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius &c.

FIDES SOLA HOMINEM IUSTIFICAT coram Deo.

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Rom. 3

Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum &c.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Galat. 2

Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis, 2 M Co

3. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ.

Ibidem. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut pmissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Hebr. 11 Sine fide autem impossibile est placere deo.

Actor. 15 Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

Philip. 3 Nō habens meam iusticiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu.

Ephes. 5 Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis &c.

Rom. 1 Qui credunt, inquit (non ait qui operantur) suscipiunt iusticiam: quia iustus ex fide uiuit.

Cyrillus in dialogo de Trinitate
libro 5.

Iustificati igitur per fidem, pacem habemus cum deo per Christum dominum nostrum: familiares enim
facit

facit nos deo ac patri fides, & per filium nos proprie constituit: iustificat autem nos secundum uerum & sincerum sermonem. Item Cyrillus in euangelium Iohannis cap. 14. lib. 9. cap. 30. Creditis in deum, & in me credite. Foris modo milites instruit, armaque dat quibus omnia queant aduersa superare: per fidem namque non aliter saluamur secundum illud: Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo. Item, Idem in cap. 43. Item et ad Reginas de Recta fide ex epist. ad Philip. & 1. Timoth. 1.

Aug. in prima quinquagena in prologo Psalm. 31.

Ea ipsa opera quæ dicuntur ante fidem, quamuis uideantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi uideantur non esse ut magnæ uires et cursus celerrimus præter uiam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem, ubi fides non erat, bonum opus non erat. Idem lib. 50.

Homilia Homiliarum 17.

Hysichius in Leuit. lib. 2.

Capite 7.

Per pectusculum ante fidem designans & confidentiam quam offerre domino uult, ab eo qui saluari desiderat: quia sine fide impossibile est nos placere deo, Hebr. 11.

Theophylactus in epistolam ad

Roman. Cap. 3.

Quoniam nemo iustificatur lege &c. Nunc planè demonstrat fidem ipsam, uel solam iustificandi in se habere uirtutem, & Abacuc dicentè inducit: Quia ex fide, nò è lege uicturus est iustus. Vide latius ipsum Theophylactum.

Aug. ad Sixtum Presbyterū contra

Pelag. Epistola 105.

Opera quippe bona fiunt ab homine: fides autem fit in homine, sine qua illa à nullo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide, peccatū est. Item August. de prædestinatione Sanctorū lib. 1 cap. 7. Idem de Spiritu et Litera cap. 13. His igitur, inquit, consideratis pertractatisq; pro uiribus, quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem præceptis uitæ bonæ, nisi per fidē Iesu Christi. Hoc est, nò lege operum, sed lege fidei: non litera, sed spiritu: non factorum meritis, sed gratuita gratia.

Hilarius in Matth. Can. 8.

Mouet Scribas remissum ab homine peccatū. Hominem enim tantum in Iesu Christo contuebantur, et remissum ab eo, quod lex laxare non poterat: fides enim sola iustificat.

Augu

August. lib. 8. Quæstio.

Capite 76.

Quoniam Paulus apostolus prædicans iustificari hominē per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, ut putarent eū semel in Christum credidissent, etiam si male operarentur, & facinorose flagitiosq; uiuerent, saluos esse posse per fidem. Locus iste huius epistolæ eundem sensum Pauli apostoli quomodo sit intelligendus exponit. Ideoq; magis Abrahæ uitur exemplo, uacuum esse fidem, si non bene operetur: quoniā Abrahæ exemplo etiam Paulus apostolus usus est, ut probaret iustificari hominem sine operibus legis. Quum enim cōmemorat bona opera Abrahæ, quæ eius fidē comitata sunt: satis ostendit Paulum apostolum non ita per Abraham docere, iustificari hominem sine operibus per fidem, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, ut nemo

Opera bona meritis priorum honorū operum arbitretur se pertinere ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se Gentibus in Christum credentibus, Iudei præferre cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad Euangelicam gratiam peruenisse: ideoq; scandalizabantur mul-

M 4

ti, qui

Præceptis
bonæ uitæ
nemo iusti-
ficatur.

Cōcordātia
Iacobi et
Pauli de fi-
de et opera
bus.

Opera bona
na fidē non
precedunt

ti, qui ex eis crediderant, in circūcis gentibus Christi gratia non traderetur. Vnde apostolus Paulus dicit: posse hominem sine operibus se præcedentibus iustificari per fidem. Nam iustificatus per fidem quomodo potest nisi iuste operari? quamuis ante nihil operatus iuste ad fidei iustificationem peruenerit, nõ merito bonorum operum sed gratia dei, quæ in illo iam uacua esse non potest, cum iam per dilectionem bene operatur. Quod si cum crediderit, mox de hac uita discesserit, iustificatio fidei manet cū illo: nec præcedentibus bonis operibus, quia nõ merito ad illã, sed gratia præuenit: nec consequentibus, quia in hac uita esse non sinitur. Quapropter non sunt sibi contrariæ duorum apostolorum sententiæ Pauli & Iacobi, cum dicit: Vnus iustificari hominẽ per fidẽ sine operibus: & alius dicit: Inanem esse fidem sine operibus: Quia ille dicit de operibus, quæ fidem præcedunt, iste de his quæ fidem sequuntur.

Gregorius in Ezech. lib. 1.

Homilia 7.

In solo deo Iustus igitur aduocatus noster, iustos nos defendet in cõsidendũ. iudicio, quia & nosmetipsos cognoscimus et accusamus iniustos. Nõ ergo in fletibus, nõ in actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatione confidamus.

Cyril-

Cyrillus in Euang. Ioannis

lib. 9. Cap. 32.

Iustificamur enim per fidem, & participes diuinæ naturæ participatione sancti spiritus efficiamur. Idem in euangelio Ioannis libro quarto cap. 13. & libro 6. cap. septimo. Quum deus operetur, non quæramus quomodo, sed operis sui uiam atque scientiam illi soli concedamus. Nam quemadmodum quàm nullus nouit quid iam secundum naturam deus sit, iustificatur per fidem, quum credat præmia illum redditurum quærentibus eum. Sic & si operum eius rationem ignorat: quum tamen fide omnia illum posse non dubitet, non contemnenda probitatis huius præmia consequetur. Vide Cyrillũ copiose enim differit quomodo fide iustificemur. Idem in Dialogo de Trinitate libro quinto.

Augustinus & Alipius Bonifacio contra Pelag. epist. 106.

Ipsa est iusticia ex fide qua credimus nos iustificari, hoc est, iustos fieri gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, & inueniamur cum illo nõ habens nostram iusticiã, quæ est: ex lege est, sed eam quæ per fidem Christi. Quæ ex deo iusticia in fide? Vtq; in fide qua credimus nobis iusticiam diuinitus

M 5 dari, non

dari non à nobis, neq; in nostris uiribus fieri. Consule
latius ipsum Augustinum.

Idem de Spiritu & Litera,

Cap. 29

Iustificatio
ex fide in-
petratur.

Deus est qui operatur in nobis & uelle & ope-
rari pro bona uoluntate, ac per hoc offenderunt in
lapidem offensionis: nam quid dixerit, quia non ex
fide, sed tanquam ex operibus, id est, tanquam eam per
semetipsum operantes, non in se credentes operari de-
um, apertissimum exposuit, dicens: Ignorantes e-
nim dei iusticiam, & suam uolens constituere, iusti-
cie dei non sunt subiecti: Finis enim legis CHR I-
S T V S ad iusticiam omni credenti. Et adhuc du-
bitamus quæ sunt opera legis, quibus homo non iu-
stificatur, si ea tanquam sua crediderit sine adiu-
torio & dono dei, quod est ex fide Iesu Christi.
Hæc mandata: Non concupisces, & c. Quæ ut
possit homo facere, deus operatur in homine per fi-
dem Iesu Christi, qui finis est ad iusticiam omni cre-
denti, id est, qui per spiritum incorporatus factusq;
membrum eius, potest quisq; illo incrementum intrin-
secus dante, operari iusticiam.

Bernhardus

Bernhardus super Cantica

Sermon. 17.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi: Cur ita? Gratia to-
nempe ut tunc magis (ecclesiam intellige) gratia ple-
na se probet. Cum totum gratiæ dederit, & primas
dū nihil me
scilicet illi partes ascribēs & ultimas. Alioquin quo
modo gratia plena, si quid habuerit quod non sit ex
ritis.
gratia? Non est quo gratia intret: ubi iam meritum
occupauit. Ergo iam plena cōfessio gratiæ: ipsius gra-
tiæ plenitudinem signat in anima contentis. Nam si
quid de proprio inest, in quantum est, gratiam cede-
re illi necesse est. Deest gratiæ quicquid meritis de-
putas. Nolo meritum quod gratiam excludat. Hor-
reo quicquid de meo est, ut sim meus: nisi illud quod
magis forsitan meum est, quod me meum facit, gra-
tia reddit me iustificatum gratis, & sic liberatum à
feruitute peccati. Et paulo post: Desponsauit te mi-
hi in fide. Desponsauit te mihi in iudicio & iusticia.
Desponsauit te mihi in misericordia, & miserationi-
bus. Nec tu me elegisti, sed ego elegi te, nec ut te eli-
gerem tua inueni merita: sed præueni. Ita ergo in fi-
de desponsauit te mihi. Et non in operibus legis, de-
sponsauitq; in iusticia, sed iusticia quæ est ex fide, non
ex lege. Restat ut iudices iudicium rectum inter me

& te,

et te, iudicium in quo te desponsauit: ubi constat interuenisse non tuum meritum, sed meum placitum. Hoc est autem iudicium, ut tua merita non extollas, non proferas opera legis, non iactes pondus dei, & eius, quæ magis in fide & in iusticia quæ est ex fide, nec non in misericordia & miserationibus nosceris desponsata. Quæ uerè sponsa est agnoscit ista, &c.

Augustinus ad Sixtū Pre-

byterum epistola 105.

Fides nos ad Christū trahit. Fides ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret: Ne mo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum. Sequitur: Et ne quisquam existimaret credentes sic ad eius præscientiam pertinere, quomodo non credentes, id est, ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantum modo uoluntas eorum prænosceretur: mox adiecit atque ait: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.

Ambrosius ad Romanos

Capite 3. & 4.

Iustificati gratis, per gratiam ipsius. Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes, neque uicem reddentes, sola fide iustificati sunt dono dei, &c. Idem Am-

brosius

brosius 4. cap. Credenti autem in eum qui iustificat impium, &c. Sic decretum est dicit à deo, ut cessante lege, solam fidem gratiæ dei posceret ad salutem. Si cut & Dauid dicit, hoc ipsum munit exemplo Prophetæ: Beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iusticiam sine operibus. Beatos dicit, de quibus hoc sanxit deus, ut sine labore & aliqua obseruatione, sola fide iustificentur apud deū. Idem ad Rom. 9. ait: De Ambro. ad cet ut in nomine saluatoris creatura salutem suam ad Rom. 9. piscatur, hoc est, per fidem, &c.

Augustinus super Ioannem

Tractatu 25. cap. 6.

Discernitur quidem ab operibus fides, sicut apostolus dicit: Iustificari hominem per fidem sine operibus legis, & sunt opera quæ uidentur bona sine fide Christi: & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem, ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus ad iusticiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus dei. Ipsa est enim quæ per dilectionem operatur. Nec dicitur, hoc est opus uestrum: sed, hoc est opus dei, ut cre- Fides opus datus in eum quem misit ille, ut qui gloriatur, in domino gloriatur.

Cyrillus

Cyrillus in Ioannem, lib. 3.

Cap. 31.

Holocausta Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit solēnitates, ille. Hoc est inquit, opus dei, non illud quod uos pu-
 hostiæq; nō tatis, umbras solummodo legis atq; figuras respiciens
 sunt opus tes, & c. Non est igitur hoc opus dei, sed illud, ut cre-
 dei, sed si- datis in eū, quem misit ille: fides enim salutem affert,
 des in Chri & gratia iustificat, mandata uerò legis contemnant
 sum. magis. Opus igitur dei, fides in Christum est: quare
 doctrinæ suæ, non umbraculis legis inherendum est.
 Item Cyrillus Theaur. lib. 12, cap. 1. dicit: Fide nos ius-
 tificari non operibus aut meritis.

Augustinus in prima quinquagena

ex prologo, Psalm. 31.

Quomodo ergo iustificabitur homo per fidem sine operibus? Respondet ipse Apostolus: Propterea hoc tibi dixi o homo, ne quasi de operibus tuis presumere uidereris, & merito operum tuorum accipisse fidei gratiā. Noli ergo presumere de operibus ante fidem, noueris, quia peccatorem te fides inuenit: etsi te fides data fecit iustum, impiū inuenit, quē face-
 ret iustum: Credenti, inquit, in eum qui iustificat impiū deputatur fides eius ad iusticiā. Si iustificatur
 impius

impius, ex impio fit iustus: si ex impio iustus fit, quæ sunt opera impiorum: tacet iam impius opera sua et dicat: Do pauperibus, & c. Et in fine. Sed crede in eū qui iustificat impiū, ut possint, & bona opera tua esse opera bona. Nā nec bona illa appellauerim, quæ diu non de radice bona procedunt.

Origenes in epistolam ad Rom.

lib. 3. Cap. 3.

Vbi est ergo gloriatio tua? & c. Et dicit sufficere Sola fide si folius fidei iustificationem, ita ut credens quis tan-
 tummodo iustificetur, etiam si nihil operis ab eo fue homo iusti-
 rit expletum. Per fidem enim iustificatus est latro ficatur.
 sine operibus legis: quia super hoc dominus non re-
 quisit, quid prius operatus fuisset, nec expecta-
 uit quid operis quum credidisset expleret, sed sola
 confessione iustificatum, comitemq; sibi paradysum
 ingressurus assumpsit. Sed & mulier illa, quæ in E-
 uangelio secundum Lucam refertur, quæ ad pedes Ie-
 su audiuit: Remittuntur tibi peccata tua. Et iterum
 Fides tua te saluum fecit, uade in pace. Sed & in
 multis Euangelij locis hoc sermone usum legimus
 Saluatorem, ut credentis causam dicat esse salutis
 eius. Igitur iustificatur homo per fidem, cui ad iusti-
 etiam nihil conferunt opera legis. Vbi uerò fides non
 est, quæ

Opera non est, quæ credentem iustificat, etiam si opera quis hæc edificata beat ex lege; tamē quia non sunt edificata supra fundamentum fidei, quamuis uideantur esse bona, operamentum ratorum suum iustificare non possunt, si eis deest fidei, etiam fides, quæ est signaculum qui iustificatur à deo. bona nō iustificanc. Sequitur: Sola igitur iusta gloriatio est in fide crucis Christi.

Augustinus libro de Litera

et Spiritu.

Quisquis autem crediderit ei, qui se à peccatis omnibus absoluendum, et ab omnibus uitijis sanandum, et calore ac lumine eius accendendum illuminandumque contempserit, habebit ex eius gratia bona opera, ex quibus etiam secundū corpus à mortis corruptione redimatur ac coronetur, bonisque satiatur, non temporalibus, sed æternis supra quàm petimus, aut intelligamus.

Fides facit
bona opera

Athanasius ad Galatas cap. 3.

Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Owendit igitur lege execrabiles reddi homines, et maledictioni subesse: Fide uerò benedictis accumulari: Nunc planè demonstrat fidem ipsam, uel solam iustificandē

ficandi in se habere uirtutem, et Abacuc dicentē inducit: Quia ex fide nō à lege uicturus est iustus. Lex nanq; non solam exigit fidem, sed opera. Recte autem Deum dixit: Nam apud homines iusti forte credentur, qui legi in hæserint.

Ex Glossa ordinaria in epistolam

Iacobi.

Quod Abraham per fidem sine operibus iustificatus dicitur, de operibus quæ præcedebant intelligitur, quia per opera quæ fecit iustus non fuit, sed sola fide. Hic de operibus agitur, quæ fidē sequuntur, per quæ amplius iustificabitur, cum iam per fidem fuisset iustus. Vnde Paulus: Fide Abraham obtulit Isaac cū tentaretur. Hæc oblatio est opus et testimonium fidei et iusticie etc.

Ambrosius ad Roman. 4.

Beati quorum remissa sunt iniquitates etc. Manifeste beati sunt, quibus sine labore uel opere aliquo remittuntur iniquitates, et peccata teguntur, nulla ab his requisita pœnitentiæ opera, nisi tantum ut credant, etc.

Hilarius in Matth. Can. 20.

Fatetur Hilarius in hoc canone quod nemo potest esse ex lege saluari, Et subdit: Quid autem Dei uir

N luti

tuti tā impossibile est, quā ut per fidē saluetur: ut per aquam regeneretur: ut per crucē uincatur: ut per Euāgelia exoptetur: ut per resurrectionem ex morte uiuificetur. Quibus auditis Apostoli citō credūt, seseq; omnia reliquisse profitentur &c.

Cyrillus in Ioannem lib. II.

Capite 16.

Sed si cognitio uitae aeternae est, quomodo dicitur quod spiritus, alia quadā re indigemus? Quod si nulla re alia indigeamus, quomodo fides absque operibus mortua esse perhibetur? Fides autē quid aliud est, quā uera de deo cognitio? Fide enim cognitio fit, testatur id Esaias, dicens: Si enim non creditis, non intelligetis &c. Idē in Argument. Quod spiritus sit deus. Tom. 2 dicit: Creaturam nos non posse iustificare.

August. cōtra duas epistolas Pelagi.
libro 3. cap. 5.

Nostra fides, hoc est, catholica fides, iustos ab iniustis non operum, sed ipsa fidei lege discernit: Quia iustus ex fide uiuit, per quam discretionē fit, ut homo ducens uitam sine homicidio, sine furto &c. Et infra. Cū itaq; iusti omnes, & antiquiores, & Apostoli ex fide uixerint recta, quae est in Christo Iesu domino nostro, moresq; tam sanctos cum fide habuerint, ut li

cet

cet non tā perfectae uirtutis in hac uita esse potuerint quā post hanc uitam quae futura est: tamē quicquid peccati ex humana infirmitate surrepserit, pietate ipsius fidei continuo deleteretur &c.

Athanasius libro Commentariorū
in epistolam ad Romanos.

Duplex nanq; est fides nostra, altera, ut illud: Fides tua te saluū fecit. Altera, Dei est donū, qua fiunt miranda, ut illud: Si habueritis fidem ut cocculus sinapis, dicetis monti huic &c.

Augustinus libro de Litera
& Spiritu.

Hec est iusticia dei, quae in Testamento ueteri uelata, in nouo reuelatur. Quae ideo iusticia de dicitur, quod impartiendo eam iustos facit, sicut domini iusticia dei est salus, qui saluos facit: & haec est fides, ex qua qua iusti sunt in qua reuelatur, ex fide scilicet annunciantium, in fidem obedientium. Qua fide Iesu Christi, id est, quam nobis contulit Christus, credimus ex deo nobis esse, pleniusq; futurum esse, quod iuste uiuimus. Vnde & illi à pietate qua solus colendus est, gratias agimus. Idem Augustinus ad Bonifacium epist. 50. Iustus enim & iustificans non est nisi deus. Absit autem, ut quisquam nostrum ita se iustum dicat,

N 2 ut aut

ut aut suã uelit constituere iusticiã, id est, quasi à se= ipso sibi datã, quã dicitur ei: Quid enim habes quod non accepisti? &c.

Ambrosius de uocatione

Gentium.

Vilesceret redemptio sanguinis Christi, nec misere ricordie dei humanorũ operũ prerogatiua succubere, si iustificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis. Et alibi Ambrosius. Hoc constitutum est à deo, ut qui credit in Christũ, saluus sit, sine opere, sola fide. Gratis accipietis remissionẽ peccatorũ.

Nihil iuste fit, nisi quod manat è fide, & proficiatur ex studio dilectioneque dei. Hinc diuus Bernhardus uiti fidẽ, palmitibus reliquis uirtutes, opera uerò botris non inscite comparauit. Et Chrysostomus in Matthæũ. Lampadi fidem assimilat, quod ut lampas domum, ita fides animam illustret. Item August. de fide & operibus ca. 7. Nisi præcedat fides, uita bona sequi non poterit.

Augustinus cõtra duas epistolas Pelagianas ad Bonifacium libro. 1.

Capite 4.

Nec potest homo boni aliquid uelle, nisi adiuuetur ab eo

ab eo qui malum non potest uelle, hoc est gratia dei per Iesum, Christum dominum nostrum. Omne enim quicquid non est ex fide, peccatum est. Et ad Vitalem epistola 10. Et sine fide impossibile est utiq; placere deo, Hebr. 11. Itẽ de penitentia Distinct. 2. can. Charitas est. Et Can. Sicut seta. Can. Charitas est, Prosper Sic ait Augustinus. Hæc est fides, ut diffinit Apostolus quæ per dilectionem operatur, hinc duntaxat remissio delictorum promittitur, neque charitas à fide seiungi potest. Attamen dicit Gregorius in Ezech., quod fides fundamentum & basis sit: nam qui non credit, neque amat: ideò autem non sequitur fides charitatẽ, sed charitas fidẽ. Nemo potest id diligere uel sperare, quod nõ credit uel cognoscit. Quamobrẽ ait Augustinus in eadem Dist. Can. Sicut seta introducit filum, ita timor introducit charitatem, crescit charitas minuitur timor & è conuerso.

Item Hieronymus libro Comment. in epistolam ad Hierony. Galatas cap. 2. dicit. Nullus per legem, sed fidem saluatur omnes.

Hilarius in Matthæum 9.

Nam si iusticia fuisset ex lege, uenia per gratiam necessaria non fuisset. Ibidem: Cæci enim qui credebant &c. Ex quo intelligendum est fide merendũ

N 5 esse

esse quod petitur, non ex impetratis fidem esse suam
mendam.

OPERA NON SALVANT,
neq; iustificant.

Iob. 9

Verebar omnia opera mea, sciēs,
quod nō parceres delinquenti.

Sancti timent propter opera sua, fidunt autem misericordie dei. Timorem ad opera nostra, fidem ad misericordiam dei referre debemus, sancti timoris fides autor est. Qui fiducia bonitatis uacuus est dei impius sit necesse est.

Psal. 143

Nō intres in iudiciū cum seruo tuo,
quia nō iustificabitur in cōspectu tuo
omnis uiuens.

Esa. 57

Ego annuntiabo iusticiam tuam, et
opera tua non proderunt tibi.

59. Opera eorū opera inutilia, & opus
iniquitatis in manibus eorum.

64. Facti sumus immūdi omnes, et qua
si pannus menstruatae uniuersae iusti
ciae nostrae, & cecidimus quasi folium
uniuersi.

Non

Non est enim homo iustus in terra,
qui faciat bonum, & non peccet. *Eccles. 7*

Non potest homo accipere quicquā
nisi ei cœlo datum fuerit. Omnē pal
mitem in me nō ferentem fructū, tol
let eum. *Ioan. 3*

De pharisæo & publicano, Et tamē
publicanus iustificatus in domum su
am abiit. *Luc. 18.*

Ecce oēs iusti, & uana opera eorum
uentus & inane simulachrum eorū. *Esa. 44*

Vos cū feceritis omnia quæ præce
pta sūt uobis, dicite: Serui inutiles su
mus, quod debuimus facere fecimus. *Luc. 17.*

Neq; nos, neq; patres nostri portare
potuimus, sed per gratiā Iesu Christi
credimus saluari, quēadmodū et illi. *Act. 15*

Qui saluos nos fecit, non secundum
opera nostra, sed secundum propositū
suum, & gratia quæ data est. *2. Tim. 1*

Non ex operibus iustitiæ, quæ feci
mus nos, sed secundum misericordiā
suam saluos nos fecit. *Titum 3.*

N 4 Fidei

Fidei opera Rom. 12. docent castigare corpus & offerre, quod fit dum corpus castigatur, ieiunando, uigilando, laborando. 1. Petri 2. Offerite spirituales hostias & oblationes.

Matth. 20

Idē indicat parabola de uinea Mat. 20. ubi ijs qui sero aduenerunt, id est, fidelibus et Christianis, datur æqua merces eum Iudæis & patribus, quorū sunt testamenta, & quibus facta est promissio.

Luc. 17.

Regnum dei intra uos est. Si igitur in nobis, & iam saluati per Christum sumus, quomodo ex operibus saluabimur?

Os. 13.

Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum.

1. Cor. 4

Nihil mihi conscius sum, sed nō per hoc iustificatus sum. Sola fides saluat, non opera. Spe salui facti sumus.

Rom. 8

Id est, fide nam spes pro fide ponitur hoc in loco.

Et Rom. Ex operibus legis.

SCRIPTURARVM SOLVTIO

contrarium sonantium.

1. Cor. 13

Si habuero omnē fidē, &c. Fides hic pro dono accipitur speciali spiritus 1. Cor. 12. Vni datur spiritus scientiæ, alteri fides. Abraham

Abraham pater noster non ex factis est iusti = Iacobi 2. ficatus.

Equidem ex factis sed non apud deū, apud homines uerò. Rom. 14. Hebræ. 11, Gene. 22. Fides si non habuerit opera, mortua est. Hoc & nos dicimus: Vera fides sicut arbor bona, semper fructus bonos profert, sed non iustificat hæc opera, quæ sunt gratiarū actiones ob beneficia gratuita à deo accepta. Inde etiā charitas pximi, apud tales in magno pretio erit.

Cū feceritis quæ præcipio uobis, dicite, serui inuites sumus. Luc. 17

Quod dicitur, Dæmones credunt & contremiscunt. Verum est credunt, sed non uerè credunt: neque aliud est eorum fides, nisi experimentum damnationis: fidem uerò qua in solum Christum speratur pro peccatorum remissione, non habent.

Augustinus in Psal. 110.

Iusticiam homo non operatur, nisi iustificatus. Et Operibus Psal. 70. Quoniam non cognoui negotiationem, in penitentis troibo in potentia domini, qui iusticiā operibus quæ aut confeserit, negociari intendit, unde & Psal. 125. tractans illud Pauli: Iusticia dei in omnes, & super omnes eos iustificat qui credunt. Qui credunt, inquit (non ait qui operantur) suscipiunt iusticiam, quia iustus ex fide uiuit. Sed

N 5 & eundem

et eundem Augustinum audiamus omnia nostra opera
proiicientem et conculcamentem.

Augustinus in epistola 200
ad Afellicum.

Non solum autem et inquit, illa opera legis, quae
sunt in ueteribus sacramentis, et nunc reuelato Te-
stamento nouo non obseruantur a Christianis, sicut est
circumcisio praeputij, et sabbati carnalis uacatio, et
a quibusdam efcis abstinentia, et pecorum in sacrifi-
cijs immolatio, et neomenia, et azimum, et cetera
huiusmodi, uerum etiam illud quod in lege dictum est
Non concupisces quod utiq; et Christianus nullus am-
bigit esse dicendum, non iustificat hominem, nisi per
fidem Iesu Christi, et gratia dei per Iesum Christum
Hec ille. Non ergo iustificat.

Idem ad Paulinum.

Non ideo bona opera frustrantur, cum reddat uni-
cuique deus iuxta opera sua. Estque gloria et honor, et
pax omni operanti bonum: sed quia opera ex gratia
id est, fide, non ex operibus gratia: quoniam fides
quae per dilectionem operatur nihil operaretur nisi
ipsa dilectio funderetur in cordibus nostris per spi-
ritum sanctum, qui datus est nobis, nec ipsa fides es-
set in nobis, nisi unicuique deus partiretur mensu-
ram si-

ram fidei, unde et idem in epistola ad Sixtum.
Non sunt, inquit, bona opera, nisi quae per fidem,
et dilectionem sunt: quia alterum sine altero nullius
uirtutis fructum parit.

Quod si ergo ex fide operante poeniteamus aut
confiteamur, nemo bonum opus negabit, idque non sui
natura, sed fidei, ob quam deus acceptando, operis il-
lius inquinamenta non imputat. Ita, Beatus est uir cui
non imputauit dominus peccatum.

Ambrosius in epistolarum
lib. 9. epist. 71.

Ex operibus non iustificatur homo, sed quia iu-
stus est, donatum habet. Idem Ambrosius de uocatione
Gentium. 1. Etiam, inquit, si in bonis moribus quis a-
gat, male adhuc uiuit, si non in dei gloriam uiuit. Sed
qui dubitat an opera sua deo placeant, conuincitur
non uiuere in gloriam dei: ergo peccare conuincitur

Hieronymus super Matth.

Cap. 13.

In hoc, inquit, periculosa est interpretatio, ut in-
ter sanctorum merita, discretionem quamlibet face-
re uideamur. Verum enim uero, quae dei gratia, hoc
est, deus in nobis operatur opera (nam omnia o-
pera nostra operatus es domine, ait propheta) de

eius dono, quo ab aeterno præparauit ea, ut in eis ambularem, et quæ per fidem proposuit: ea se nobis daturum secundum beneplacitum uoluntatis suæ, sunt nostra merita, in diuersis tamen diuersa. Idcirco ex dei gratuita munificentia, et ex proposito gratiæ eius, non autem ex actu nostræ electionis, qui nunquam nõ noxius esse potest, cum deus uolet eum imputare: filius enim iræ, non nisi iræ operatur opera, et mala arbor, non nisi malos fructus edit. Quid est homo ut immaculatus sit et iustus appareat de muliere?

August. contra Iulianum,

lib. 4. Cap. 3.

Quod bonum est, bono displicere non potest, et quia filius iræ non facit nisi opera iræ. Filius autem iræ est, quem deus charitate non beauit. Item, Idem in Sermonè 2. in monte, Ipsa est anima, fructus uero opera hominis. Non ergo potest malus homo bona operari, neque bonus mala, sed malus si uult bona operari, fiat prius bonus, sicut in alio ait loco euentius ipse dominus dicit: Aut facite arborem bonam et. Quã diu ergo aliquis malus est, non potest fructus facere bonos. Si enim fructus bonos fecerit, iam malus non erit. Sic non potest nix esse calida, cum enim calida esse cœperit, nõ iam eam niuem, sed aquam uocamus.

Potest

potest ergo fieri ut quæ nix fuit non sit, non autem potest fieri, ut nix calida sit. Sic potest fieri, ut qui malus fuit non sit malus: non tamen fieri potest ut malus beneficiat. Hæc Augustinus.

Hieronymus ad Galatas.

Bipartitos illos carnis et spiritus fructus recenset. Non tam de hominibus, inquit, quàm de fructibus carnis et spiritus arbitror pronunciatum. Non potest arbor bona fructus adferre malos, quia nec inquam spiritus præter ea uitia, quæ in carnis operibus enumerata sunt, facere: nec caro potest bis fructibus, quæ ex spiritu oriuntur redundare: potest autem fieri per negligentiam possidentis, ut spiritus qui uersetur in homine, fructus non habet suos. Et è contrario caro operibus suis mortificatis peccare desistat non tamen illo usque procedunt, ut arbor neglecta spiritus, opera carnis adferat, et arbor carnis excultæ, fructus germinet spirituales, Hæc ille.

Augustinus in Ioannem

Tractatu 7.

Nisi esset charitas, inquit, in Abel, non acciperet deus sacrificium eius. Contra Cain sacrificium abominatio deo fuerat, quia charitas defuerat. Cum autem ambo obtulissent, hic de fructibus terræ, ille de foetibus ouium,

bus ouium, quid putatis fratres, quia deus fructus terræ neglexit, & fetus ouium dilexit? Non intendit deus ad munus, sed in cord uidet. Et quem in charitate offerre uidit, huius sacrificium respexit: quem autem uidit cum inuidia offerre, ab huius sacrificio oculos auertit. Opera ergo bona non dicit nisi charitatem, opera autem mala non dicit nisi odiū fratrum. Hæc Augustinus.

Hieronymus in Apologia

contra Iouinianum.

Opera nihil sunt contra deo. Opera dei dona. Unusquisque proprium donum habet ex deo, alius quidem sic, alius aut sic. Et diuersa sunt genera donorum, teste Paulo, quibus dominus nos immitos afficit. Assunt quo circa nobis opera & merita, & non assunt. Et assunt, quia dona dei sunt, & opera eius solius. Nulla sunt, quia non plus de eis possumus præsumere, quam ullus nouissimus peccator, in quo nondum operatur deus. Ita sumus, fuimus, manemus. Omnes coram deo æquales semper, ut pereat inflatura unius aduersus alterum, iuxta illud Pauli. Quid habes, quod nõ accepisti? Si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? &c.

Augustinus.

Augustinus super Ioannem

Sermo. 4. & 48.

Nemo hobet de suo, nisi peccatum & mendaciū, ut ait Aug. & de suo satanas est: ergo quicquid operatur homo ex se, maledictæ arboris malus est fructus, qui describitur Psal. 13. Dixit insipiens. Lector remitto te ad Titulum supra citatum uidelicet: Opera quæcumq; ante charitatem sunt peccata, &c.

Idem Psal. 50.

Iactet, inquit, impius opera sua, dicat, do pauperibus, nihil alicui aufero, non uxorem alienam concupisco, non quenquam occido, nulli fraudem facio, depositum apud me nullo teste represento, hæc omnia dicat. Quæro utrum pius sit an impius? Et quomodo sum impius, inquit, ista faciens? Quomodo illi de quibus dictum est: Seruierunt creaturæ potius, quàm creatori, qui est benedictus in secula. Quomodo non est impius? Quid si de omnib. bonis operibus aut illud sperat quod sperandum est, sed non ab illo à quo sperandum est: aut hoc speras quod sperandum non est, etiã ab illo, à quo æterna uita speranda est: Pro bonis operibus sperasti terrenam quandã felicitatem, impius es. Non est ista merces fidei, chara res est fides, fili illam adduxisti, impius ergo es, & nulla sunt opera tua.

Hieronymus

Hieronymus libro secundo

contra Pelagianos.

Ecce Iob, inquit, immaculatus, & sine querela, & abstinens ab omni malo: quali sine iusticiae cor= natur, ut misericordia indigeat. Idem libro primo: Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, et iusticia nostra non ex proprio, sed ex dei consistit mi= sericordia. Quare miserentis est & ignoscentis dei, non uolentis neq; currentis hominis.

Augustinus super

Iohannem.

Quid meruimus? interroget iusticiam, inueniet poenam: interroget misericordiam, inueniet gra= tiam. Idem libro 9. Confessionum capite 13. Vae lau= dabili uitae hominum, si remota misericordia discuti= tias eam. Quia uero non exquiris delicta uehemen= ter, fiducialiter speramus: aliquem apud te locum in= ueniri indulgentiae. Si laudabili uitae hominum remo= ta misericordia imprecatur, quod notat in sacra scri= ptura aeternam damnationem, & gehennae suppli= cium: consequitur, quod secundum iusticiam diui= nam, etiam optimum cuiusquam opus sit damnatione obnoxium, nisi misericordia succurrerit solis miseris & peccatoribus necessaria.

Bernhardus

Bernhardus sermone de An=

nuntiatione Mariae.

Vtiq; peccatum quod factum est, non potest non fieri: ipso tamen deo non imputante, sic erit quasi non fuerit. Perspicuum autem sit, idem hominis sancti opus & peccatum esse & optime factum, sed diuersis re= spectibus. Peccatum est, & malum secundum rigo= rem iudicij dei, quia illud opera sanctorum bona ferre non possunt, iuxta illud: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo om= nis uiuens.

Hilarius de Trinitate

Libro 4.

Ego suscitavi regem cum iusticia, & omnes uiae eius Gratia sal= rectae, hic aedificabit ciuitatem meam, & captiuitate uamur, non plebis meae conuertet. Non in praemio, neq; cum mu= premio. neribus, dicit dominus Sabaoth.

Augustinus ad Simplicianum lib. 1.

Questio. 2.

De operum meritis nemo gloriatur. Et multis lo= cis hoc saepe testatur Paulus, fidei gratiam praepone= ns operibus, non ut opera extinguat, sed ut ostendat non esse opera praecedentia gratiam, sed consequentiam, ut scilicet non se quis arbitretur, ideo percepisse gra=

O tiam

tiam, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam &c.

Hysichius in Leuit. lib. 1.

Capite 2.

Non enim iam ex operibus, utpote pauper uirtutibus, sed sola dei cognitione saluatur, quae in lege scripta, in euangelio autem farina nominatur. Idem in Leuit. 4. cap. 14. Miserratus, inquit, deus humani generis quum illud ad explenda legis opera infirmatum uidisset, iam non ex operibus saluari, sed per gratiam hominem uoluit. Gratia uero ex misericordia, atque cõpensatione praebetur, & fide comprehenditur sola, non ex operibus, ut Paulus dicit: Nam gratia iam non erit gratia, Ephes. 3.

Chrysostomus ad populum

Homilia 25.

Gratias igitur agamus, quoniam ex eorum numero qui salui fiunt censemur: & quoniam cum ex operibus saluari non potuerimus, ex dei munere saluati sumus.

Irenæus aduersus hæreses Valentini

libro 1. capite 1.

Esse autem hos, nos qui sumus ab ecclesia, dicunt: Quapropter in nobis quidem necessarium esse bonam

conuer-

conuersionem respondet: aliter enim impossibile esse spirituales saluari. Semetipsos autem non per operationem, sed eò sola fide si quod sunt naturaliter spirituales omnino saluari dicunt. ne operibus. Quemadmodum enim choicum impossibile est salutem saluari. percipere, non enim esse illum capace salutis dicunt: sic iterum quod spiritale, quod semetipsos esse uolunt, impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscumque fuerant facti. Quemadmodum etiam aurum in coeno depositum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum coenum nihil nocere auro possit: sic & semetipsos dicunt, licet in quibuscumque materialibus operibus sint, nihil semetipsos, neque amittere spiritalem substantiam.

Augustinus ad Sixtum Romanum

Prefbyterum epist. 105.

Deus unicuique partitur mensuram fidei, opera opera absque quippe bona fiunt ab homine, Fides autem fit in homine, sine qua illa à nullo fiunt homine. Omne enim bona, quod non est ex fide peccatum. Quapropter ne se uel orationis meritum extollat, etiam ad uincendas temporalium rerum cupiditates, & diligenda bona aeterna, atque ipsum fontem omnium bonorum, domini adiutorium datur oranti, quæ utique nisi data esset, orare non posset. Quomodo enim inuocabunt,

in quem

in quem non crediderunt? Quomodo credent, quem non audierunt? &c. Idem Augustinus ad Honoratum de gratia noui Testamenti epistola 120. dicit non nos saluari ex operibus. Adducit locum Pauli ad Titum 3. Non igitur secundum opera iusticie, quae nos fecimus, &c. est epistola elegantissima quam legere ad finem poteris Lector.

Origenes in epistola ad Roma.

libro 3. capite 3.

Igitur iustificatur homo per fidem, cui ad iusticia nihil conferunt opera legis. Vbi uero fides non est, quae credentem iustificat, etiamsi opera quis habeat ex lege: tamen quia non sunt aedificata supra fundamentum fidei, quamuis uideantur esse bona, operatorum suum iustificare non possunt, si eis deest fides, quae est signaculum eorum qui iustificantur a deo. Quis autem uel iusticia sua gloriabitur, cum audiat deum per Prophetam dicentem: Quia omnis iusticia uestra sicut panis mulieris menstruatae.

Chrysostr., de Fide & Lege.

Ante opera fides primum inducenda est: Eum qui operatur opera iusticie sine fide, non possum probare uiuum fuisse. Fidelem autem absque operibus possum monstrare, & uixisse, & regnum coelorum affecurunt

affecutum. Nullus sine fide uitam habuit. Latio autem credidit duntaxat, & iustificatus est, a misericordissimo deo. Atque hic ne mihi dixeris, defuisse ei tempus, quod iuste uiueret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim ego, sed illud unum asseuerauerim, quod sola fides per se saluum fecerit: Nam si super uiuisset, fideique & operum fuisset negligens, a salute excidisset. Hoc autem nunc quaeritur, & agitur, quod & fides per se ipsam saluum fecerit: opera autem per se nullos unquam operarios iustificauerunt. Et uis plane uidere, quod opera sine fide non uiuificant? Testimonium bonum habuit Cornelius de eleemosyna & precibus, sed Christum fide plane ignorabat, deum quidem credens; dei autem sermonem nondum edoctus, & quia opera erunt bona, & admirabilia, placebant enim bonorum remuneratori & amatori deo. Sed quia magnus ille iusticie & ueritatis oculus, iustus inquam ille iudex, personarum respectum nesciens, uidit bona quidem opera, sed mortua, eò quod fidem non habebant: mittit diuinum angelum operibus ad praemia acquirenda ministrantem, ita ut bene certando ob fidem coronari possit. Qui dicit ei: Cornelie, preces tuae ascenderunt &c. Et paulo post: Itaque non poterant

opera saluare. Nam si his quæ Petrus prædicat, saluatur & ipse & domus sua, nondum habuit Cornelius ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirendum præmiū offerret & c. Et infra: Oportet igitur & ante opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera.

Opa fidei
pedisse qua

Gregorius in Moraliū lib. 22.

Capite 6.

Sunt uerò nonnulli qui cū bona aliqua faciunt, iniquitatū suarū protinus obliuiscuntur, & cordis oculū in consideratione bonorū operum quæ exhibent, fingunt, atq; eò se iam sanctos æstimant, quo inter bona quæ agunt, malorum suorū in quibus & fortasse adhuc implicati sunt, memoriā declinant. Qui scilicet si distractiones iudicis uigilanter attenderēt, plus de malis suis metuerent, quàm de imperfectis bonis exultarent: plus inspicerent quod de his quæ adhuc eis agenda sunt debitorum tenentur, quàm quod operantes quamdam iam debiti partem soluunt & c. Vide et August. in prima quinquagena ex prologo Psal. 31. supra citatum: Sed crede & c.

Oia bona
opa nostra
imperfecta
sunt.

Chrysostomus de Ieiunio, Homil. 72.

ad populum.

Quoniam nulla erit nobis utilitas, siue ieiunemus,
siue

siue oremus, siue præstemus misericordiā, siue quodlibet aliud faciamus, nisi propter illū fiat solum, qui nouit abscondita, & in mentis nostræ profundo reposita. Idem Chrysostomus in opere imperfecto super Matth. capite 7. ostendit opera, quæ hypocritica sint. Item Chrysostomus aduersus Iudæos Oratiōe 4. Sed ex sola gratia iustificamur genus nostrum. Quod & Paulus declarans dicit: Nunc autem absque lege iusticia dei manifestata est, iusticia dei autem per filium Iesu Christi.

Opanon ad
ostentationē
aut ppter
præmia faciē
cienda.

Idem Homilia 1. de Adam

& Heua.

Et ne in ipsa uita bona extollatur genus humanū, & proprijs uiribus uictoriam sibi uendicet, in eo quod superat affectus carnis, æque redarguit Apostolus, dicens: Gratia saluati estis per fidē, & hoc non ex uobis, sed donū Dei est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Aequè alio loco dicit: Quid habes, quod non accepisti? Aequè dixit: Nemo uenit ad me, nisi pater traxerit eum, & sine me nihil potestis facere. Et in Psal. 50. Homelia 2. Item, de muliere Cananea, Homilia 12. Miserere mi. Non inquit, habeo conscientiam bonorū operum, nec recte uitæ fiduciam ad misericordiam confugio, ubi ineffabilis salus est.

O 4

Ibidem

Idem aduersus Iudæos Oratio 11.

Opera quæ
fuit præter
uoluntatē dei
omniū peſi
ma.

Etenim quod fit iuxta dei uoluntatem, quamuis uideatur improbiū esse, tamen omnino deo gratū est & acceptū. Cōtrā quod fit præter dei uoluntatē, ac secus quam ille uult fieri: quanquā existimatur acceptū deo, tamen est omniū peſsimū et iniquissimum. Ut autē intelligas hoc esse uerū, Achab qui regē quendā Syrorum ceperat. Vide 3. Reg. 19. Et Phinees & ob homicidium sacerdotio honoratus. Itē, 3. Quæst. 7. In grauius. Gregorius de Cain et Abel muneribus, lege ipsum Canonem, quia nihil aliud uult Gregorius quam quod opera non iustificent hominem, sed gratia.

Hilarius in Psalmum 142.

Et cōpetens illa humane uerecundie professio est, ut quod per spiritū dei in terram rectā deducendus sit, id nō meriti sui esse arroget, neque per satisfactionē pijs obsequij id sibi postulet, sed totū hoc ad clarificandū in se Dei nomen expectet, ut propter honorē Dei nominis, in terra recta esse statuatur. Et quia per hanc terrā scit sibi nō in corpore mortis huius posse cōcedi: quia labes carnis humane per admixtā in se uitiorū cōsuetudinē aboleri penitus, nisi cū natura demutationē nō possit, uiuificari se quasi nondum uiuat, expostulat.

PECC

etiam ipsi Sanctissimi, natura sumus.

Sensus enim & cogitatio humani Gen. 6.
Scordis in malum prona sunt adoleſcentia sua. Et Gen. 6.

Omnes declinauerunt, simul in uitiis facti sunt, nullus est iustus, ne uis quidem. Psal. 13

Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me, Hierem. 2.

Omnes enim peccauerūt & egent gloria. Roman. 3.

Gramen seminis mali seminatum est in corde. 4. Esdr. 4

Adam ab initio, & quantum impietatis generant usque nunc. Nos omnes pleni sumus impietate.

Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est, & cognouit subuersionem, quoniam nequam est. Ecc. 18

Iniqui omnes filij hominum, & ini 3. Esdr. 4

o s qua

qua illorum omnia opera, & non est in ipsis ueritas.

Iob. 15. Ecce inter sanctos eius, nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem.

Ecclef. 6. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

Exodi. 34. Auferas iniquitatē & scelera atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens non est.

Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato. *Proverb. 20.*

Esa. 64. Et facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatae mulieris.

Psal. 115. Omnis homo mendax. Prauū est cor hominis & inscrutabile.

Nemo mundus a peccato ne sancti quidem. Ne despicias hominem auertentē se a peccato neq; improperes ei: merito quoniā omnes in corruptione sumus.

Sancti

Sancti orant: Dimitte nobis debita nostra.

Omnem palmitem purgat ut fructum plus adferat, *Ioan. 15.*

Vt obstruatur omne os, & obnoxius fiat mundus deo. Concludit deus omnia sub peccato, ut omnium miseretur. *Rom. 12.*

Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas non est in nobis. *1. Ioan. 1.*

Delicta quis intelligit? ab occultis meis, munda me. *Psal. 18.*

Cor mundum crea in me deus. *Psal. 50.*

In peccatis cœcepit me mater mea. *50.*

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. *Ibidem. 142.*

Non habitat in carne mea bonum. *Rom. 7.*

Pro hac orabit ad te omnis sanctus

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. *Psal. 151.*

Dixi, Confitebor aduersum me iustitiam meam domino. *31.*

PATRES

stamenti etiam sancti, peccauerunt.

Quod permisso dei factum est. Non ut imitemur illos in peccando, quin potius admiremur mirabilem dei dispensationem, qui & sanctos suos labi permittit, & tamen non imputat eis peccata sua, propter fidem illorum.

- Genes. 3. Adam labitur, Loth concumbit cum filiabus inebriatus.
9. Rebecca subdit Iacob pro Esau.
27. Abraham abnegauit bis uxorem, & uocat sororem. Iacob mentitur, Isaac simulat se pro Esau.
28. Iudas & filij eius Simon cum Leui, occidunt Emor in Sichem & Sichemitas.
31. Rachael furatur deos alienos Laban.
33. Patriarchæ machinant in necem Ioseph.
37. Moyses occidit uirum Aegyptium.
- Exodi 2. Totus Israël egrediens Aegyptum furatur aurum, argentum, uestes & quæq; præciosa.
11. Phinees occidit scortum Madianitæ, & Principem.
- Numer. 14. Moses, & Aaron circa aquam contradictionis non fidunt domino, Num. 20.
3. Reg. 11. Dauid adulter et latro, Salomon idololatra.

PECCAVERUNT

Et noui Testamenti

- Matthæus, uel Leui, è telonio uocatur. Matth. 9.
- Apostolus disputant & contendunt de primatu. 20.
- Magdalena peccatrix. Lucæ 7.
- Latro saluatur in cruce. 23.
- Petrus negat Christum. Ioan. 18.
- Zachæus ab arbore ficu uocatur. 19.
- Paulus persequitur Ecclesiam. Item, Paulus & Barnabas discedebant, ob contentionem inter illos ortam. Acto. 9.

Vide Orbellum 4. Sentent. Dist. 2. 2. Quæst. 1.

Augustinus de diffinitionibus

Ortho. fidei, cap. 49.

Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus uel sanctus cum affectu tenet sanctitatem. Non enim natura humana uiribus, sed propositi adiumento per dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et idè ueraciter se omnes sancti pronunciant peccatores, qui in ueritate habent quod plangant, & si non reprehensione conscientia, certe mobilitate & mutabilitate præuaricatricis natura. Item Origenes super Numeros, cap. 17. Hom. 22.

Hierony.

Hieronymus aduersus

Pelagium.

Quamobrem & grauissimus poëta Flaccus scripsit in Satyra: Nam uitij nemo sine nascitur. Optimus ille est, qui minimis urgetur. Pulchrè quidem nostrorum ait: Philosophi patriarchæ hereticorum ecclesiæ puritatem peruersa maculauere doctrina, ut patriarchæ nesciât illud dictum de humana fragilitate. Quid gloriatur terra & cinis. Præsertim cum de ijsdem Apostolus dicat: Video aliam legem in membris meis. Et iterum: Non enim quod uolo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum hoc ago. Si quod non uult operatur, quomodo stare potest hoc quod dicitur, posse hominem sine peccato esse si uelit? Quæ ratione potest esse quod uelit, cum Apostolus asserat se quod cupiat implere non posse? Cum me putauero ad calcem peruenisse uirtutum, tunc habeo principium. Hæc sola hominibus perfectio est, si imperfectus esse se nouerint.

Fulgentius lib. primo ad

Monimum.

Nunc enim diuinorum munerum (ut ita dicam) nondum est perfecta perfectio, ut pote, ubi omnis perfectus perfectione est indignus. Nam ille qui dixit:

Quotquot

Quotquot ergo perfecti sumus, hoc scitamus. Idem dicit. Nō quod iam acceperim, aut iam perfectus sum. Fuit ergo perfectus spe futuræ glorificationis: fuit autem imperfectus onere corruptionis & mortalitatis. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & leprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Fuit perfectus expectatione muneris: fuit imperfectus fatigatione certaminis. Et paulo post: Fuit perfectus plenissimè sciens, quia deus quæcunq; promisit, potens est & facere: fuit autem imperfectus, quia deus in sanctis suis quædam nondum fecit, ex omnibus promisit. Propter quod etiam omnes antiqui iusti (sicut idem Apostolus dicit) testimonio fidei comprobati, non sunt sine subsequenti perfectione, perfecti: sic subsequentes sancti, nō possunt sine precedentiibus perfici. Donum itaq; perfectum tunc omnibus dabitur, quādo sanctis æterna glorificatio tribuetur.

Augustinus ad Innocentiū

Papam, epistola 95

Vbi mors uictoria tua: ubi est mors aculeus tuus? Nullus homo aculeus autem mortis est peccatum. Diligentius pertractandum propter alios quosdā, qui senserunt, atq; est sine peccato. in literis suis mandauerunt, etiā in hac uita esse posse homines sine peccato, non ab initio natiuitatis suæ, sed con-

Paulus fuit
hic perfectus
& immo
perfectus.

sed conuersatione à peccatis ad iusticiam, & à uita reproba ad bonam uitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Helizabet scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus domini sine querela. Hoc quod dictum est, sine querela, sine peccato dictum acciperunt: non quidem negantes, imò etiam quod alij locis in literis eorum inuenitur, pio confitentes adiutorium gratiæ domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem spiritum dei, qui parum uidentur considerasse ipsum fuisse utiq; sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo, sicut nunc per orationis sacrificium conuincimur non esse sine peccato, quoniam iussi sumus dicere: Dimitte nobis debita nostra, &c.

Hieronymus aduersus Pelagianos, lib. 1.

Omnis qui natus est ex deo non peccat, peccatum non facit. Si enim omnis qui natus est ex deo non peccat, quoniam semen eius manet in eo, & non potest peccare, quia ex deo natus. Quæ consequentia idem in eodem loquitur: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non

Oratio sacrificium.

bis nõ est? Ignoras rationem, hæsitas atq; turbaris? Audi eundem Euangelistam: Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Tunc ergo iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iusticia nostra non ex proprio merito, sed ex dei consistit misericordia. Dicente sancta scriptura: Iustus accusator est sui in principio sermonis.

Iusticia nostra est confessio iusticie nostre.

Augustinus ad Innocentium

Papam Epist. 9.

Nobis autem sufficit, quod nullus in ecclesia dei reperitur in quolibet profectu, excellentia atq; iusticia qui sibi audeat dicere non necessariam precationem orationis dominicæ: Dimitte nobis debita nostra. Et dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, & ueritas in eo non sit: quamuis iam sine querela uiuat. Idem August. Serm. de tempore dominica 4. post octauas Epiphaniæ dicit Apostolus, cum apertissime fateatur inuitabili se uel omnes sanctos peccati huius necessitate constrictos: tamen neminem eorum ob hoc esse damnandum audeter enunciat, dicens: Nihil ergo damnationis his qui sunt in Christo Iesu.

Bernhardus Sermo. 50.

Nostra, inquit, si qua est humilis iusticia, recta forsitan

P

forſitan, ſed nō pura. Niſi fortē meliores nos eſſe credi-
mus, quā patres noſtros, qui non minus ueraciter,
quā humiliter dixerūt: Omnes iuſticię noſtrę tan-
quā pannus menſtruatę mulieris. Quomodo enim
pura iuſticia, ubi adhuc nō poteſt culpa deſſe? Recta
tamen uideri poteſt iuſticia hoīm ſi modo peccato nō
conſentiat, ut nō regnet in eorū mortali corpore. Nā
primi hominis initio quidē non modo recta, ſed etiam
pura fuit, quādiu ei datum eſt, nec ſentire peccatum.
Ceterū hęc ipſa, quoniā pura non fuit, & puritatem
facile perdidit, & ne ipſam quidem retinuit rectitu-
dinem ſuam. Non enim iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis uiuens, ait is qui dei iuſticiam minime ignorat.
Conſule quoq; Hieron. in epiſtola 9. ad Saluianam.
Item, Cyprianus ſuper oratione dominica, et de Mor-
talitate libro de hac re diſſerit.

Augustinus Pſal. 142.

Nolite putare te aliquid operari, niſi in quantum
malus es. Nullus enim unquam opus bonum fecit, tāta
charitate, quanta potuit & debuit. Quare quilibet
iniuſtus remanſit, iniuſtus autem non poteſt in opere
iniuſto non peccare. Quod ſcitē admodū idē Doctor
in epiſt. 30. ad Hieron. de eo: Si quis totā legē & c.
oſtendit & probat. Et ut in inquiring generaliter bre-
uitorq;

uiterq; complectar, quā de uirtute habeam notionē
qd' ad recte uiuēdū atinet. Virtus eſt charitas, qua id
qd' diligendū eſt, diligitur, hęc in alijs maior, in alijs
minor, in alijs nulla. Pleniffima uerō, quę iā nō poſſit
augeri, quādiu hic homo uiuit, eſt in nemine quādiu
autē augeri poteſt: profecto illud quod minus eſt, quā
debet ex uitio eſt. Ex quo uitio, nō poteſt iuſtus in ter-
ra, qui faciat bonū, & non peccet. Ex quo uitio: Non
iuſtificabitur in conſpectu eius omnis uiuens. Propter
quod uitium: Si dixerimus, quia peccatum non habe-
mus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt.
Propter quod etiam quantum libet profecerimus, ne-
ceſſariū eſt nobis dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Idē Aug. li.
Ecce charitatis defectus, qui cuncto quantumuis ſan-
ctiſſimi hominis operi, peccatū ab Auguſtino aſtipu- & gratia
lanibus ſcripturis proclamatur: unde et in omni ope cap. 3 ait in
re peccatur. Et tamen dicuntur non peccare, etiam ſi ſontē unius
inconſummata ſit eorū iuſticia, ubi deus aut illa carnis diei immu-
deſideria, aut minus charitatiuā actionem non impu- nē nō eſt
tat ad peccatum, quia, ut ait Bernhardus Sermone de peccato.
Annunciatione, utique peccatum quod factū eſt & c.
Vide ſupra de operibus. Et uide Scotū Sent. Quæſt. 1 Scotus.
& de Conſe. Diſt. 4. Can. Venerabiles in Gloſſa.

Gregorius in moralibus Psal.

super Iob 9.

Non iustificabitur homo compositus deo, quia omne meritum uirtutis nostræ, uitium esse conspicitur, si à iusto arbitrio districte iudicetur, idè recte subiungit: Si uoluerit contendere cum eo, non poterit unum respondere pro mille. Secundo ibidè super illud: Si repente interroget, quis respondebit ei? Quia, inquit, si remota pietate discutitur in eo examine, etià iustorum uita, succumbit. Tertio ibidem: Si habuero quippiam iustum, non respondebo sed meum iudicem deprecabor. Vt enim, inquit sepe diximus: Omnis humana iusticia, iniusticià esse conuincitur, si districtè iudicetur, prece ergo post iusticiam indiget, ut qui succumbeere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualescat. Quarto ibidem: Verebar omnia opera mea, sciens quia non parcis delinquenti. Ecce uir sanctus in operibus omnibus, non malis, quæ non faciebat sanctus, ut testatur de eo dominus in principio libri, Timet, & deliquisse se, ac minus fecisse, ibi Gregorius dicit: Quæ aperte egerim uideo, sed quid intus latèter pertulerim, ignoro. Quinto ibidè: Si fulserint quasi mundissima manus meæ, tamen sordibus intingens me. Quia quoque

Gregorius
lib. 9ca. 28.

usque pœna corruptionis astringimur, quantumlibet rectis operibus, uerã mundiciè nequaquã apprehendimus, sed imitatur. Et infra: Quia per studia rectè operationis exercear, in tua tamè noticia uideo, quia mundus non sum. Et in fine Moralium: Quis inter ista remmet salutis locus, quando & mala nostra, pura mala sunt, & bona nostra quæ nos habere credimus, pura bona esse nequaquã possunt.

Augustinus in epistola 54.

Macedonium.

Testatur, debita quæ iustissimus quisque postulat remitti uerè, & esse & dici peccata. Imò, inquit, qui dicit se esse sine peccato, non est in ueritate, & qui dicit se in opere optime factò sine peccato ipse se seducit, & ueritas in eo non est, ut etiam notat Augustinus Sermone secundo et uerbosissime in libro de perfectione iusticiæ hominis. Qui in libro quoque de natura & gratia audet dicere: Si omnes sancti in unum congregati, quærerentur, si peccatum non haberent, quid essent, inquit, dicturi? Quasi dixerimus quia peccatum non habemus. Item in Encheridio capite 33.

Aug. in Ench. cap. 33
ait oēs peccatores nasci.

Augustinus de Martyribus.

Loquens: Conterritus, inquit, respexit infirmum

P 3 tatem

tatem suam & uidit, non de se sibi esse presumendum, quantum enim ad ipsum hominē pertinet mendax est, sed gratia dei uerax est factus. Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum & c. Idem August. de Peccatorum meritis & Remissione libro 2. cap. 7. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Non ergo omnis peccator, sed omnis sanctus. uox enim sanctorum est: Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducamus, & ueritas in nobis non est. Vnde in eiusdem apostoli Apocalypsi, illa centū quadraginta, et quatuor milia sanctorum, qui se cum mulieribus non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt, & non est inuentum in ore eorū mendacium, quia irreprehensibiles sunt, quia se ipsos ueraciter reprehenderunt. Et ideo non est inuentum in ore eorū mendacium, quia si dicerent se peccatum non habere, se ipsos deciperent, et ueritas in eis non esset, & utiq; mendacium esset ubi ueritas non esset: quoniam iustus cum in sermonis exordio accusator sui est, non utiq; mentitur.

Bernhardus in sermone

de uerbis Origenis.

Dominus est qui me iudicat. Illius enim prorsus nequeo

August. de peccatorū meritis, & remissione lib. 2 ca. 7.

nequeo declinare iudiciū, et si iustus fuero, non leuabo caput: quoniam omnes iusticie mee tanquā pannus menstruat.e corā illo. Non est qui in conspectu eius iustificetur, non est usq; ad unum.

Chrysostronus

Fateatur nos omnes natura esse peccatores: uide ipsum in caput Matthæi 21. Homil. 37. Item etiam sanctos esse peccatores. De poenitentia Homil. 6.

Hieronymus

Ad Rusticum, qui lapsus fuit, epistola 45. qui inter cetera: Non, inquit, habitat in carne nostra bonum, nec agimus quod uolumus, sed quod nolumus, ut aliud mens desideret, aliquid caro facere cogatur. Et paulo superius: Nullus quidem mundus à peccato, ne si unius quidem diei fuerit uita eius. Astra quoque ipsa non sunt munda in conspectu eius. Si in celo peccatum, quanto magis in terra? Si delictum in his, qui carent tentatione corporea, quanto magis in nobis, qui fragili carne circūdamur, et cū Apostolo dicimus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, id est, de peccandi affectibus. An non aperte hic protestatur delictum nobis in esse ex carnis corruptela, sicut August. ex charitate

Nullus mundus à peccato.

imperfecta, & Gregorius ex iusticia inconsummata
 & hoc peccatum etiam sanctissimo nostro inest ope-
 ri, sed non dominans peccatum. Talibus enim sancti-
 tate conspicuus Paulus loquitur: Peccatum, inquit
 eis, uobis non dominetur. Et quotiescunque scriptu-
 re & Patres asserat, peccatū nō inesse operi bono et
 diuino, loquuntur de hoc dominante peccato. De pec-
 cato autē subiecto, id est, ueniali, de quo Gen. 4 scribi-
 tur: Sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius
 bono naturaliter inesse operi: sed gratia sanante tanq̄
 non sit ignoscei, satis nunc superq̄ probatum reor. Idē
 contra Pelagium.

Origenes super Numeros cap. 27.

Homilia 22.

Propter quod transgressi estis uerbum in deserto
 Syn &c. Ergo ne in culpa est etiam Moyses? Etiam
 ipse transgressionis crimen incurrit, etiam ipse fa-
 ctus est sub peccato? Sequitur: Et ideo opinor di-
 cebat, quia peccatum introijt in hunc mundum, &
 per peccatum mors in quo omnes peccauerunt. Et
 iterum: Conclufit Deus omnes sub peccato, ut om-
 nibus misereatur. Sed gratias domino Iesu Chri-
 sto, qui nos liberauit de corpore mortis huius. Nam
 Moyses quomodo aliquē liberare potuisset à peccatis

cum

Oēs homi-
 nes peccato
 res.

etiam ipsi dicatur: quia transgressi estis uerbum
 meū, &c. ut manifestum sit omnibus, quod ille debeat
 solus requiri, qui solus peccatum non fecit, nec inuen-
 tus est dolus in ore eius.

CHRISTVS SOLVS INVO-

candus, non Sancti.

ECce dedi te in lucem Gentium. *Esaia. 55*
 Ecce testem populis dedi eū, du-
 cem ac præceptorem in Gentibus.

Et erunt mihi populus, & ego ero *Ezech. 37*
 eis deus, & seruus meus Dauid rex
 super eos, & pastor unus erit ouium
 eorum.

Omnis qui credit in me, habet uitā *Ioan. 6.*
 æternam.

Abraham uidet diem meum, & ga *ibidem.*
 uisus est.

Ego sum uia, ueritas, & uita. *10*

Sicut in Adam omnes moriun- *14.*
 tur, sic & in Christo omnes uiuifi- *1. Corin. 15*
 cabuntur.

Cum igitur fratres habeamus li- *Heb. 10*
 bertatem adeundi in sancta per san-

P s guinem

guinem Iesu, eam uiam quam dedit
cauit nobis recentem ac uiuentem,
per uelamen tuum, hoc est, per car-
nem suam, cumque habeamus sacer-
dotem magnum perfectum domini
dei, accedamus cū uero corde in cer-
titudine fidei.

Ioan. 10.

Qui non intrat per ostium, hic fur
est & latro.

Ego ueni, ut uitā habeant & abun-
dantius habeant.

1. Ioan. 2.

Si quis peccauerit, aduocatum ha-
bemus apud deum, Iesum Christum
iustum, hic est, propiciatio pro pecca-
tis nostris, & non pro nostris tantū,
sed etiam pro totius mundi.

Ioan. 14.

Nemo uenit ad patrē, nisi per me.
Quoniam autem per illum habe-
mus aditum utriq; in uno spiritu ad
patrem.

1. Timot. 2.

Vnus deus, unus etiā recōciliator
dei & hominū, hō Christus Iesus, qui
dedit semetipsum preciū redemptio-
nis pro omnibus. Quomodo ergo
plures alij ex sanctis, Venite

Venite ad me omnes qñi labora-
tis, &c. Ecce ad se allicit, nullā postu-
lans intercessionem sanctorum. Matth. 12.

Iustificati gratis per illius gratiam Rom. 3
per redemptionem, quæ est in Chri-
sto Iesu, quem proposuit deus re-
conciliatorem. Certe non alium ex
sanctis.

Ego sum, ego sum ipse qui deleo Exod. 43.
iniquitates tuas propter me (non
propter Sanctorum patrocinium :)
& peccatorum tuorum non recora-
dabor.

Locus Exodi 23. cum dicitur Mosech : Memento
deus Abraham, Isaac & Iacob, &c. nemo non uidet
prophetam non interpellare Sanctos, sed per nomina-
tionem sanctorum reducere in memoriam à deo pro-
missiones factas ad eos. Nunc uerò non per illos ora-
mus, quibus facta est pmissio, sed per Christum, qui
erat promissus, et uenit sicut ipsemet precepit, ut in
nomine suo oremus.

Augustinus de Ciuitate dei

lib. 10. Cap. 7.

Merito illi in cœlestibus sedibus constituti, im-
mortales

mortales, & beati, qui creatoris sui participatione
congaudent, cuius aternitate firmi, cuius ueritate cer-
ti, cuius munere sancti sunt; quoniam nos mortales et
miseros, ut immortales beatiq; simus, misericorditer
diligunt, nolunt nos sibi sacrificari: sed ei, cuius &
ipsi nobiscum se esse nouerunt. Cum ipsi enim sumus
una ciuitas dei, cui dicitur in Psalmo: Gloriosa dicta
sunt de te ciuitas dei: cuius pars in nobis peregrina-
tur, in illis opitulatur.

Chrysofomus Homilia de profectu Euangelij

O mulier magna est fides tua. Vides quomodo mu-
lier, quae indigna erat, ex asiduitate facta est digna?
Vis discere, quod etiam per nos ipsos orantes apud de-
um plus efficiamus, quam dum alij pro nobis orant?
Clamauit haec & accesserunt discipuli, dicunt: Di-
mitte eam quia clamat post nos. Et ad illos quidem di-
xit: Non sum missus nisi ad oues quae perierunt do-
mus Israel. Quando autem ipsa met accessit, & per-
seuerauit, clamans, & dicens: Domine, etiam: nam
& catuli edunt de mensa dominorum suorum, tunc
beneficium dedit & ait: Fiat tibi sicut uis. Vides quo-
modo repulit, cum alij precarentur: ubi uero ipsa
met orans pro dono clamauit, annuit: Non sum missus,
nisi

Oratio pro
pria maxi-
me deo pla-
cet.

sus, nisi ad oues quae perierant domus Israel, hinc ca-
tem dicit: Magna est fides tua, fiat tibi sicut uis.

Augustinus in lib. contra Sermonem Arrianorum.

Scriptura sancta quae istos diuinos actus non dif-
ferentia potestatem, sed operum ineffabilitate meti-
tur, aduocatum nostrum etiam ipsum iudicem nouit,
dicente apostolo Ioanne: Si quis peccauerit, aduo-
catum habemus ad patrem Iesum Christum iustum.
Quod etiam ipse significat, ubi dicit: Rogabo pa-
trem, & alium aduocatum dabit uobis. Neque enim
esset spiritus sanctus aduocatus alius, nisi hoc es-
set & filius.

Chrysofomus Homilia de profectu Euangelij

Ceterum non opus est patronis apud deum, ne-
que multo discursu, & blandiare alijs, sed licet solus non opus pa-
tris, patronoq; careas, & per te ipsum deum preceris
omnium tamen uoti compos eris. Neq; enim tam faci-
le deus annuit, cum alij pro nobis orant, ut cum ipse
met oramus, etiam si plurimis pleni simus malis.
August. de peccatorum meritis & re-
missione contra Pelagianos, lib. 1. cap. 10.

Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum
propter

Iustificatur in solo Christo. propter occultam communicationem & inspiratio- nem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret domino, unus spiritus est, quamuis cum & imitentur sancti eius. Legatur mihi tale aliquid de his, qui sanctos eius imitati sunt, utrum quisquam dictus sit iustificatus in Paulo aut in Petro, aut in quolibet horum, quorum in populo dei magna excellit autoritas, nisi quod in Abraham dicimur benedici, sicut ei dictum est pro- pter Christum, qui semen eius est secundum carnem.

Theophylactus in Ioannem

Cap. 15.

Fides pro- pria, nõ pa- tronorum intercessio petita asse- quitur. Fiat tibi sicut uis. Ostendit quod nisi fidem habuis- set Chananea, nihil fuisset assequuta. Atq; ita si uo- luerimus & nos, nihil uetat & nos assequi quæ uo- luerimus. Obserua autem quod licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa Apostoli: attamē nos pro nobis ip- sis petentes magis audimur.

Hylichius in Leuit. lib. 6.

Cap. 21.

Sacerdotum sanctificatio ad Christum tendit, non solum qui ab eo sacerdotij legem & modum accepe- runt, sed sacrificiorum quæ ab eis offeruntur, atque oblationem ipse apud patrem mediator.

Augustinus

Augustinus de Quantitate

animæ lib. Cap. 54.

Quemadmodum fatidum est animam humanam Sanctis non esse quod deus est: ita præsumendum, nihil inter debatur la- omnia quæ creauit deo esse propinquius. Ideoq; di- tria. uine ac singulariter in ecclesia catholica traditur nul- lam creaturam colendam esse animæ, sed ipsum tan- tummodo rerum quæ sunt omnium creatorem ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, & c. Hic ergo solus deus anima colendus est, neq; discrete, neq; con- fuse. Quicquid enim anima colit ut deum, necesse est ut melius esse q̄ se ipsam putet. Et paulo post: Deus igitur solus ei colendus est, qui solus eius est autor. Ho- mo autem quilibet alius quancquam sapientissimus, & perfectissimus uel prorsus quælibet anima rationis cõ- pos atq; beatissima, amanda tantummodo & imitan- da est, etq; pro merito atq; ordine quod ei congruit deferendum. Nam dominum deum tuum adorabis, et illi soli serues.

Cyrillus in euangelium Ioan. 16

lib. 11. Cap. 17

In quantum uerò mediator est, & pontifex, et pa- tractatus nostras preces ad patrem adducit: ipse enim libertatem

libertatem atque fiduciam ad patrem largitur. Idem
Cyrillus in euang. Ioan. cap. 17. lib. 11. cap. 27. Con=
summati ergo sumus, reductiq; ad unionem dei pa=
tris mediatione saluatoris, id est, Christi.

August. contra duas epist. Pelag.

ad Bonifā. lib. 3. cap. 8.

Omnes sancti, siue ab illo antiquo Abel, usque ad
Ioannem Baptistam: siue ab ipsis Apostolis usq; ad
hoc tempus, & deinceps usq; ad terminum seculi, in
domino laudandi sunt, non in seipfos, quia & illorū
anteriorū uox est: In domino laudabitur anima mea.
Et istorum posteriorum uox est: Gratia dei sum id
qd' sum. Et ad oēs pertinet, ut qui gloriatur, in domi=
no gloriatur. Et confessio cōmunis est omnū. Si dixe=
rimus quia peccatū non habemus nos ipsos seducimus
& ueritas in nobis non est.

Chrysofomus de Ascensione

domini Serm. 25.

Christus me Discite quod non nostra deprecatione, qui eum of=
fenderamus, sed postulatu Christi, qui iuste fuerat no=
ster. bis iratus, pax facta est. Pro Christo nanq; ait, lega=
tione fungimur, tanquā deo regnante per nos. Quid
hoc est? ipse rogat qui iniuriam passus est: Valde, in=
quit, nam deus clemens, & ipse tanquā pater mi=
sericors

sericors deprecatur. Et uide qui medicus est, qui re=
conciliator accessit. Non angelus, nō archangelus, sed
ipse filius deprecatur. Et sicut duobus iurgio separa=
tis, unus in medio positus altercantū litē discordiaq;
dissoluit, ita & Christus fecit.

Augustinus in epistolam beati

Ioannis Tractatu 1.

Ille talis uir non dixit, aduocatum habetis apud
patrem: sed si quis peccauerit, aduocatum inquit ha=
bemus. Non dixit habetis, nec me habetis dixit, nec
ipsum Christum habetis dixit, sed & Christum po=
suit, non se: & habemus dixit: non habetis. Maluit se
ponere in numero peccatorum, ut haberet aduocatiū
Christum, quā ponere se pro Christo aduocatum,
& inueniri inter damnādos superbos. Fratres Iesum
Christum iustum ipsum habemus aduocatiū ad patrē,
ipse, ppitiatio est peccatorū nostrorū. Hoc qui tenuit
hæresim non fecit, hoc qui tenuit, schisma non fecit:
unde enim facta sunt schismata? Cum dicunt homi=
nes: Nos iusti sumus. Cum dicunt homines: Nos san=
ctificamus immundos, nos iustificamus impios, nos pe=
timus, nos impetramus. Ioannes autem quid dixit? Et
si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē
Iesum Christum iustum. Sed dicet aliquis: Ergo san=
ctificamus immundos, nos iustificamus impios, nos pe=
timus, nos impetramus.

Q

Eti nott

Et non petunt pro nobis? Ergo episcopi uel *pre-*
positi non petunt pro populo? Sed attendite *scriptu-*
ras, & uidete, quia & *pre-*positi comendant se popu-
lo. Nam Apostolus dicit plebi: Orantes simul pro no-
bis: Orat Apostolus pro plebe, ora plebs pro Apo-
stolo: Oramus pro uobis fratres, sed et uos orate pro
nobis. Inuicem pro se omnia membra orēt, caput pro
omnibus interpellat. Propterea non mirū quia sequi-
tur & hic, & claudit ora diuidentibus ecclesiā Dei.
Quia dixit: Iesum Christum iustum habemus aduo-
catū, & ipse est propitiatio peccatorum nostrorum,
propter illos, qui se diuisuri erant et dicturi: Ecce hic
est Christus, ecce illic, & uelle eum ostendere in *par-*
te, qui emit totum & possedit totum.

Chryostomus de Pœnitentia

Homilia 4.

Aduerte & tu si quid nimis molestū incidens ui-
deris, impedimentoq; tibi paratū, nequaquam ad il-
lud confugeris, aut ad humanum proppereris auxiliū
sed uniuersos transiens, ad animarū medicamentum
illud euola. Cor enim curare solus potest &c. Hæc
igitur scientes, ad deū semper confugiamus, & uo-
lentem & potentē nostras molestias soluere. Atque
homines si quādo exorare oportet, et iamitoribus pri-
us occurr-

us occurrere conuenit, parasitisq; histrionibus sua-
dere, & longam se penumero uiam abire, in deo nihil
tale est, sine mediatore exorabilis est, sine pecunijs,
sine impensa precibus annuit.

Ambrosius in Commentarijs epist. ad Roma.

Solent, inquit, misera uti excusatione dicentes: per
istos posse ire ad deum, sicut per comites peruenitur
ad regem. Age nunquid tam demens est aliquis ut sa-
lutis sue immemor, ut honorificentiā regis uendicet
comiti, cū hac de re, si qui etiā tractare fuerint inuēti,
iure ut rei d. inentur maiesta. is? Et isti nō putant reos,
qui honore nominis dei deserunt creaturæ, & relicto
domino conseruos adorāt, quasi sit aliquid plus quod
seruitur deo. Nam & ideo ad regē per tribunos &
comites itur, quia homo utiq; rex, et nescit quibus de
beat rempublicā credere Ad deum autē, quem utiq; Dei suffra-
nihil latet, omnium enim merita nouit, promerendum, gatore non
suffragatore non est opus, sed mente deuota. opus habet.
Vbi-
cunq; enim talis loquutus fuerit, nihil respondebit.
Hæc Ambrosius.

Cyrillus in Euang. Ioan. cap. 14.

Lib. 9 cap. 42.

Quemq; nemo ueniat ad patrem nisi per Chris-
tum,

Q 2 stum,

stram, ut ipse ait, ianua & uia reconciliationis hominum ad patrem filius factus est, & gratiam unam cum patre ipse distribuit.

Augustinus lib. 11. Confessionum

Capite 43.

Verax autem mediator quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus, & misisti ut eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem, mediator ille dei, & hominum homo Christus Iesus inter mortales peccatores, & immortalis iustus apparuit &c. Itē August. lib. 9. Confessionum cap. 13.

Chrysostrmus Homilia 12. de

muliere Cananea.

Nunquid longe est à te, ut uadas ad locum aliquem? Deus non includitur loco, sed semper in proximo est: & qui in loco non clauditur, fide tenetur. Nam si hominem rogare uolueris, interrogas quid facit, & audiens dormit, aut non uacat, aut certe non dignabitur respondere minister tibi. Ad deum autem nihil horum opus est, sed ubicumque fueris, aut inuocaueris audit te. Non ostentatio, non mediatio, non ministro opus est, sed dicito: Miserere mei deus. Item uide Chrysostr. in cap. Matth. 6. Hom. 22. factetur intercessionem Sanctorum nihil proficere, nisi nos ipsi bene uixerimus.

August

Augustinus lib. 7. Confess.

Capite 18.

Et querebam uiam comparandi roboris, quod esset idoneum ad fruendum te, nec inueniebam donec amplecterer mediatorem dei & hominum: hominem Christum Iesum, qui est super omnia deus benedictus in secula uocantem & dicentem: Ego sum uia, ueritas et uita. Item Augustinus de libro arbitrio libro 3. Non enim ad creaturam iubemur tendere, ut efficiamur beati, sed ad ipsum creatorem: de quo si aliud quam oportet, ac sese res habet, nobis persuadetur perniciosissimo errore decipimur.

Theophylactus in 14. caput

Ioannis.

Et quod ego uado &c. Via autem ipse Christus est. Quia igitur monet: ego sum uia, per me omnino ad patrem & uos ascendetis. Non solum autem uia, sed & ueritas, atque ita merito uos confiditis, quod non decipiamini à me &c. Neque enim per aliam uiam quam per me illuc eundum est.

Augustinus de uera Religione

libro, cap. ultimo.

Non diligamus spectacula uisibilia, ne ab ipsa ueritate aberrando, & amando umbras, in tenebras

Q 3 proijc

proijciamur. Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris. Melius est enim quodcumque uerum, quam omne quicquid pro arbitrio fingi potest. Non sit nobis religio humanorum operum cultus. Meliores enim sunt ipsi artifices, qui talia fabricantur, quos tamen colere non debemus. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si pie uixerint, non sic habentur, ut tales querant honores, sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminatè lætetur meriti sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationē, non adorandi propter religionem. Et Paulò post: Quod ergo colit summus angelus, id colendum est etiam ab homine ultimo &c. Hoc etiã ipsos optimos angelos et excellentissima dei ministria uelle credamus ut unū cū ipsis colamus deū, cuius contēplatione beati sunt &c. Et subdit. Quare honoramus eos charitate, nō seruitute. Nec eis tēpla cōstruimus. Nolūt enim se sic honorari à nobis, quia nos ipsos cū boni sumus, tēpla summi dei esse nouerūt. Recte igitur scribitur hominem ab angelo prohibētū ne se adoraret, sed unum deū sub quo ei esset & ille conseruus, Apoca. 19.

Chrysoſtomus in Matth. cap. 1.

Homilia 5.

Quod si negligentes fuerimus ac desides, nec per
aliam

Quis sit ho
nor sancto=
rum.

Vnum deū
colere debe
mus.

aliorum quidē possumus merita saluari. Si uerò mēte Ex aliorū
uigilemus, etiam per nos meripſos istud ualeamus effici meritis non
cere, & multo magis nostro, quā alieno tuti esse sus=
fragio. Hactenus Chrysoſtomus. Idē aduersus Iudæos
Oratione quarta plura de hac re.

Augustinus de uera Religione

libro cap. 10.

Nō ergo creaturæ potius q̄ creatori seruiamus, ne
euaneſcamus in cogitatioibus nostris, et perfecta reli
gio est eterno enim creatori adherētes, & nos eter=
nitate efficiamur necesse est. Item August. ad Sixtum
Presbyterū contra Pelagianos epistola 303. Et hæc,
intellige, gratia ne præter mediatorē aliqua alia uia
quereretur, adiecit Paulus in Christo Iesu domino.

Theophylactus in epistolam

Colof. cap. 1.

In Christo nanq; species omnis Euangelij sita est, et
cūctis erit in ipso sperandū, qui Euangelium exceperē,
ut qui uniuersa pacauerit. Quo fit, ut qui angelis ip=
sis conciliationē hanc forte adſcripserit, à Christo di=
motus sit necesse est.

Augustinus Tractatu 22. in

Ioannem cap. 5.

Ego sum, inquit, uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad

Q 4 nit ad

nit ad patrem meum nisi per me, Ioannis 14. Ambulare uis, ego sum uia. Falli non uis, ego sum ueritas. Mori non uis, ego sum uita. Hoc dicit tibi Saluator tuus, non est quod eas, nisi ad me, non est quod eas, nisi per me.

Cyrillus ad Reginas de Recta

fide libro, ex Euangelio

Ioannis.

Assumptus est in coelum, sed ut deus annuncietur praestare petitiones adorantium, si in nomine eius fecerint preces. Iam cui magis conuenit facere compotes uotorum sanctos, et largiri quod petunt, quam ei qui solus natura, et uere deus est.

Augustinus in Psal. 108.

Oratio autem quae non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit in peccatum. Item Augustinus in libro de fide ad Petrum Diaconum capite 2. Verbum ergo caro factum, unus est filius dei dominus Iesus Christus mediator dei et hominum. Idcirco autem mediator, quia idem deus atque homo uerus. Item in Sententijs ex August. decerptis. De uno solo mediatore dei et hominum, homine Christo Iesu fides catholica nouit quod pro nobis mortem, id est peccati poenam sine peccato subire

subire dignatus est. Item in iisdem sententijs: Non reconciliatur per mediatorem deo: unus est enim deus, et unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus. Item in iisdem: Fides Christi, est credere in eum qui iustificat impium, credere in mediatorem, sine quo nullus reconciliatur deo.

Cyrillus in Thesauro, lib. 4

Cap. 2.

Præterea qui participatione sanctitatis dei sancti Nulla sanctificati sunt, donum quidam conseruant, et mandata Etas nobis quidem obseruant: alios autem sanctificare ipsi neque ab hominibus queunt: nullus enim hominum sancti spiritus participatione sanctus, propria potestate ac uoluntate idipsum cæteris poterit donare: fons enim sanctitatis solummodo potest ex seipso sanctitatem quibuscumque largiri. Videmus enim quod angeli, sancti quidem sunt participatione ac gratia, et ideo nunquam inueniuntur dedisse ipsi sanctitatem hominibus. Et beatus Moses septuaginta senioribus prepositis non dedit ipse spiritum, sed deus abstulit (ut scribitur) à spiritu qui erat in Moysse, et donauit illis. Sancti ergo per gratiam atque participationem, ipsi quidem donum consecuti sunt, sed alij pro uoluntate sua dare illud non possunt: filius uero non sic, sed ut sanctitatis fons, ex

Q 5 propria

propria potestate discipulos sanctificat, licens: Accipite spiritum sanctum, &c.

Augustinus in Enchirid. ad Laurentium, cap. 32.

Nos per mediatorē Christum reconciliamur deo ut ex inimicis efficiamur filij. Et cap. 109. Nam ne que per ipsum liberaremur unum mediatorē dei et hominum Christum Iesum, nisi esset & deus. Sed cum factus est Adam homo scilicet reclusus, mediatore non opus erat. Cum uerò genus humanum peccata longe separauerunt à deo, per mediatorē qui solus sine peccato natus est, uixit & occisus est, reconciliari nos oportebat deo, usque ad carnis resurrectionem in uitam eternam.

Augustinus Hieronymo de natura & origine animarum.

Nec omnino esse animam ullam in genere humano, cui non necessarius ad liberationem mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Quæcumq; autem sine gratia mediatoris, & sacramento eius in qua libet corporis ætate de corpore exierit, & in peccatam futuram, & in ultimo iudicio recepturam corpus ad poenam.

Augustinus

Augustinus ad Honoratum de gratia noui Testamenti epist. 120.

Ideo in sancto habitas laus Israël, laus uidentium sancti in te, quia non in se laudantur, sed in te. Quid enim habent quod non acceperunt, ut qui gloriatur in domino gloriatur? Hæc est gratia noui Testamenti. Nam in ueteri Testamento, quando commendabas, non nisi à te peti sperariq; debere etiam ipsam terrenam temporalemque felicitatem. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & eruisi eos, ad te clemauerunt, & salui facti sunt. Vide Ignatium in suis epistolis, & salui facti sunt. Vide Ignatium in suis epistolis, unum deum inculcat. Sic Polycarpi epistola, ac Irenæi liber aduersus hæreses id clarissime ostendit.

Eusebius Cæsariensis Eccle. hist.

lib. 4. cap. 15.

De beato Polycarpo disputans, apographum inserit, in quo enumerat, quomodo Christiani petierunt emortui Polycarpi cadauer, Iudeis multum reclamantibus, quasi scilicet Christiani cultus gratia postulerint, quibus sic respondent. Ignorantes miserissimi, quia neque Christum aliquando possumus delinquere, qui mortem pro totius mundi salute sustinuit, ne alium quenuquam colere: quoniam uerum deum,

deum, & qui solus colendus sit nouerimus. Martyres uerò tanquam discipulos domini diligamus & ueneremur, quasi integer fidem magistro seruantes & domino; quorum nos quoque in fide & perseverantia charitatis optamus esse participes. Et paulo post: Nos combusti, ossa preciosissimis gemmis chariora & omnia auro probabiliora per ignem facta, collegimus, ac (sicut conueniebat) ex morte cõdidimus, quo in loco etiam nunc, prestante domino, solenes agimus celebresq; conuentus, maxime quidem in die passionis eius, sed & cum eorum etiam memorias celebramus qui prius passi fuerant, ut sequentium animi ad precessorum uiam exemplis insignibus suscitentur. hæc tenus Smyrnenfis ecclesia. Acta sunt hæc imperantibus M. Aurelio Vero, & Antonio filio eius cū Lucio fratre. Quomò ueteres pro publica concione martyres laudauerint, uidelicet, ut uiuentes adhuc ad imitanda eorum incitarentur uestigia. Autor est D. Cyprianus epist. lib. 4. epist. 5.

Augustinus

De Ciuitate dei, libro octauo, capite ultimo, aperte testatur martyribus neque aras erigi, neq; templa debere. Deniq; martyribus (inquit) nostris, neq; sacerdotibus instituiamus, neq; offerimus sacrificia, quia incongruum,

incongruum, indebitũ, illicitum est, atq; uni tantummodo debitum memorias tantũ, sicut hominibus mortuis, fabricamus.

Item supra de Missa ostendimus sacrificare Christianis idem esse quod inuocare, orare uota, nunquam pare. Nemo ergo nisi unus deus in Christo adorandus est. Lege Augustini septimum librum de Ciuitate dei caput 10.

Ter tullianus aduersus Mar-

cionem, lib. 1.

Veritas (inquit) Christiana districte pronunciat, deus si non unus est, non est: quia dignius credimus nõ esse, quodcumq; non ita fuerit, ut esse debeat, deus autem, ut scias unum esse debere: quære quid sit deus, & non aliter inuenies, quantum humana conditio de deo definire potest, id definis, quod & omnium conscientia agnoscit, deum summum esse, magnũ, in æternitate constitutum, innatum, infectum, sine initio, sine fine.

Idem in Apologia.

Cap. 17

Hunc ergo unum colimus, qui totã molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum uerbo, quo iussit, ratione qua disposuit, uirtute qua

tute qua potuit, de nihilo expressit, in ornamentum
maiestatis suae. Vnde & Graeci nomen mundi κόσμος
accommodauerunt. Inuisibilis est, etsi uideatur
incomprehensibilis, etsi per gratiam representetur
inestimabilis, etsi humanis sensibus estimetur.

Ideo uerus & tantus est. Item in cap. 30. ubi ostendit
quod Christiani supplices à deo uero salutem Imperatorum
petant. Sed uos (inquit per Ironiam) religiosi, qui
salutem quaeritis, ubi non est: petitis à quibus dari non
potest, proeterito eo in cuius est potestate. Insuper eos
debellatis (Christianos intelligit, qui persecutionem
perpetiebantur à gentibus) qui eam sciunt petere, qui
etiam possunt impetrare, dum sciunt petere. Nos enim
pro salute Imperatorum deum uocamus aeternum, deum
uerum, & deum uiuum. Ad caelum inquam suspiciens
Christiani, manibus expansis, quia innocuus: capite
nudo, quia non erubescimus: lenique sine monitore,
quia de pectore oramus, precantes sumus omnes, semper
pro omnibus Imperatoribus, uitam illis proliam,
imperium securum, domum tutam, exercitus
fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum,
& quaecumque hominis in Caesaris nota sunt. Haec
ab alio errare non possum, quoniam à quo scio me conseruaturum:
quoniam & ipse est, qui solus praestat.

ego sum cui impetrare debetur, famulus eius, qui eum
solum obseruo, qui ei offero optimam, & maiorem
hostiam, quam ipse mandauit. Orationem de carne pura
hostiam, de animo innocenti, de spiritu sancto profectam
hostiam. Non grana thuris unius assis, non à radice arboris
lachrymas, nec duas meri guttas, nec sanguinem reprob
i hominis mori optantis: & post omnia inquina
menta, etiam conscientiam spurcam, ut mirer, cum
hostiae probentur penes nos à uitiosissimis sacerdotibus,
cur proecordia potius uictimarum, quam ipsorum sacrificantium,
examinantur? Haec Tertullianus.

Idem Tertullianus ad

Scapulam.

Sacrificamus, inquit, pro salute Imperatoris, sed
deo nostro, & ipsius: sed quomodo praecipit deus, pura
prece. Ad eundem modum hic, maiorem hostiam,
uidelicet, quam gentes, eam nimirum quam deus mandauit.
Deinde uides Tertullianum penitus in hac essententia,
ut exteriores hostias, in uniuersum omnes, in primis
quae offeruntur à conscientijs spurcis, & sacerdotibus
impuris, non respiciat dominus, cum interim diuorum
cultus hisce rebus, ceu firmissimis inuatur columnis.

Chrysostramus

Chrysoſtomus Homilia 12. de muliere Chanaanæa.

Dic mihi, mulier, quemadmodum auſa es, cum ſis peccatrix & iniqua, accedere ad eum. Ego, inquit, noui quid agam. uide prudentiam mulieris. Non rogat Iacobum, non obsecrat Ioannem, neq; pergit ad Petrum, nec intendit Apoſtolorum chorum, nõ quæſiuit mediatorum: ſed pro omnibus illis poenitentiam accepit comitem, quæ aduocati locum impleuit, et ſic ad ſummum fontem perrexit. Propterea, inquit deſcendit, propterea carnem ſumpſit, & homo factus eſt, ut & ego ei audeam loqui.

Auguſtinus ſecunda quinquagena.

Pſal. 67. uerſa Mons dei.

Leuaui enim oculos meos in mōtes, unde ueniat auxilium mihi: nec tamen auxilium meum ab ipſis proprie montibus, ſed auxilium meum à domino, qui ſcit cælum & terram.

Hilarius in Matthæi

Cant. 27.

Et quia prodire obuiam fatuæ extinctis lampadibus non poſſunt, deprecantur eas quæ prudentes erant ut oleum mutuent. Quibus reſponderunt: non poſſe ſe dare, quia non ſit, fortè, quod omnibus ſatis ſit, alie

Alienis operibus ac meritis nemo adiuuabitur.

ſit, alienis ſcilicet operibus ac meritis neminem adiuuandum: quia unicuiq; lampadi ſuæ emere oleum ſit neceſſe.

Chryſoſtomus in opere imperfecto

ſuper Matth. cap. 23.

Dilatant enim phylacteria ſua, &c. Dic ſacerdos inſipiens (Nōne quotidie euangelium in eccleſia legitur, & auditur ab omnibus, cui ergo poſita in auribus euangelia nihil proſunt, quomodo poſita ſunt circa collū ſuſpenſa ſaluare? Deinde ubi eſt uirtus euāgelij in figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis. Si in intellectu, ergo melius in corde poſita ſunt, quàm circa collū ſuſpenſa. Alij autè qui ſanctiores ſe oſtendere uolunt, partem ſimbriæ aut capillorum alligant & ſuſpendunt. O impietas, maiorem ſanctitatem in ſuis ueſtimentis oſtendere uolentes, quàm in corpore Chriſti: ut qui corpus eius manducans ſanatus nõ fuerit, ſimbriæ eius ſanctitate ſaluetur: ut deſperās de miſericordia dei, cõſidas in ueste hominis. Et quid Paulus, non dabat ſudaria ſua, & ſemicinctia ſua, ut ſaluarentur infirmi? Etiam antequam dei notitia in hominibus eſſet, ratio erat ut per ſanctitatē hominũ, dei potētia cognosceret: nũc autē in ſania eſt, etc.

In creatura nulla ſit nõ
bis fiducia:

R Item

Item, uide Chrysoſt in Matth. Homil. 45. ex cap. 23.
Idem in Matth. cap. 1. Homil. 5. Sanctorū uirtutes eſſe imitandas & fidem. Item eadem Homilia: Ne ex aliorum meritis nos pendeamus.

Chryſoſtomus in cap. Matth. 23.

Homilia 45.

Inter alia plurima uerba ſic dicit: Non enim gaudent martyres, quando ex illis pecunijs honorantur pro quibus pauperes plorant. Qualis eſt uirtus illa iuſtitiæ, munerare mortuos, & expoliare uiuentes? de ſanguine miſerorum tollere, & deo offerre? Illud non eſt deo offerre, ſed uelle uiolentiæ ſuæ ſonum facere deum, ut cū ſi oblata ſibi pecuniam de peccato libenter acceperit, conſenti at de peccato. Vis domū dei ædificare? Da fidelibus pauperibus unde uiuant, & ædificati rationabilē domū dei. In ædificijs enim homines habitant, deus autē in hominibus ſanctis. Quales ergo illi ſunt, qui homines expoliāt, & ædificia martyrum faciunt: habitationes hominum componunt, & habitatiōnem dei deſtruant.

Clemens libro 5, ad Iacobum

fratrem Domini.

Iuſtū enim putant, nō ea quæ pro mundi miniſterio facta ſunt, ſed ipſorū & mūdi totius creatorē de
bere

bere uenerari: gaudent enim etiam hæc, cum ille adoratur & colitur, nec libenter accipiūt, ut honor creatoris creatur & deſeratur. Exceptus enim eſt dei ſolius cultus, qui ſolus increatus eſt: omnia autē cætera facta & eius ſunt. Sicut ergo propriū eſt eius qui ſolus non eſt factus, deum eſſe, ita omne quod factum eſt, deus uerus non eſt.

Cyril. in euangel. Ioan. lib. 16. cap. 7.

Orandū eſt in nomine ſaluatoris, ſi exaudiri à patre uolumus, ut accipientes quæ petierimus, ſpiritali gratia repleti & prudētiores per ſpiritu facti aduerſus ſordidas poſſumus uoluptates militare.

Idem in Euangelium Ioannis 6.

Libro tertio, capite 33.

Amen amen dico uobis, Nōnne Moyses dedit uobis patres facti ſunt panē. Reprehēdit eos: ea quæ dei ſolius ſunt, ſtultum impium eſt hominibus attribuere. Manifeſtū igitur quo animo colendi eſt, quū miraculorū poteſtatē à Moſe abſtulerit, ſibi eā ac patri concedere: quātus propter auditorū ineptias aperte id nō dixerit, ne inſtabile u. a. noſq; homines cōmoueret, qui nec dignitatē loquentis cognoſcebāt, nec de ueritate multū curabāt, ſed ſolū Moſe autore inflati, nōnunquā maiorē quā oporteret honorem ei conſerebant, diuina opera illi accomodantes.

Hinc ergo discimus, quo animo sancti Patres colendi sunt. Reddere namq; debemus (ut scribitur Roman. capite 13.) timorē cui timor, honorem cui honos debetur. Tunc enim iure omnia faciemus. Nā & prophetarum spiritus prophetis subiiciuntur: sed quū de saluatore nostro habetur, tunc clamare uerē necesse est. Quis in nubibus æquabitur domino, aut quis similis erit domino in filijs dei?

Item. Rationale diuini. libro 4. fatetur ecclesiā tempore Syluestri honorare sanctos, et honorē diuini exhibere, incēpisse.

Cyrillus contra Iulianum,

Libro 6.

Sanctos martyres neq; deos esse dicimus, neq; adorare consueuimus: laudamus autem eos potius summis honoribus, quod pro ueritate strenue certarunt, et fidei sinceritatem seruauerunt: ita ut & suam animā contēpserint, & mortis terroribus ualedicentes præualuerint, in summis periculis tantæq; fuerint fortitudinis, quasi statuas sibi suæ uitæ excitaturi. Proinde non est indignum, imò etiam necessarium eos qui tan claris operibus gloriosi sunt perpetuis honorare laudibus. Vide Cyrillū latius qui dicit: Quam indignis gentilitas dū nos honores tribuerit, & demori

strat

strat Græcorum inscitie esse crimina, quæ ipsi in ueritatis adoratores nepharię reiecerunt. Nam ipsi hominibus sacrificarunt.

Idem in euangel. Ioan. lib. 11.

Cap. 16 & 7.

In nomine autem meo, addidit, ut mediatorem se & collargitorē ostendat: Nullus enim accedat ad patrem nisi per filium, per quem adductionē habemus ad patrem in spiritu, ut scriptum est. Ideo se portam & uiam appellat. Quia, inquit, nemo uenit ad patrem nisi per me.

Christus mediator.

IMAGINES SANCTORUM prohibite.

EGO dñs, hoc est, nomen meum, Esai. 42
Gloriā meam alteri non dabo, et
laudem meam sculpsilibus, &c.

Abijcite deos alienos qui in medio uestri sunt, & mundamini, &c. Gen. 35

Domīnus deus uester, deus unus est Rom. 1
Quia cōmutauerunt ueritatem dei in mendacium, et coluerunt & seruiērūt creature potius quā creatori qui est benedictus in secula, Amen.

R 3 Non

Exodi. 20 Non facies tibi sculptile, neq; omnē similitudinē quæ est in cælo desuper, et in terra deorsum, nec eorū que sunt in aqua sub terra. Non adorabis ea neq; coles. Ego sum dominus deus tuus fortis.

Leuit. 26 Non facietis uobis idolum & sculptile, &c.

Aras eorum subuertite, & cōfringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite: quia populus sanctus es domino deo tuo.

Deut. 27 Maledictus homo qui facit sculptile & cōflatile abominationem domini, opus manuum artificū, ponetq; illud in abscondito.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & Psalm. 105.

Deut. 6 Dominū deum tuum timebis, & illi soli seruias, & 12.

1. Reg. 2 Preparare corda uestra domino, & seruite ei soli.

1. Ioan. 5 Fugite à cultura idolorum.

2. Cor. 6 Qui cōsensus templo dei cum idolis
Opers

Opera carnis, seruitus idolorum.
Conuersi estis ad deū à simulachris. *Ehes. 5.*
Reprobat idololatriam Paulus. 1 Ioannis. 5 & Actorū cap. 15 & 21. præcipit altaria idolorum subuerti. *1 Thef. 1.*

Lege opusculum Tertulliani aduersus coronandi morē scriptum, & de corona militis, prætitulatum li bellum, illic inuenies pium doctorem Simulachrorū hostem acerrimum fuisse. Inter cætera, Altius, inquit, Ioannes: Filioli custodite uos ab idolis. non ita ab idololatria, quasi ab officio, sed ab idolis, id est, ab ipsa effigie eorū. Indignū enim ut imago dei uiui, imagini idoli & mortui fiat.

Cyprianus Tractatu quarto de, Vanitate idolorum.

Vnus igitur omnium dominus deus. Neq; enim illa sublimitas potest habere consortem, cum sola omnium teneat potestatem, &c. Hic uniuersa quæcunq; sunt, uerbo iubet, ratione dispensat, uirtute consummat. Hic enim uideri non potest, uisu clarior, nec comprehendendi, tactu purior est, nec æstimari, sensu maior est. Et ideo sic deum digne existimamus dum inestimabilem dicimus. Quod uerò tēplum habere possit deus,

cuius templū totus est mundus, & cū homo latius ma-
neat intra unam ædiculā, uim tantæ maiestatis inclu-
dat? In nostra dedicandus est mente, in nostro conse-
crandus est pectore, nec nomen Dei queras, deus nomē
est illi. Illic uocabulis opus est, ubi proprijs appella-
tionū insignibus multitudo dirimenda est, deo qui so-
lus est, dei uocabulū totum est. Ergo unus est, et ubiq;
totus diffusus est &c.

Lactantius Firmianus

Vt in omnibus alijs, sic in hac re imprimis admi-
rabilis est, puta in 2. Instit. lib. de Origine erroris 2.
cap. 19. Deus, inquit, supra hominem est, nec in ima
positus, sed in summa regione quærendus est: quare
nō est dubium, quin religio nulla sit, ubicunq; simula-
chrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est: diuini
autem nihil est, nisi in cœlestibus rebus, carent ergo
religione simulachra. Et in libro 5. de Iusticia cap. 8.
Quid nobis inanem iusticiam depingitis, & optatis
capere de cœlo, tanquā in aliquo simulachro figu-
ratum? Ecce in conspectu uestro est, suspicite si po-
testis, eamq; in domicilio uestri pectoris statuite. Nec
difficile, nec alienum à temporibus existimetis. Esto
te æqui & boni, & sequetur uos sua sponte iusticia
quam quæritis.

Augu-

Augustinus de Ciuitate dei

Lib. 10 cap. 19.

Qui autem putant hæc uisibilia sacrificia dijs alijs
congruere: deo uero tanquā inuisibili inuisibilia,
& maiori maiora, meliorique meliora: qualia sunt
pura mentis & bonæ uoluntatis officia. Profecto ne-
sciunt hæc, ita signa esse illorum, sicut uerba signan-
tia, uel sonantia signa sunt rerum. Quocirca si-
cut orantes atq; laudantes ad deum dirigimus, signi-
ficantes uoces, cui res ipsas in corde quas significa-
mus, offerimus, ita sacrificantes non alteri uisibile sa-
crificium offerendum esse nouerimus, quā illi cuius
in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse
debemus. Tunc nobis fauent, nobisq; congaudet, atq;
ad hoc ipsum nos pro suis uiribus adiuuant angeli,
quiq; uirtutes superiores, & ipsa bonitate ac pieta-
te potentiores: si autem illis hæc exhibere uolueri-
mus, non libenter accipiunt, & cum ad homines ita
mittuntur, ut eorum præsentia sentiatur, apertissi-
mè uetant. Sunt de his exempla in literis sanctis. Pu-
tauerunt quidam angelis deferendum honorem, uel
adorando, uel sacrificando, qui debetur deo, & eorū
sunt admonitiōe prohibiti, iusiq; sunt hæc ei deferre,
cui uni phas esse nouerūt. Imitati sūt angelos sanctos

R s etiam

Religio nu-
la ubi simu-
lachrū est.

etiam sancti homines dei. Nam Paulus & Barnabas in Lycaonia facti quodam miraculo sanitatis, putati sunt dii, eisq; Lycaonij uictimas immolari uoluerunt quod à se humili pietate remouentes, eisq; in quem crederent, annunciauerunt deum, &c.

Cyprianus aduersus Deme- trianum.

Cum deus sit mundi dominus, cognitor & rector & cuncta arbitrio eius & nutu geratur, nec quicquid fieri possit, nisi quod aut fecerit aut fieri permiserit, uti que quando ea fiunt, quæ iram dei indignantis ostendunt, non propter nos fiunt, à quibus deus colitur, sed delictis & meritis nostris irrogantur, à quibus deus omnino nec quaeritur, nec timetur, nec relictis uanis superstitionibus, religio uera cognoscitur: ut qui deus unus est omnibus, unus colatur ab omnibus & rogetur. Ipsum deniq; audi loquentem, ipsum uoce diuina instruentem nos pariter ac monentem: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. Et iterum: Non erunt tibi alieni dii absq; me. Et iterum: Noli te ambulare post deos alienos, ut seruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos.

Lactantius

Lactantius in lib. 5. de Iusti-

tia, Cap. 10.

Quæ igitur, aut ubi, aut qualis est pietas? Nimirum apud eos, qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus seruant, qui amici sunt etiam inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt, omnemq; animi furorem tranquilla moderatione lenire. Et iterum lib. 6. de uero cultu. ca. 1. Nihil enim sancta, inquit, & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam, quam si quis obtulerit deo, satis pie religioseq; litauit. Item capite 2. Merito, ait Persius, gentium superstitiones suo more deridet:

Qua tu, inquit, mercede deorum

Emeris auriculas, pulmone, & lactibus unctis? Senticbat uidelicet, non carne opus esse ad placandam celestem maiestatem, sed mente sancta, & iusto animo, & pectore, ut ipse ait, quod naturæ sit honestate generosum. Hæc est religio celestis, non quæ constat ex rebus corruptis, sed quæ uirtutibus animi, qui eritur à celo. Hic uerus cultus est, in quo mens colentis, seipsum deo immaculatam uictimam sistit. Hactenus Lactantius. Vide Lector deus solus & unicus colendus est, idq; mente pura, & innocenti uita.

Cultus uerus quis.

Origenes

Origenes aduersum Cel-

sum, lib. 4.

Origenes primam legem decalogi in hunc modum explanat. Et erat quidem legis mens, ut singulis in rebus, ut ueritas exigebat, hi uersarentur, nec præter uerum effingerent aliqua, quæ præ se maris uel fœminæ speciem esserent, uel iumentorum naturam, uel uolatiliū, uel reptantiū, siue imaginē pisciū mentirentur. Perpēde ex animo, quantum à cultu imaginū etiā sanctorū hominū absterreat ille diuus Episcopus

Cyrillus in euangel. Ioan.

lib. 11. cap. 16.

Hæc autem est uita æterna, &c. Radicem atque originem æternæ uitæ fidem, & ueræ pietatis uirtutem esse affirmat. Veram autem pietatem illam esse asseruimus, cui alieni falsiq; cultus crimen inuri non potest. Multi enim creaturam præmissio creatore coluerunt, nec ueriti sunt ligno dicere: Pater meus es tu. Et lapidi: Tu genuisti me. Eo enim imperitiæ proh dolor multi, imò ferè omnes delapsi sunt, ut sensum experti materiæ ineffabilem deitatis gloriam attribuerunt.

Athanasius contra Gentes.

Dicunt quæso, quo pacto per simulachra noscatur deus

tur deus. An per circumpositam illius materiam, an per indoctam materiæ formam? Si ob materiam, quæ iam formæ necessitas, ut non prius etiam quàm ista fuissent, per omnem prorsus materiam apparuit deus, cum omnia testentur gloriam suam? Porro si si per inducta effigies diuinæ cognitionis causa est, quid iam pictura cæteraq; materiæ opus est, ac non magis per ipsa uera animalia, quorum formæ simulachra sunt, deus cognoscitur? Nam clarius profecto dei gloria innotesceret, si per animata rationabilia, & irrationabilia, quàm per inanimata atque immobilia manifestaretur. Cum ergo intelligendi dei gratia sculpitis aut fingitis imagines, rem profecto minime dignam facitis, &c.

Origenes contra Celsum.

Christiani & Iudæi cum audiunt dominum deum tuum timebis, nec feceris tibi idolum: non modo deorum templa & aras, & simulachra hæc auersantia, sed ad mortem promptius ueniunt, si fuerit necesse, ne aliquo excessu & impietate prorsus inquinent, quod de deo omnium conditore, optime sentiunt. Et iterum: In Republica Iudæorum, imaginum factor & statuarum fabricator longè abiectus est & probibitus, ne qua his esset fabricatorum simulachrorum occasio,

occafio, qui stultos quosdam mortalium à deo auellat, & ad contemplanda terrena animæ oculos reuertitur.

Augustinus Maximo de Paganismi
irrisione, Epistola 44

Ad summum tamen, ne te hoc lateat, & in sacri-
lega conuicia imprudentem trahat, scias à Christiani-
nis catholicis, quorum in uestro oppido etiam eccle-
sia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil deni-
que ut numen adorari, quod sit factum & conditum
à deo, sed unum ipsum deum, qui fecit & condidit o-
mnia. Item de Doctrina christiana, libro tertio capi-
te septimo. Idololatriam dicit esse fornicationem iuxta
scripturam. Item ad Maudareses de execratione
Idololatriæ epistola quadragesima secunda. Item ad
Nectarium de Moderando supplicio nocentum, epi-
stol. 222. Et in Psalm. 113. de Simulachrorum cultori-
bus, Lectu digna inuenies.

Origenes contra Celsum.

Non solū statuis supplicare uesanum est, sed eti-
am uel ipsum dissimulare, ut Peripatetici, Epicuræi
& Democritici. Nihil oportet in eius animo adul-
terinum inesse, qui in ueritate ac pte deum colit.

Idem

Idem. Possè quidem deum cognosci, & unigeni-
tum eius, & eos qui per eum talem honorem ha-
bent, ut dii dicantur, & eius diuinitatis participes
sunt: sed impossibile esse, ut deum quis noscat, sanis
lachris supplicet.

Clemens libro 5, ad Iaco-
bum domini.

Cæsaris nomen nulli alij audetis imponere, quia
reum suum statim punit, dei uerò audetis, quia reum
suum punire propter poenitentiam differt? Per alios
item serpēs ille proferre uerba huiusmodi solet. Nos *Que sit ue-*
ad honorem inuisibilis dei imagines uisibiles adora- *ra dei ima-*
mus, quod certissimè falsum est. Si enim uerè uelitis *go.*
dei imaginem colere, homini benefacientes, ueram in
eo dei imaginem coleretis. In omni enim homine est ima-
go dei, non in omnibus uerò similitudo, sed ubi beni-
gna anima est, & mens pura. Si ergo uerè uultis ho-
norare imaginem dei: nos uerò uobis quod uerum est
aperimus, ut homini qui ad imaginem dei factus est be-
neficiatis, honorem et reuerentiã deferatis, esurienti
cibū, sitiēti poculū, nudo indumentū, ægro ministeriū
peregrino hospitium, & in carcere posito necessa-
ria ministretis; & hoc est quod uerè deo delatum
reputabitur.

Cultus ima reputabitur. Hæc autem in tantum ad honorem dei imaginis cedunt, ut qui ista non fecerit, contumeliam imaginis diuinæ intulisse credatur. Quis ergo iste honor dei est, per lapideas, & ligneas formas discurrere, & inanes, atque exanimas figuras, tanquam numina uenerari, & hominem in quo uerè imago dei est spernere? Imò potius certi estote, quod qui homicidium facit, aut adulterium, & quicquid in hominum poenam uel iniuriam, in his omnibus dei imago uiolatur. Sequitur: Intelligite ergo, quia latentis intrinsecus serpentis est ista suggestio, quæ persuadet pios uos uideri posse, cum insensibilia colitis, & non uideri impios, cum sensibiles & rationabiles læditis.

Idem in eodem libro

Impium est Quid certè tam impium, tam ingratum, quam à deo beneficium consequi & reddere lignis & lapidibus gratiam? Propter quod expergiscimini & intelligite salutem uestram, deus enim nullius indiget, neque aliquid requirit, neque in aliquo læditur: sed nos sumus qui aut uiuamur, aut lædimur, in eo quo grati, aut ingrati sumus.

Theophy=

Theophylactus in Ioannem,

Capite 9.

Considera autè quomodo dixerit, quod si quis Deum cultor fuerit, mox apposuerit, & uoluntatè eius fecerit: multi enim cultores quidem Dei sunt, uoluntatem autem Dei nõ faciunt. Oportet autem utraq; adesse, Dei cultum & uoluntatis diuinæ adimpletionem, hoc est, fidem & opera, uel (ut Paulus nominat) fidem, et bonam conscientiam, uel breuius dicendo, theoriã & praxin. Tunc enim reuera uiuunt fides, quando opera Cultus Deus habet Deo placentia, è quibus bona conscientia nascitur, sicut à malis operibus mala cõscientia: & rursus illius uoluntatem ab inuicem, mortua sunt, & cætera.

Origenes super Numeros,

Capite 28. Hom. 23.

Si obseruatio sacrificiorum & instituta legalia, quæ in typo data sunt populo Israël, usq; ad præsens tẽpus stare potuissent, exclusissent sine dubio Euangelij fidentem, per quam ex aduentu domini nostri Iesu Christi, gentes conuertuntur ad Deum. Erat enim in illis quæ tunc obseruabantur, magnifica quædam, & totius reuerentiæ plena religio, quæ ex ipso etiã primo aspectu obstupesceret intuentes. Quis enim uidēs illas

lud, quod appellabatur sanctuariū, & intuens altare
astans, es etiā sacerdotes sacrificia consummantes, om-
nemq; ordinem quo cuncta illa gerebantur aspiciens,
non putaret plenissimum hunc esse ritum, quo Deus
creator omnium ab humano genere coli deberet? Sed
gratias aduentui Christi, qui animas nostras auellens
ab hoc intuitu, & considerationem celestium, & con-
templationē rerum spiritualium contulit, & destruxit
quidem illa quæ magna uidebantur in terris, cultūq;

Cultus Dei
in inuisibili
bus consistit.

Dei à uisibilibus ad inuisibilia trāstulit, & à temporali-
bus ad æterna. Sed reuera ipse dñs Iesus Christus, &
aures requirit quæ hæc audiāt, et oculos quæ hæc uideāt

Origenes

In lib. 8 cōtra Celsum dicit in hæc uerba. Post hæc
Celsus, et aras, & simulachra, & delubra nos ait de-
fugere, quò minus fundentur.

Hisychius in Leuit. lib. 5 cap. 17.

Non facies tibi idollū, &c. Bene autē seruire idollis
fornicationem appellauit: apertè nos docens quæ no-
stras animas deus sibi ad salutē despondit, & ideò for-
nicatio dicitur. Intellige pro defectione, à Christo ab
illo discessio. Item, uide Hisychiū lib. 5. in Leuit, quæ
tum prohibitus sit idolorum cultus.

Cyrillus

Cyrillus con Iulianum, lib. 6.

Nullius tibi pensi uidetur esse crimē, uir strenue, Deos pere-
et paruum quid impietas erga deum, & deserto eius grinosuene
cultu, scriptisq; & iugo contemptis, amplexari po-
tius, & tanquā rem meliorem, immundis demoni-
bus uelle esse subditū. Et paulo post: Et Græcorum prohibetur
legibus sit, Deos alienos propter cognitos & ueros
non esse iudicandos, neq; turpe quiddam & absurdū
de illis dicendum. Censebantq; se pie agere, si talia pa-
trantes nō pecunia multarent, sed capite plecterentur.
unde Anaxagoras dicens: Solis circuitū esse lapi-
dem ignitum, morte ab Atheniensibus iudicis est pu-
nitus. Diagoras quoq; impietatis accusatus est, &c.

Transeo & Socratem, dicentem sibi demonium uati-
cinari, & iurantem per quercum, & canē: & hanc
ob causam, accusatoribus urgentibus conuictus est.
Ad eò falso cognominatorum deorum tantum Græci
rationem habebant.

Chrysofomus de septem Machabeo- rum Homilia 7.

Non attendas cinerem sanctorum corporum, nec Reliquiæ
fauillam reliquiarum carnis, omniaq; ossa consum-
pta temporibus. Sed aperi oculos fidei, & uide eos quatenus
diuina uirtute, & gratia spiritus sancti amictos, & spectādas.

diuini luminis claritate radiantes. Idem contra Iulianum lib. 7. dicit, *Idolothyta magis quam Gētilium libri uitanda.*

Numa Pompilius

Secundus Romanorū rex, homo ethnicus agnouit unum deum, ut cum templa Romæ & ceremonias uarias institueret: simulachrum tamen nullum in eis statueret, ut scriptum reliquit Dionysius Halicarnasæus, et refert id Cyrillus cōtra Iulianū 6. Vnde in centum & sexaginta annis in templis Romæ simulachrum nullū extitisse traditur. Quod & Eusebius in libro de præparatione Euangelica, ex sententia Clémentis testatur. Afferit item & Plutarchus in uita Numæ. Memorat Aelius Lampridius Imperat. Hadrianum, tēpla sine simulachris fieri iussisse, quæ ea quod sua non haberent numina Hadriani dicebantur. Apud Seres sicut tradit Eusebius lib. de præparatione euangel. VI lege exceptum erat, ne simulachra adorarentur. Per se itidem, teste Herodoto lib. 1 & Strabone XV. Geograph. statuas non extruebāt. Plato lege uetuit, ne deorum imagines ex auro uel argento, ferro uel aere fieret, ut ne criminosi ex occasione rei præcose, existimarent se propter res deos placare aut decipere posse.

Diuus

Diuus Epiphanius Salaminæ Cypri episcopus, in epistola ad Iohannem episcopum Hierosolymitanum, quam D. Hieronymus sua contra eundem præmisit, in latinam uersam ita scripsit: Quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui uocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & uenisssem ad uillam, quæ dicitur Anablatha, uidisssemq; ibi præteriens lucernam ardentē, & interrogasssem, quis locus esset, didicisssemq; esse Ecclesiā, & intrasssem, ut orarem, inueni ibi uelum pendens in foribus eiusdem ecclesie tinctum atq; depictum, & habens imaginem quasi Christi, uel sancti cuiusdam: nō enim satis memini cuius imago fuerit. Cum ergo hoc uidisssem in ecclesia Christi contra autoritatē scripturarū hominis pendere imaginē, scidi illud, & magis dedī consiliū custodibus ecclesie eiusdē loci, ut pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent.

Certe nec D. Gregorius primus, alioqui imaginū in templis defensor, hæc probat, ut in canonicis decretis legitur. Sic enim ille, cum usum imaginū uellet maximè defendere, ad Serenū episcopū Massiliensem qui illas offensus populi superstitione exusserat, scripsit: Non fregisses, quod non ad adorandū in ecclesijs, sed ad docendum tantū fuit collatum, quin potius ita

S 3 tuis

Epiphanius
Salaminæ
Cypri episcopus.

Dionysius
Halicarna
seus.
Cyrillus cō
tra Iulianū
6.

Gregorius
primus ad
Serenū epi
scopū Mas
siliensis.
Epist.
lib. 9 episto

tuis dixisses: Si ad hanc instructionē, ad quam imā-
gines antiquitus factae sunt, habere uultis in ecclesia,
eas omnibus & fieri, & haberi permitto. Vnde
si quis imagines facere uoluerit, minime prohibe-
re adorare uerò imaginem omnibus modis deuita. Ha-
cenus Gregorius.

Eusebius in Ecclesiast. histor.

Lib. 7 cap. 14.

Et nihil mirum, si hi qui ex gentibus credide-
runt, pro beneficijs quae à saluatore fuerant conse-
cuti, huiusmodi uelut munus uidebantur offerre, cum
etiam nunc uideamus apostolorum Petri & Pauli, et
ipsius etiam saluatoris imagines designari, tabulasque
depingi, sed & antiquas eorum imagines à quibus-
dam conseruatās non uidimus. Quod mihi uidetur ex
gentili consuetudine indifferenter obseruatum, quod
ita solēt honorare, quos honore dignos duxerint. Infi-
gnia enim ueterum reseruari ad posterum memoriā
illorum honoris, horum uerò amoris est indicium.
Hæc Eusebius.

Augustinus lib. de Ciuitate dei

octauo, cap. ultimo.

Honoramus sanè memorias Martyrū, tanquam
memoria. sanctorum hominū dei, qui usque ad mortem suoruna
corpore

corporeū, pro ueritate certarunt, ut innoferet ue-
ra religio, falsis religionibus uictis atque conuictis,
quod etiam si qui antea sentiebant, timendo repri-
mebant, &c.

Hieronymus in Esaiam cap. 2. Et re- pleta est terra, &c.

Vbi quondam erat tēplum & religio dei, ibi Ha-
driani statua, & Iouis idolum collocatum est, quod
multi super illo testimonio interpretantur quod in
Euangelio legimus: Cum autem uideritis abomina-
tionē, &c. Et homo rationale animal, es adorauit &
lapidē: & possumus secundum anagogen & hoc di-
cere, quod omne dogma contrarium ueritati, adoret
opera manuum suarum, & constituat idola in terra
sua, &c. Et illum differens locum apud Hieremiam.
Et argēto & auro decorauit illum de simulachro ido-
lorum loquitur propheta, ait: Qui quidem error ad
nos usque transiuit, ut religionem in diuitijs arbi-
tremur. Idem in Daniele cap. 3. Item 4. Tomo Hie-
ronymus. Homilia Augustini de Pastoribus. Inter cæ-
tera uerba dicit: Et uide quia nō tibi in montibus spes
est. Auxilium, inquit, meum à Domino, &c. Noli pu-
tare iniuriā facere te mōtibus sanctis, quādo dixeris:

Aes lapides
adorare nō
debemus.

Auxilium meū non in montibus, sed à domino qui fecit cœlum & terrā. Si in ipsis montibus spem tuā posueris, contristabitur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini ab homine adorabatur, tanquā leuantem oculos in montē: ait ille se reuocans ad dominum: Noli, inquit, facere, illū adora: nam ego confertus tuus sum, & fratrum tuorum.

Ambrosius de obitu

Theodosij.

Inuenit ergo Helena titulum, regem adorauit non lignum utiq; quia hic gentilis est error & uanitas impiorum: sed adorauit illū, qui pependit in ligno, scriptus in titulo, &c.

Cyrillus contra Iulianum lib. 8. pro

Religione christiana.

Non sunt tibi dii alij præter me. Et iterum: Non facias tibi idolum, &c. Dicit etiam per uocem prophetarū: Sic dicetis illis: Diij qui cœlum & terram non fecerunt, pereant de terra & sub cœlo isto insuper & deum præter me nescias, & saluans præter me non est. Psallit autem & diuinus Dauid: Omnes diij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Sequentes igitur ea quæ per Moysen prædicta et Prophetas annuntiata sunt, unum quidem naturæ & uerè

deum

Idola tol=
lenda.

deum esse confitemur: scimus autem cum hoc, & in dubitato credimus, quod omnes diij gentium dæmonia, &c. Et idem in Ioannem lib. 10. cap. 14. & 15. Purgatio gentiū, est erroris idolorum abiectio, multa bona hominū us afferens.

Augustinus lib. de Ciuitate

dei 22. Cap. 10.

Martyres nostri nobis non sunt dii, quia unum eum demq; d. um & nostrum scimus & martyrū: faciunt autem miracula martyres, uel potius deus, uel orantibus aut cooperantibus eis, ut fides illa proficiat qua eos non deos esse nostros, sed unum deum nobiscum habere credamus. Deniq; gentes dijs suis & templa edificauerunt & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem martyribus nostris non templa, sicut dijs, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud deum uiuunt spiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus: sed uni deo & martyrū, & nostro sacrificio immolamus, ad quod sacrificium sunt homines dei, qui mundum in eius confessione uicerunt, suo loco & ordine nominantur: nō tamen à sacerdote qui sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum, quia dei sacerdos est, non illorū.

S S

Ipsura

Martyrib;
templa non
fabricanda

Ipsum uerò sacrificium est corpus Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Hæc Augustinus Vide lector August. fatetur neq; templa, neque aras, neq; sacerdotes martyribus constitutos, imò à sacerdote non inuocantur.

Theodosij I & Marciani principū imperio fuit Pontius quidā Paulinus episcopus Nolanus, hic quōtānis unā cum populo Natalem celebrabat diui Felicitis, quo die splendide epulari solebant. Proinde ipse parietes templi picturis ex ueteri instrumēto desumptis, ornandos curauit, ut accumbentes in communi mensa, spectandis illis occupati, temperantius conuiuium exigerent. Hinc in alias ecclesias pingendi consuetudinem deriuatam existimo: Et quidem inceptū erat non usq; ad eò impium, sed sub hoc prætextu in ecclesias Christianas irrepererunt simulachra, quorū non est numerus. Et quod dolendū est, eò uentum est plus contendimus pro imaguncula aliqua, quā ut pro uiuo membro Christo seruando.

Item, uerisimile non est ab Pōtifice Romano ullō unquā, ante Constantini tempora, Basilicam, in uilius diui erectam esse honorem: nam ante Constantinum nemini ex Christianis tutò licebat uel domunculam sibi ipsi construere, taceo angusta in honore Christianorum

Christianorum templa erigere. Et Otho episcopus Frisingensis, Annalium libro quarto capite tertio testatur sub Constantino prima datum esse Christianis templa erigendi priuilegium. Et ante ipsum Eusebius, qui libro Eccles. histor. 9. cap. 10. Aderat, inquit, cum Etis uelut diuino munere infusa læticia, maxime uide-
 4. ca. 3.
 Ecclesiast.
 ca hist. 9. li.
 9. cap. 10.
 Edictū G.
 Maximi
 rationum
 ut instaurent
 Ecce
 redempto
 Pharnamundo
 Burgundionum
 iugem duxit
 mensi episcopo
 & hunc primum legimus
 è quibus

è quibus primaria uirginis Mariæ apud Argentoratum ædes connumeratur, quam ligneam à sui initio, non uiuo (ut nunc cernitur) lapide extructam dicunt. Acta sunt hæc post Gelasij tempora in Gallia et Germania &c.

Anno domini D C. XXX. imperauit Francis Dagubertus, cognomento Magnus, hic per Galliam, Germaniam, Austrasiam & Burgundiã, quibus dominabatur, plurima templa in honorem diuorũ erecta, multa item cœnobìa construxit. Sed & Romæ imperauerat Bonifacius tertius à principe Phoca phœnũ quod Panthœo uocant gentilitas, idq; uirgini matri consecrat, & omnibus sanctis.

Vide Platini Leo eius nominis tertius edictum proposuit, ut omnes totius Romani imperij statuæ ac Icones in templis Pontificis ac ad cultum propositæ, omnes angelorum, martyrum, uirginum, sanctorum imagines, & quicquid esset simulacrorum semel tollerentur, abaderentur, penitusq; exurerentur, idq; non in hoc ut 6. Synodi conculcarentur, de duabus in Christo naturis, sententia: sed tollendæ idololatriæ causa. In primis uerò Romanus Imperator hoc à Romano exigit Pont. ipse præterea Constantinopoli omnes statuas deiecit, & congestas in medio urbis publico incendio cremauit.

Quod

Quod si qui resisterent impudētius, eos quidē ante capite truncabat, aut aliam quapiam corporis parte: deniq; facultatum portione mulctabat, quod scriptum esset: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi domino soli. Quodq; & maiestas imperatoria læderetur: & inuidata optima & piissima contemnerentur, deniq; discordia aleretur inter ciues. Romanus autem Pont. Gregorius Secundus sese Leoni opposuit, tumultu apud Rauennates excitato. Concilium pro simulacris primum celebrauit, & decreuere ut diuorũ imagines maiori quàm ulla unquam ueneratione in templis colerentur. Item Gregorius Imperatorem imperio & communionem fidelium priuauit.

Constantinus eius nominis quintus Leoni patri successit, hic Italica synodo permotus, conuocauit etiam ipse in Concilium omnes Græciæ doctos, quo conuentu antistites trecenti triginta, definiuerunt: Non licere deo per Christum fidentibus, ulla neq; creatoris, neque creaturarum ad cultum habere simulachra, quin potius ob scandalum omnia semel esse tollenda. Acta sunt hæc anno 739. Quare Imperator patrem imitatus, residua conuulsit, & ornamenta simulacrorum fisco adscripsit. Definitionē porrò Concilij Pauli Põtifisci scribit, ut imagines tollat, propereq; tollat, præ

pit

cipit. Sed frustra Pontifice in Pipinum regem sperante, & Imperat. unâ cum Concilio excommunicante.

Leo 4. Imp. perat.

Mortuo autem Constantino regnum suscepit filius Leo 4. hic matrimonio sibi iunxit nomine Hirenem, & ex qua filium sustulit Constantinũ 6. Et Hirene uxori reliquit imperium Leo præmatura morte præuentus. Hæc Hirena Leone defuncto & Constantino adhuc puero, Pontificis Theodori precibus expugnata, apud Nicenam synodum ex Græcis convocauit, in hac, præsentibus Romanis, decretum est, ut Romanæ ecclesiæ ritu simulachra in Græcia haberentur templis, utique Constantiniana Synodus quæ contrarium erat definitum crederetur esse erronea.

Constantinus Imp.

Constantinus eius nominis Sextus iam adultus, & superstitione nimia offensus mulieri abrogauit imperium. Hic omnia ea deiecit, confregit, exussit, quæ Hirena cõstruxerat. Sic postea Pontifex Rom. Concilium contra hæresim imaginum 3. habuit. Is Cõstantinus à matre Hirena insidijs imperio, & oculis priuatus, carceribusq; demandatus.

Nicephorus uerò regnum Cõstantini accepit, & cum Carolo fœdus iniit, deinde uerò omnes Hirenes statuas comminuit, quem morem deinde omnes Constant.

stant. imperatores obseruasse leguntur, præter unum Theodorum Lascarim, qui in Lugdunensi cõcilio, ad Pontificis Romani partes defecit, quapropter à Constantinopolitanis dignitate, urbe, & regno exutus est Itaq; combussere imagines sanctorum à Nicephoro, Seauratius, Michaël Curopalates, Leo Armeniacus Michaël Traulus, Theophylus, &c.

Item, Philippicus Imperat. in Synodo sexta Constantinopol. princeps Iconas abradere iussit, idemq; Romano Pontifici præcepit. Similiter Leo eius nominis tertius Imper. Vide Platinam de hoc Philippico in uita Constantini Pontificis Romani, eius nominis primi. Item, Concilium Elibertinum temporibus Constantini in Hispania celebratum, picturam in ecclesijs fieri prohibuit, ne adoretur pictura in parietibus. Item, Lampades & lumina diurno tempore debent extingui. Concilium duodecimum Toletanum in Hispania celebratum, statuit contra imagines & imaginum adoratores.

Simulachrorum siue picturæ usus non est uetus, sed auspiciatus est à Paulino, primo templorum apud Christianos pictore.

Augustinus

Augustinus de moribus

Eccles. cathol. libro 134.

contra Manichæos.

Novi multos esse sepulchrorum & picturarum adoratores, novi multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibunt, & epulas cadaueribus exhibentes, super sepultos seipsos sepeliant, & uorocitates ebrietatesq; suas deputent religioni.

Anathasius aduersus

Gentes.

Si deus (inquit) circumscribatur hominum instar uarietate membrorum in simulacris, necessario sequetur, ut alia quoq; corporea imbecillitatis pati dicatur. Atqui hæc in deum non cadunt: sunt enim terrenorum corporum propria, deus autem incorporeus & corruptibilis & immortalis. Hæc autem per corruptibilia sunt, & corporum lineamenta, quæ & humana ope atq; arte opus habent. Nam sepe numero cernimus ea, cum fuerint uetusta, renouari, & quæ uel æui diuturnitas, uel animal quodpiam sorte, uel pluuia uiolauit ea denuo fingi.

Cyrillus contra Iulianum,

lib. 7.

Veruntamen sciat legē, in dō legis dominum Israe

litæ

lit as urgere, ut demoliantur altaria & simulachrorū delubra exurant. Dicit enim sic in Deuteronom. cap. 7. Et hæc præcepta & iudicia legitima, &c.

Lex de exciis
rendis dijs
& abolēdo
idolorū cultu.

MIRACVLA CHRISTIANVM

nomen, aut loca non faciunt,

Sanctum.

Non quisquis mihi dicit: Domine, domine intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei.

Matth. 7

Multi dicent mihi in illo die, &c.

Cur me uocatis magister & domine, & non facitis quæ ego præcipio uobis.

Lucæ 6.

Veruntamen in hoc nolite gaudere quod spiritus uobis subiiciuntur, sed gaudete, quod nomina uestra scripta sunt in cælis.

10.

Edimus corā te, & bibimus, et in plateis nostris docuisti, & dicit: Nescio uos unde sitis. Discedite à me qui patris iniquitatem,

18.

T

Pro

Prophetauit Cayphas, prophetauit & Saul, & tamen miserunt reprobi à deo. Non ergo propheta facit Christianū, sic nec miraculum. Alioqui & asina Balaam, reddidisset illum sanctū: nam & ipsa prophetabat mira, manens nihilominus bestia.

Augustinus de unitate Ecclesiæ,

Capite 16.

In Scripturis Ad ipsam salutem ac uitam eternam nemo peruenit, nisi qui habet caput Christum. Habere autem caput Christum nemo poterit, nisi qui eius corporis fuerit, quod est ecclesia, quam sicut ipsum caput in scripturis sanctis canonicis debemus agnoscere: non in uarijs hominum rumoribus & opinionibus, & factis & dictis, & uisis inquirere. Lege hoc totum caput Augustini.

Augustinus de Ecclesiasticis dogmatibus lib. cap. 84 & 85.

Signis & prodigijs possibile est clarum posse fieri Christianum, non tamen sanctum, si intemperatis & asperis moribus agat. Temperatis autem & placidis moribus etiam absque signorum efficacia, & sanctum & perfectum, & dei hominem fieri recte credimus.

Chrysoſt.

Chrysoſtomus de compunctione cordis lib. 1.

Et tu accepisti gratiā dei per baptismū, & participiū spiritus sancti consecutus es, etiamsi non ad hoc ut signa faceres, sed quantum sufficeret ad hoc, ut res etæ uitæ innocentiam custodires, Et subiicit: Sed & Christus in illa die remuneraturum promittit se: non eos qui signa & prodigia, sed eos qui sua precepta fecerint, dicens: Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Non dixit, quia mirabilia fecistis: sed quia esuriui, &c. Et paulo post: Sed & beatos non dicit eos, qui signa & mirabilia fecerūt, sed humiles spiritu et mansuetos, &c.

Idem in Epistola 1. ad Corin. cap. 2. Homil. 6. ait: Miracula olim utilia fuisse nunc minime.

Idem in Matthæi cap. 23.

Homilia 43.

Videte ergo, quomodo sedetis super cathedram, Locus non quia cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo sanctificat locū. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est. Sic alibi dicit: Locus nō saluat hominem, sed mores & recta fides.

T 2 Idem

Idē Chrysoſt. Sermo. de Euchariftia
in Encenijs admonitorijs.

Quid dicis homo? uis breuiter oftendam, non eſſe locū qui ſaluet, ſed mores & rectam fidem & uoluntatē. Adam in paradifo ut in portu naufragium fecit. Loth in Sodomis, ſicut in pelago ſeruatus eſt. Iob in ſtercore iuſtificatus eſt &c. Itē, uide Chryſto. aduerſus Iudeos Orat. 5. quod Miraculis credendū non ſit aduerſus ſacram ſcripturam.

Cyrillus in Leuit. lib. 12.

Tu qui ſequeris Chriſtum, & imitator es eius: ſi permanes in uerbo dei: ſi in lege eius mediteris die ac nocte: ſi in mandatis eius exercearis, ſemper in ſanctis es, nec unquā inde diſcedes. Neq; enim in locis ſanctis querenda ſunt, ſed in actibus, uita & moribus que ſi ſecundum dominum ſint, & ſecundum præceptum dei habeantur, etiam ſi in domo dei non ſis, etiam ſi in foro ſis: & quid dico in foro? etiam ſi in theatro inuenieris, uerbo dei deſeruiens, in ſanctis te eſſe non dubites. An non uidetur Paulus quum ingreſſus eſt theatrum, & ingreſſus eſt Areopagum, & prædicauit Athenienſibus Chriſtum, in ſanctis fuiſſe? Sed & quum perambularet aras, & idola Athenienſium, ubi inuenit ſcriptum: Ignoto deo. Et

ex hoc

ex hoc uerbo ſumpſit Chriſti prædicationis exordium etiā ibi aras gentilium luſtrans, in ſanctis poſitus erat quia ſancti cogitabat.

Chryſoſtomus in caput Matthæi. 13.

Homilia. 47. de Lazaro

Concio. 3.

Fatur Chryſoſtomus Apoſtolos miraculis non claros fuiſſe. Sed & ſi inquit, aliquis nobis exempla Apoſtolorum adducat in medium, & dicat ſequi eos nos debere, & imitari uitæ eorum præpoſitū, geſto-
nos debere, & imitari uitæ eorum præpoſitū, geſto-
runq; regulas cuſtodire. reſpondebimus ſtatim, quia
lis clari
nobis impoſſibile ſit illos imitari. & uirtutis eorum tenere meſuras. Quod ſi etiam cauſam percontetur quis, non continuo ſtultam illam reſponſionem, abſurdāq; proferimus, dicentes: Ille Paulus erat, ille Petrus erat, ille Ioannes erat. Quid eſt, ille Paulus erat dic mihi, quid eſt Petrus erat? Nonne eiufdē nature erāt cuius & nos? Nonne eadem uia ingreſſi ſunt hunc mundum qua & nos? Nonne iſſdē cibis utebantur atq; eundē reſpirabant aërem. Nonne iſſdē uitæ uſibus agebantur? Nonne aliqui eorū etiam cōiugia ex perti ſunt, & liberos procrearunt? Quidā uerò ipſorum, etiā opifices cōmuniū artū erant. Alij uerò & lapſus perpeſi ſunt peccatorum, alij in ultimum

T 3 malo

malorum barabrum deciderunt. Sed multum inquit, gratiæ illi acceperunt à domino: siquidem mortuos sciscitare iuberentur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leprosos, aut claudos erigere, aut demones effugare, aliasq; his similes sanare ægri tudines. Si operationum uirtus quæreretur, locū haberet ista responsio. Si uerò uite à nobis obseruatiã conuersationisq; requiritur & obedientiæ ratio, quid facit ad hæc ista narratio? Et tu enim accepisti gratiam per baptismū & participium spiritus sancti consecutus es, etiamsi non ad hoc ut signa faceres, sed quantum sufficeret ad hoc, ut rectæ uitæ innocentiam custodires. Et ideo perditionis nostræ causa nulla alia est, quam negligentia nostræ atq; desidia.

SIGNA ET VIRTUTES

faciunt etiam mali.

Matth. 24. **S**urgēt pseudopropheta, & signa magna dabūt, ita ut in errore inducātur, si fieri possit electi. Venient enim in nomine meo, dicētes: Ego sū Christus ego sum &c.

Lucæ 9. Erunt habentes formā pietatis, sed qui uim eius abnegarunt.

Marci 9.

2. Timo. 3.

August.

Augustinus in lib. de Eccle. dog.

Signa & prodigia & sanitates etiã peccatorum in nomine domini facere, ab ipso deo didicimus. Et cū alios hac presumptione iuueni, sibi per ambitionē hu mane gloriæ nocent: quia gloriantur in dato falso, non meritis debito.

Cyrillus in Euangelium Ioan.

Lib. 7 cap. 13.

Miracula operari nihil adijcit sanctitatis homini, quum malis & reprobis id cōpetat, dicente domino apud Mat. Multi dicēt mihi in die illa domine, nōne in nomine tuo &c. Quare è diuerso nulla signorū ostēsis adijcit. Miracula operari nihil sanctitatis adijcit. Sio addit aliquid ad hominis sanctitatē. Sic Ioannes qui dem nullū fecit signum, id est, miraculū ostendit: non eos illuminauit, nec languidos curauit, nihil omnino prece domini. Splendor enim signorū domino nostro seruabatur, ut illius claritate & luce gloria diuinitatis eius mundo innotesceret. Neq; tamen id in aliquo derogat sanctitati eius, quo inter natos mulierū non surrexit (teste saluatore) maior.

SIGNORVM OPERA

quare non sunt.

Chrysoft. in cap. Ioan. 2. Ho-

milia 22. in fine.

T 4

SMIT

Sunt fanè et hac nostra ætate qui querunt, quare & nunc signa non faciunt? Si fidelis es, ut oportet: si Christum diligis, ut diligendus est, non indiges signis: signa enim incredulis dantur. Cur igitur inquis Iudeis non data sunt? Sunt inquam maxime. Quod si petentes aliquando non acceperunt, idè factum est, quoniam non ut ab incredulitate desisterent ea quærebant, sed ut magis malitia sua obdurescerent.

Augustinus lib. 10. Confessionū

Capite 35.

Nisi signa & prodigia uideritis nō creditis. Vsq; adeo super omnia mutabilia uolēs mentē credentis at tollere, ut nec ipsa miracula, quæ quamuis diuinitus de mutabilitate sunt, à fidelibus queri uelit.

SIGNORVM OPERATIO

hodie leuata omnino.

Chrysoft. in cap. Matth. 24.

Homilia 49.

Miraculā fidelib. non querendā. Nulla probatio potest esse ueræ Christianitatis neq; refugium potest esse Christianorū aliud, uolentium fidei ueritatem cognoscere, nisi scripturæ diuinæ &c. Et paulo post. Nunc autē inquit, signorum operatio omnino leuata est: magis autē & apud eos inuenitur, qui falsi sunt Christiani, fieri facta. Sicut autem.

autem Petrus apud Clementem exponit, Antichristo etiam plenorum signorum faciendorum est danda potestas, &c.

Augustinus de uera Reli-

gione capite 29. & libro 1.

Retractatu. Cap. 23.

Nec miracula ista in nostra tempora durare permiffa sunt, ne anima semper usibilia quæreret, & eorum consuetudine frigeret genus humanum, quorum nouitate flagrauit.

Miracula cur cessauerunt.

SABBATI ET FESTORVM

abrogatio uera quæ sit.

NEomeniam, & Sabbatum, & Festiuitates &c.

Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Esaias 1.

Christus uiolat sabbatum, Marci. 12. 3. 6. Itaque nemo uos iudicet post hac in parte diei festi, & sabbatorum Et dies obseruatis, & tempora, & annos &c.

66.

Colo. 2.

Sabbatum Iudaicum, typus & figura Sabbati fidei delium & Christi. Et ut deus cessabat ab opere exter

Galat. 4.

T §

no, ita

no, ita nos temperemus ab effectibus prauis, & concupiscentijs, ita quod impediti in nobis uoluntas domini fiat.

Christiano nõ est. licet discrimen, nec alium alio sanctiori habet, sed omnis illi sacrificandus dies, in nouo Testamento, nullisq; non diebus celebrandum est Sabbathum, hoc est, sordidus ab operibus ueteris hominis quiescendum est, omniaq; & ferenda & tolleranda in nobis opera dei sunt, quæ nostri est cum mortificatione, tum renouatio. Qui uero ad Christum tendit, hunc plane seipsum abnegare, se procul à tergo relinquere oportet. Dies dominica, ceteriq; dies festi, hæc maxime ob causam electi sunt, & ordinati, ut in his sincerius meliusq; sedulo conuocata Christianorum frequentia unanimi simul uoce preces effunderentur, ac uerbum dei audiretur, pioq; sacramenti usu, Christo gratias ageremus. Et ijs actis nihil obstat, quò minus tuo te accingas operi, neque laboranti peccatum reclamat.

Dominica Christianis priscis Dominicus dies dictus, quod in eo Christus resurrexit à mortuis, proq; Sabbatho Christianis sacro illum conuentui consecrarunt, eò quod per dominum resurrectionem uia ad sempiternum Sabbathum aperta est, utq; testarentur se dominos Sabbati esse.

Posteriores

Posteriores Christiani, pleraque Martyrum festa in quibus fidei illorum & constantia populus admonebatur, adiecerunt. Nouissime dicati sunt & alij, qui singulari sanctimonie studio clari fuere apud homines. Sed refrigescete cultu seu studio dei, non solum his diebus festis promotum id non est, propter quod uicariandum erat: nimirum ut in cognitiõne, amoreq; dei populus proficeret. Sed ocium, spacium, facultas & occasio data sunt, quæ uis scelerum impudentius & cumulatius, quàm ullo alio tempore patrandi.

Pius eius nominis primus, dominico die festum Pasche instituit. Deinde orta dissensione super ea re, Victor qui sedere cœpit, anno circiter XCVI. supra C. à natali Seruatoris, sanxit ex sententia Eleutherij, cui in Pontificatum successit, ut pascha dominico omnino celebraretur die, à quarta decima luna primi mensis ad uigesimam secundam: ne cum Iudæis Christianorum ratio competeret, quibus moris fuit, illud solenne aliquanto prius celebrare. Cere. & paschales candelæ ut dominicæ resurrectionis sabbato, per singula templa, sanctificarentur, Zozinus autor fuit.

Sancti patres huiusmodi sacrorum dierum rationem edocet, ut cõmodius plebs Christiana conueniret ad sacram

ad sacrā concionem, habito Lugduni antistitum conuentu, & illos sanxerunt dies esse colendos, & alios complures constituerunt. Qui nempe dies his sunt diuis sacri, Stephano protomartyri Innocentibus, Syluestro, Iohanni Baptista, duodecim Apostolis, Paulo gentium doctore, Deiparæ uirgini, Laurentio, Michæli, Martino, & communiter omnibus sanctis, quod

Eucharistie festum.

Bonifacii quarti decretum fuit. Festum Eucharistie ab Urbano quarto assignatū. Petri apostoli festum à Syluestro rogatu Constantini Imperatoris institutū.

Assumptio

Gregorius quartus rogante Ludouico Imp. Caes. lenda. Nouembribus festum de omnibus Sanctis instituit.

Assumptio
nis Mariæ
dies.

Assumptionis Mariæ uirginis octauas celebrare statuit Leo quartus. Deinde dies alij alijs festis ex paruis quandoq; causis accumulati sunt. Sed cum uideamus eò redisse Christianorum mores ut quàm olim ex religionis usu erat, hæc instituire, tam nunc præstare uideatur, eadem antiquare, cum bona pars hominum omnium ocium festorum dierum nõ ad orandum, non ad diuina scripta audienda, cuius rei causa datum est, sed ad omnifariam bonorum morum corruptelam augendam in dies magis magisq; impudenter consummat & c. uide Polydorum de inuentoribus rerum lib. 6. cap. 7. & 8. De ratione originis festorum.

Leonis

Leonis & Antonij Imperat.
lex & Ferijs.

Principes Leo & Antonius id de festis diebus constituerunt. Dies festos, dies maiestati altissimæ dedicatos, nullis uolumus uoluptatibus occupari, nec uilium exactionum uexationibus prophanari. Dominum cum itaq; diem ita semper honorabilem decernimus, & uenerandum, ut à cunctis executionibus immunis habeatur. Et paulo post. Nec tamen huius religiosæ diei ocia relaxantes obscenis quenquam patimur uoluptatibus detineri, nihil eodem die sibi uendicet scena Theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula, etiamsi in nostrum ortum aut Natalem diem, celebranda solemitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionem patrimonij sustinebit, si quis unquam hoc die festo, spectaculis interesse, uel cuiuscunq; iudicis apparitor, pretextu negocij publici seu priuati, hæc quæ hac lege statuta sunt, crediderit remoranda. Hæc legis Tractatu de Ferijs.

Item, Imperator Constantinus ita de Dominico die statuit. Ruri tamen postii, agrorum cultura libere licenterq; inseruiant: quoniam frequenter euenit ut nõ aptius alio die frumenta sulcis, aut uites scriobibus commendentur.

mendentur, ne occasione momenti pereat commoditas celestis prouisione concessa.

Augustinus contra Adimantum

Manichei discipulum lib. cap. 16.

Festinitas Illud est Euangelio contrarium, ut quisq; rem de
tes Christia ferens, quæ per illam umbram figuratur, ipsius umbram figuratur, ipsius umbræ sequatur in anitatem.
norum quo Quod uolebant qui gentibus in Christum credentibus
modo cele- ingum circumcisionis imponebant, quasi ad salutem
brande. necessarium, cum iam non esset umbra in corpore figuranda, sed res ipsa in corde gestanda. Et quod dicit Apostolus: Dies obseruatis, &c. Nunquid & nos dicimus ista non esse obseruanda, sed illa potius quæ his significamur? Illi enim ea seruiliter obseruabant non intelligentes ad quarum rerum significationem, & prænunciationem pertinerent. Hoc in eis culpatur Apostolus, & in omnibus qui seruiunt creaturæ potius quàm creatori.

Augustinus ad Aurelium

episcopum Distinct. 4.4. Can.

Commessationes.

Commessationes & ebrietates ita concessæ, & licitæ putantur, ut in honore beatissimorum Martyrum non solum per solennes dies quod unusquisque
 lugendum

lugendum uideat, qui hæc non carnis oculis inspicit sed etiam quotidie celebrentur. Consule quoque Augustinum de Sabbato, ad Bonifacium libro 1. Contra 2. epist. Pelag.

Hieronymus ad Galatas,

Cap. 4

Dies obseruatis, & menses, & tempora, &c.
 Dicat aliquis: Si dies obseruare non licet, & menses, & tempora, & annos: nos quoque simile crimen incurrimus, quartam Sabbati obseruantes, & parasceuen, & diem dominicam, & ieiunium quadragesimæ, & Paschæ festiuitatem, & Pentecostes leticiam, pro uarietate regionum, diuersa in honore Martyrum tempora constituta. Ad quod quis simpliciter respondebit, dicens: Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse quos nostros. Nos enim non azy morum Pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis. Nec septem iuxta morem Israël numeramus hebdomadas, in Pentecoste, sed spiritus sanctus numeramus aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo: propterea dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter ueniremus. Nō quò celebrior sit dies illa qua conuenimus sed quò quacumq; die conueniendum sit ex conspectu

Dies festi
 quare con
 stituti.

mutuo:

mutuo: leticia maior oritur. Qui uerò oppositæ quæ-
 stioni acutius respondere conatur, illud affirmat, om-
 nes dies æquales esse: nec per Parasceuen tantū Chri-
 stum crucifigi, & die Dominica resurgere: sed sem-
 per sanctum resurrectionis esse diem, & semper eū
 carne uesci Dominica. Ieiunia autem & congrega-
 tiones inter dies, propter eos à uiris prudentibus, cō-
 stitutos, qui magis seculo uacant, quàm deo: nec posse
 sunt inò nolunt toto in ecclesia uite sue tempore con-
 gregari, & ante humanos actus, deo orationum sua-
 rum offerre sacrificium.

Augustinus libro de

seruandis in diebus. X chordis.

Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid utile,
 quàm in theatro seditiosus existeret. Et melius foemi-
 næ eorum die sabbati lanam nerent, quàm tota die in
 neomenijs suis impudice saltarent.

Gregorius ciuibus Romæ de Con-

secrat. Dist. 2. Can. Peruenit.

Peruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homi-
 num aduer- nes, praua inueni uos aliqua, & sanctæ fidei aduersa
 sus Iudæos seminaffe: ita ut die Sabbati aliquid operari prohibe-
 ride. berent, quos quid aliud nisi Antichristi prædicatores
 dixerimus? qui ueniens diem Sabbati, atque Domi-

nicum

nicum ab omni faciet opere custodiri: quia enim mori
 se & resurgere simulat: haberi in ueneratione uult
 Diem dominicum, et quia populū iudaizare cōpellit
 (ut exteriorē legis ritum reuocet, & sibi Iudæorum
 perfidiam subdat) coli uult Sabbathum.

Cyrillus in Euangelium Ioan.

Lib. 8 cap. 5.

In Pascha & insidias tendebant, &c. O impietatē Festis diē-
 quum magis uirtuti est iucumbendū, magis à sceleri- bus irrita-
 bus abstinentum tunc innocentē capere conatur. Sed tur deus.
 prob dolor quàm plurimi inter Christianos hanc Iu-
 dæorum omnem improbitatem imitantur, qui diebus
 festis, aut ludis i liberatibus crapulæ, choreis aut alijs
 mundi uanitatibus dediti: quum deo obsequiū diligen-
 tius exhibere: quū tēpla deifrequētare, oratiōibus insi-
 stere, atq; ecclesiastico interesse officio deberent, tūc
 maxime deū suis dissolutissimis moribus irritat &c.
 Vide latius ipsum Cyrillum.

Augustinus ad Ianuarium,

Epistola 119.

Ideo inter omnia illa decem præcepta, solum tibi Sabbatho rē
 quod de Sabbatho positum est figurate obseruandum quies nō dē-
 præcipitur: quā figuram nos intelligendam, non pus præcti-
 etiā per ocium corporale celebrandā suscepimus. pitur.

V Cum.

Cum enim Sabbato significetur spiritualis requies, de qua dictum est: Vacate & uidete, quoniam ego sum deus: & qua uocantur omnes homines domino dicente: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis &c. Tollite iugum, &c. & inuenietis requiem animabus uestris. Cetera tamen ibi praecepta, proprie sicut praecepta sunt sine ulla figurata significatione obseruamus, Hæc ille.

Ambrosius Roma. 3.

Nō opus est lex, cum iustus per fidē iustificetur, sicut scriptum est: In hoc qui credit, iustificatur. Et Apostolus: Iusto non est lex posita, sed tantū iniustus, et nō subditis. Qui fidelis est, fidē non habet ociosam laudat dominū, in cūctis benedicatur deus. Et quomodo lex ponatur ei, qui spiritu afflatus diuino, nihil agit per se, quod deus non operetur?

Hieronymus 2. Timoth. 3.

Iusta iuste faciamus, ut iugem etiā ab operibus peccati agamus sabbatissimum. Vnde August. de uera innocentia. Male celebrant sabbatum, qui à bonis operibus cessant. Otium enim ab omni iniquitate debet esse quia bona conscientie non inquietū, sed tranquillum faciunt animum.

Hifychius

Hifychius lib. 4. in Leuit. cap. 1.

Dicit festos animo, nō corpore celebrādos. Sic Christus, inquit: Festa eloquio sacro celebrauit.

Aug. expositio epist. ad Galat. cap. 3.

Scire prius debet opera legis bipertita esse: nā partim in sacramētis, partim uerò in moribus accipiūtur. Ad sacramēta, pertinet, circūcisio carnis, Sabbatū tēporale, neomeniæ, sacrificia, atq; oēs huiusmodi innumerabiles obseruatōes. Ad mores autē: Nō occides: Nō mœchaberis: Nō falsum testimoniū dices, et talia, etc.

Gregorius Augustino Anglorum

Dist. 4. Can. Deniq;.

De ipsa uerò die dominica hæsitamus quidnam dicendum sit: cum omnes laici & seculares illa die plus solito ceteris diebus accuratius cibos carniū appetant: & nisi noua quadam auuiditate usq; ad medias noctes se ingurgitent. Q. d. melius esset ferias intermittere quàm sic seruare.

Augustinus in Euang. Ioan.

Tractat. 17 cap. 5.

Tolle grabbatū tuū et ambula. Manifestū opus corporale factū, nō sanitas corporis, sed operatio corporis.

Diui Hieronymi

Temporibus, exactis rebus diuinis, quod reli-

V 2 quum

Quū erat diei Dominicæ laboribus suis impendebant
ecclesiæ, quod idem scribit in epitaphio Pauli.

Chrystomus de Lazaro

Concio 1.

Dicit Sabbatū non ocij causa datum, sed spiritualis
negocij, & quod maiora peccemus festis diebus. Item
apud eundē, in oratione de beato Philogonio. Festiui-
tates Sanctorum sub meridie soluebantur.

Augustinus in caput 9.

Ioannis.

Sabbatum spirituale, hoc est, non habere pecca-
tum. Omne opus aut seruire non facietis in eo. Quid
opus seruire? Omnis qui facit peccatum, seruus est
peccati. Iudei ergo Sabbatum carnaliter obseruabāt,
spiritualiter uiolabāt. Nobis spiritualiter obseuandā
precipitur. Hæc August. An nō ubi spiritus domini,
ibi libertas? Sabbatū semper agit, quisquis operantē
in se spiritui nihil reclamat. Idem de spiritu et litera.
Quoniā quisquis illum diē sicut litera sonat, nūc usq;
obseruat, carnaliter sapit.

Ambrosius de Oratione pro

Theodosio.

Nam certis diebus inuocare non omnibus, facti
sunt, non sperantis, & pro usu affluentium com-
modorum

modorū mercedem gratiarum referre, non deuotio-
nis affectu. Et ideo, inquit Paulus: In omnibus gratias
agite. Quando enim non habes quod deo debeas, aut
quando sine dei munere es, cui quotidie uiuendi usus
à domino est.

PRÆCEPTA DEI HVMANIS

uiribus impleri, impossibile.

Discipuli saluatorē rogabāt, quis
potest saluus fieri? Respōdit il-
lis dominus: Apud homines hoc im-
possibile est, sed deo possibile est om-
ne uerbum. Et illud Sapientis.

Sciebā quod non poterā continens Sapient. 8
esse, nisi Dominus dederit. Quod
quidem Sapientis elogiū diuus Au-
relius

Augustinus libro de Perfectione iusticiæ huc non
inepte accomodat, quo loco apertè declarat homini
mandata dei impossibilia esse, ut perfecte illa pe-
raget.

Præterea Paulus electum dei organum, quid no-
stris uiribus negatum sit, aperit: Nemo, inquit, po-
test dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Præ-

V 3 terea

terea generali regula, mandata dei non impleri, nisi gratia, diuus testatur Augustinus.

Augustinus i. *Retracta*. cap. 19.

Mandata dei implentur, quando quicquid non fit, ignoscitur. Nonne aperte hic dicit, mandata dei impleri non operantibus plane nobis, sed dei gratia ignoscite? Nullus ergo potest implere dei mandata, sicut per omnia satisficiat mandatis dei, ut ignosci nihil sit opus.

Patres concilij Carthaginensis, ad

Innocent. Pontificem

Romanu de Actis aduersus Pelagium & Coelestinu epistola 90. Aug. Generaliter decretum est quicumque dogmatizat & affirmat, humana sibi ad uincenda peccata, & dei mandata facienda sufficere posse natura, et eo modo gratiae dei quae sanctorum euidentius orationibus declaratur, aduersarius inuenitur, &c. *Viz de latius August.*

Augustinus in Sermone 63.

de Tempore.

Homo si quid sibi impossibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad adiuantem recurrat: qui ideo praecipit dat ut excitet desideriu, & praestet auxiliu. Idem de Tempore, Sermo. 49.

Bernhardus

Bernhardus super Cantica.

Sermo. 50.

Est duplex charitas in actu & affectu. Et de illa Charitas duplex. quidem quae operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu, quis ita habeat ut mandatur. Ergo illa mandatur ad meritum, ista in praemium datur. Cuius initium quidem, profectumque, uitam quoque praesentem experiri diuina posse gratia non negamus, sed plane consummatione deserimus futurae felicitati. Quomodo ergo iubenda fuit, quae implenda nullo modo erat? Aut si placet tibi magis de affectuali charitate datum fuisse mandatum, non inde contendendo, dummodo acquiescas & tu mihi, quod minime in ista uita, ab aliquo hominum possit uel potuerit impleri. Quis enim sibi arrogare id audeat, quod Paulus ipse fatetur se non comprehendisse? Nec latuit praecipitorem praecipit pondus hominum excedere uires, sed iudicauit utile ex hoc ipso, suae illos sufficientiae admoneri, ut & scirent sane ad quem iusticiae finem niti pro uiribus oporteret. Ergo mandando impossibilia non praedicatorum homines fecit, sed humiles, ut omne os obstruatur, & subditus fiat totus mundus deo, quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. Accipientes qui-

V 4

pe man-

pe mandati & sentiētes defectum, clamabimus in coe-
lū, & miseretur nostri deus, & sciemus in illa die,
quia nō est ex operibus iusticię quę fecimus nos, sed
secundum suā misericordiā saluos nos fecit. An ergo
nō pręcipit impossibilia, ob id ut misericordiam suā
nobis commendat? utiq; &c.

Augustinus de Spiritu & litera,

Capite 361.

Primū pręceptum iusticię, quo iubemur diligere
deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mēte:
cui est de proximo diligēdo, alterū consequens, quod
in illa uita cōplebimus, cum uidebimus deū facie ad fa-
ciem. Sed idē nobis hoc etiā nunc pręceptum est, ut
admoneremur quid fide exposcere, quo spem pręmit-
tere, & obliuiscēdo quę retro sunt, in quę anteriora
nos extēdere debeamus. Ex Concilio Mileuitano cap.
ult. Dist. 4. Consecra. Can. Placuit igitur.

Augustinus ad Afellicum de

Iudaismo epist. 200.

His autem similes sunt, qui cum profiteantur se
esse Christianos, ipsi gratię Christi sic aduersantur
ut si humanis uiribus diuina existiment implere man-
data, ac sic etiā ipsi ignorantes dei iusticiā, et suam
uolentes constituere, iusticię dei non sunt subiecti: nō
quidem

quidem nomine, sed tantum errore iudaizantes.
Et in fine eiusdem. Item, de Libero arbitrio capite
18. & capite 16.

Nos autem nec illis obseruationibus quę nouo Te-
stamento reuelato euacuatę sunt, adstringimur. Ne-
quę pręcepta legis huic etiā tempori necessaria,
qualia sunt: Non adulterabis, non homicidium faci-
es, non concupisces, & si quod est aliud mandatum,
quod in hoc sermone recapitulatur: Diliges proxi-
mum tuum tanquam teipsum: humanis uiribus quasi
nostram constituentes iusticiā nō perficimus, sed gra-
tiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, qui
nostra est, iusticia, & perfectio totius legis. Et qui a-
liter docet, contra spiritum loquitur.

Hieronymus

Maledictus sit ille, qui audeat dicere deum impos-
sibilia pręcepisse. Seipsum in suis Dialogis contra
Pelagianos exponit: Possibilia, inquit, sunt adiuan-
te gratia dei. Impossibilia uerō uiribus humanis im-
plere, quemadmodum Paulus dicit: Omnia possum
per illum qui me confortat. Et alibi: Nos non su-
mus idonei, &c.

Augustinus in lib. de sancta

Virginitate, cap. 41.

Ea ipsa quæ præcipiuntur à deo, non fieri nisi dan-
te atq; adiuvante qui præcipit. Mendaciter enim pes-
tuntur, si ea non adiuvante eius gratia facere posse-
mus. Quid tam generaliter maximeq; præcipitur,
quàm obedientia qua custodiuntur mandata dei? Et
tamen hanc invenimus optari: Tu, inquit, præcipi-
sti mandata tua custodiri nimis. Deinde quid sequi-
tur? Utinam dirigantur viæ tuæ ad custodiendas iu-
stificationes tuas. Tunc confundar, dum inspicio in-
omnia mandata tua. Quod deum præcepisse posuit:
hoc ut in se impleretur anxie optavit: hoc fit utique
ne peccet amplius.

Augustinus super Ioannē

Tractatu 82.

Non ergo ut nos diligat, prius eius præcepta ser-
uamus, sed nisi nos diligat, præcepta eius servare
non possumus. Item Sermo. 49. Hoc dicit (Moyses
Exod. 20.) Legem implere: hoc est, non concupisce-
re. Qui ergo hoc qui uiuit potest? Adiuuet nos Psal-
mus, qui modo cantatus est: Exaudi me domine in tua
iusticia: hoc est, non in mea. Item, uide Augustinum
ad Hilarium 89, epist. in principio.

PRAECE

PRAECEPTA DVO VLTIMA

Decalogi à nullo quantumlibet
Sancto implentur.

Augustinus super Ioan. Tra

ctatu 41. circa finem.

Quæ est enim perfectio boni, nisi consummatio,
& finis mali? Quæ autem consummatio mali, nisi
quod rex dicit: Non concupisces? Omnino non con-
cupiscere, perfectio boni est, quia consummatio ma-
li est. Hoc dicebat ille, perficere bonum mihi non adia-
cet, quia non poterat efficere ut non concupisceret.
Non possum, inquit, implere quod dictum est: Non
concupisces. Quid ergo opus est ut impleas? Post con-
cupiscentias tuas non eas. Hoc agite interim quandiu
sunt illicitæ concupiscentiæ in carne, ut paulò supe-
rius: Quandiu, inquiens, peccatum necesse est in mē-
bris tuis, saltem ei regnum afferatur. Quando ergo
plena & perfecta libertas erit? Quando nullæ ini-
micitæ? quando nouissima inimica destruaturs mors?
Eandem sententiam uideo apud eundem de uerbis
Apostoli, Sermone 3. & 4.

Ambrosius

Ambrosius lib. de Bono mor-
tis. cap. 3. ibid.

Sacrificabo hostiam laudis. Non sacrificio, inquit
sed sacrificabo. Significans illud perfectum esse sa-
crificium, quando unusquisque domino corporis hu-
ius uinculis absolutus, assisteret, & offerret se ho-
stiam laudis: quia ante mortem nulla est perfecta
laudatio.

Hieronymus super illud

Psalmi: Placebo Domino in
regione, &c.

Quid loquitur iustus? Quia uerba & opera bo-
na non habeo, & sanctus uideor & laudor ab homi-
nibus. Ego autem noui conscientiam meam. Scio qui-
bus cogitationibus cor meum fluctuat, scio quantae in-
me libidines ueniunt, et uideo aliam legem repugnan-
tem menti meae, & captiuum me in lege peccati, pro-
pterea dico: Miser ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius. Et ideo dico: Ab occultis me-
is munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo.
Non est meum quod parturio. Nolo cogitare mala et
cogito. Nolo cogitare malum, & quasi captiuus, &
inuitus in malam cogitationem trahor. Sed quoniam
in mea potestate non est, aut cogitare, aut non cogita-
re quae

re quae mala sunt. Propterea dico, alienae quidem sunt
quae ueniunt in cor meum: sed quoniam necessitas mi-
hi imponitur, propterea dico: Ab occultis meis munda
me. Aliena quidem sunt peccata, sed quia suscipio
ea, dico in alienis peccatis: parce mihi seruo tuo.
Hoc autem dixi? Quoniam dixit Propheta: Placebo
domino, non placeo, sed placebo. Hic enim quod
facio, non possum esse perfectus. Siquidem Aposto-
li & sancti, non ausi sunt dicere, sancti sumus, nec
placeo, sed placebo. Haec Hieronymus, modo titulus
non fallat.

Ambrosius

Loco praecitato paulo inferius: Bona est uita ab-
soluta certamine, ut iam lex carnis, legi mentis re-
pugnare non nouerit. Morte igitur hominis extingui-
tur concupiscentia, & praeccepta implentur.

Chrysostomus in cap. Matth. 22

Homilia 28.

Sine gratia enim auxilio omnis iusticia homini-
bus grauis est. Quia lex praecceptum est nudum: gra-
tia autem uirtus est dei. Ideo lex in sufferibile pon-
dus est: gratia autem delectatio cordis est, dicente
per Salomonem: Transite ad me omnes qui concupis-
citis me, spiritus meus super mel dulcis. Ergo lex non
solum

solum ideo grauis est, quia grauius praecepit obseruationis mandata, sed & quia praecipit fieri, et faciendi non praestat auxilium. Nec ideo soli gratia leuis est, quia leuia ponit mandata: sed quod fieri praecipit, et in ipsa nobis faciendi operatur uirtutem, &c.

VIRGINITAS CONSILIVM

non ex praecepto.

VNicum duntaxat, ut credam in Euangelicis literis inesse consilium, post ipsum legislatorē, 1. Corin. 7. qui ait: Qui potest capere capiat, & post Paulū dicentem: De uirginibus praeceptum domini non habeo consilium autem do: idq; esse caelibatum, & Chrysostomus fidem facit.

Chrysostomus in epistolam ad

Hebraeos, Homilia 7.

Non enim secularis debet aliquid amplius habere Monacho, quam cum uxore concumbere tantum. Hic enim habet ueniam, in alijs autē nequaquam, sed omnia aequaliter sicut Monachi agere debent. Nam & beatitudines, quae à Christo dicuntur, non Monachis tantum dictae sunt, alioquin uniuersus mundus peribit, & accusabimus crudelitatem dei: si uerò beatitudines solis Monachis dictae, secularem autem hominem impossibile

impossibile est eas implere, quae nuptias iussit, ipse ergo omnes perdidit: si enim non potest cum nuptijs ea quae Monachorum sunt implere perierant et corrupta sunt, & in augustum conclusit ea quae uirtutis sunt. Hæc ille.

Augustinus

In libro de Bono coniugali, cap. 23. Per hoc ideo potest esse obediētia siue uirginitate, quia uirginitas ex consilio est, non ex praecepto.

Ambrosius lib. 1. de uirginibus.

De uirginibus, inquit Paulus, praeceptum domini non habeo, consilium do. Si doctor gentium non habuit, habere quis potuit? Et praeceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest uirginitas, sed optari. Nam quae supra nos sunt, in uoto magis sunt quam in magisterio.

Chrysostomus de Pœnitentia

Homil. 8.

De uirginibus autem praeceptum non habeo, consilium autem do. Cernis non mandatum, sed consilium? Cernis non praeipientem, sed admonentem? Alterum necessitatis inquit, alterum uoluntatis. Non praeipio, inquit, ut non uos onerem. Moneo et consilium do, ut alliciam. Sic & Christus nequaquam inquit, omnes uirginitatem tenent, &c. **Concilium**

Concilium Gangrense.

Anathemate percutit illos qui uirginitatem uo-
uent, & ceteris Christianis sese sanctiores existimet.
Hoc Gangrense concilium, Anno CCC. XXXIII.
in Paphlagonia celebratum.

CASTITAS SIVE VIR-

ginitas donum dei.

Sapient. 8.

SCio, quia non possum esse conti-
nens, nisi deus det.

Matth. 19.

Non omnes capaces sunt dicti, sed
ij quibus datum est.

2. Corint. 7

De uirginibus præceptum nõ ha-
beo, Bonum est homini sic esse.

Gen. 1

Qui donum castitatis non habet,
iūgat se matrimonio. Gen. 1. Ex præ-
cepto dei dictum est: Crescite & mul-
tiplicamini, & replete terram.

Luce 12.

Seruus sciens uoluntatem domini
& non faciens, uapulabit plagis mul-
tis. Sciens ergo se non habere castita-
tis donum, & impune scortationem
sequitur, non contrahens, grauiter
peccat.

Bonum

Bonū est homini uxorē non tãgere *1. Cor. 7*
tamē ppter supra uitanda, suã quiscq;
uorē habeat, suum quæq; maritum.
Neq; hic excipit, uel Monachos, uel
sacerdotes Paulus, qui nondum erāt
creati ab Antichristo suo.

Peccatores & pseudopropheta ap-
pellantur, matrimonium prohibētes
& cibos quos creauit deus.

Augustinus lib. Confessionū 6.

Capite 11.

Expertus non eram, & propriarū uirium credē-
bam esse continentia, quarum mihi non eram cōsciū,
cum tam stultus essem ut nescirem, sicut scriptum est
Neminem posse continentē esse nisi tu dederis. Idem
Confess. lib. 10 cap. 29. Da quod iubes, & iube quod
uis. Imperas nobis continentia. Et cum scirem ait qui-
dam, quia nemo potest esse continens nisi deus det, &
hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donū.
Item August. lib. 1. 6. 8. cap. Confess. detestatur super-
stitiosam continentia ostentationem in Manichæis.
Idem ad Hilarium epistola 89. Iubet, inquit, deus cōi-
tinentiam, & dat continentiam. Iubet per legem, dat
per gratiam, & c.

X

August.

Augustinus de sancta Virginitate,

Lib. 40 & 41.

Virginitas
donū dei.

Et de ipsa continentia loquens, Apostolus dicit: Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic. Quis ergo donat ista? Quis distribuit propria unicuique; sicut uult? Nempe deus apud quem non est iniquitas. Ac per hoc qua equitate ille faciat alios sic, alios autem sic: homini nosse aut impossibile aut omnino difficile est, &c. Quid itaque habes quod non accepisti? aut qua peruersitate minus diligis à quo amplius accepisti? Quapropter hæc prima sit inducenda humilitatis cogitatio, ne à se sibi putet esse dei uirgo quod talis est, ac non potius hoc donum optimum de super descendere à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec momenti obumbratio. Et paulo post: Testes sunt uoces piarum deprecationum in scripturis sanctis, quibus ostenditur ea ipsa quæ præcipiuntur à deo, non fieri nisi dante atque adiuuante qui præcipit. Mendaciter enim petiuntur, si ea non adiuuante eius gratia facere possimus, etc. De ipsa continentia nonne apertissime dictum est: Et cum scire quia nemo potest esse continens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset donum.

Chryso

Chrysoſtomus in cap. Matth. 25.

Homilia 79.

Nec ignorat uulgus magnam de uirginibus existimationem fieri, quippe res natura sublimis est, quod inde patet, quia nec apud ueteres à præscis illis sanctisque uiris coli potuit, & post gratiam nulla legis necessitate iubetur. Non enim imperat, sed uoluntati fidelium commisit. Unde Paulus quoque ait: De uirginibus autem præceptum domini non habeo, & laudo qui se eum qui uult, neque præceptum id facio. Et alibi in cap. Mat. 23. Homilia 47. dicit, quod humilitas & misericordia superent uirginitatem.

Augustini tempore erant libera collegia, postea corrupta disciplina, ubique adlita sunt uota, ut tantum excogitato carcere disciplina restitueretur. Addita sunt paulatim supra uota alie multe obseruationes. Et hæc uincula multis ante iustam ætatem contra Can. iniecta sunt. Multi errore decepti, inciderunt in hoc uitæ genus, quibus etiam si non deessent animi, tamen iudicium de suis uiribus defuit, & qui sic irretiti erant, cogebantur m. mere, etiam si quidam beneficio Canonum liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in Monasterijs uirginum quam Monachorum, cum sexui imbecilliori magis parcendum esset.

X 2 Hic

Hic rigor maxime displicuit multis bonis uiris ante hæc tempora, qui uidebant puellas & adolescentes in Monasteria detrudi propter uictu, uidebant quã infeliciter succederet hoc consiliu, quæ scandala pareret, quos laqueos conscientijs iniiceret. Dolebant auctoritatem Canonũ in re periculosissima omnino negligi & contemni. Ad hæc mala, accedebat talis persuasio de uotis, quum constat etiam olim displicuisse ipsis Monachis, si qui paulò cordatiores fuerunt, dicebant uota paria esse baptismo. Docebãt se hoc uitæ genere mereri remissionẽ peccatorum, & iustificationem coram deo, sed amplius etiam, quia seruaret non modo præcepta, sed etiam consilia Euangelica. Ita persuadebant Monasticã professionem longè meliorem esse baptismo: uitam Monasticã plus mereri quàm uitam magistratuũ, uitã pastorum & similibus, qui mandatis dei sine factitijs religionibus, suæ uocationi seruiunt. Nihil horũ negari potest, extant namq; in libris Monasteria eorũ, qd fiebat postea in Monasterijs. Olim erãt scholæ literarum, & aliarum disciplinarum quæ sunt utiles Ecclesiæ, & sumebantur inde pastores, & episcopi. Nunc alia res est, nihil opus est recitare nota, olim ad discendũ conueniebant, nunc fungunt institutu esse uita genus ad promerendam gratiam & iusticiam,

imò

imò prædicant esse statum perfectionis, & longè præferunt omnibus alijs uitæ generibus à deo ordinatis.

Pleriq; Canones rescindunt uota ante annum XV. Canones rescindunt uota ante an=
 contra facta, quia ante illã etatem non uidentur tantum esse iudicij, ut de perpetua uita constitui possit. ta ante an=
 Imò Canones docent in omni uoto ius superioris excipi: num 15.
 quare multo minus hæc uota contra mandata dei ualẽt. Quod si obligatio uotorum nullas haberet causas ut mutari possit, nec Roma. Pontifices dispensassent. Neq; enim licet homini obligationẽ quæ simpliciter est iuris diuini, rescindere.

Sed prudenter iudicauerunt Rom. Pontifices æquitatem in hac obligatione adhibendam esse. Ideo sæpe de uotis dispẽsasse leguntur. Nota est historia de rege Rex Araginũ, reuocato ex monasterio, extant quoq; exempla nostri temporis.

Item, Alius Canon plus concedens hominis imbecillitati, addit annos aliquot: uetat enim ante annum XV III uotum fieri, Alius Can. 18. permutat.

Item Pius eius nominis primus Rom. Pontifex uirgines ante annos XX V nõ esse consecrandas. Neue Monacha pallam contrectaret, neue thus in acerram poneret Soter episcopus Roma. statuit. Item & Bonifacius primus quoq; decreuit. Deniq; ne Monacha

benedicto uelamine tegetur, nisi prius in cōperto habeatur quod XL. annos coeſt & integre mixerit, Leo primus natione Tuſcus ſtatuit.

Postremo etiamſi uoti uiolatio reprehendi poſſet, tamen nō uidetur ſtatim ſequi, quod coniugia talium perſonarum diſſoluēda ſunt. Nam Auguſtinus negat debere diſſolui, 27. Quaſtionum 1. can. Nuptiarum. Cuius non eſt leuis autoritas, etiamſi alij poſtea aliter ſenſerunt. Suprà de Coniugio ſacerdotum hunc Canonem adſcripſimus.

Item, Gerſon reprehendit errorem Monachorū de perfectione, & teſtatur ſi ſis temporitus nouam uocē fuiſſe, quod uita Monachica ſit ſtatus perfectionis. In ſumma Monasteria Monachorum & Monacharū fuerunt Scholæ iuuentutis non laquei Chriſtianorum, quæ ex Canone. 12. Quaſtionum 1. can. Neceſſaria, probari poſſunt.

Ex concilio Gangrenſi. Diſt. 30.

Can. Si quis uirorum.

Et etiam eos condemnauit qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos Canones, & noua introducunt præcepta.

Auguſtinus

Auguſtinus de doctrina Chriſtiana

Diſt. 41. Can. Quiſquis.

Quiſquis rebus prætereuntibus reſtrictius utitur quàm ſeſe habet mores eorum cum quibus uiuit, aut intemperans aut ſuperſtitioſus eſt: quiſquis uerò ſic eis utitur, ut metas cōſuetudinis bonorum inter quos uerſatur excedat: aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt, & c.

Idem Auguſtinus in eodem libro

26. Quæſt. 2. Can. illud.

Illud quod eſt ſecundum inſtitutiones hominū, partim ſuperſtitioſum eſt, partim nō eſt ſuperſtitioſum. Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad faciēda idola & colēnda pertinens: uel ad colēdam ſicut deum creaturam, partem uel ullā creaturæ, & c.

Idem de Ciuitate dei. 26. Quæſt. 2.

Can. Qui ſine.

Qui ſine ſaluatore ſalutem uult habere, & ſine uera ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus eſt ſed æger, non prudens ſed ſtultus in ægritudine aſidua laborabit, & in cecitate noxia ſtultus et demens permanebit, & c.

X 4

Auguſt

Augustinus Distinct. 83. can.

Nemo.

Ecclesie no
me uelordo
sacilitatis si
mulatus
maxime
pbest.

Nemo quippe nocet in ecclesia dei amplius, quam qui peruerse agens nomen uel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet, deliquente: namq; hunc redarguere nullus presumat, & in exemplum culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaq; qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam episcopus.

Idem in Psalmum 55.

In me sunt uota tua, quae reddam laudes tibi. Uouete & reddite domino deo uestro: Quid uoueatis, quid reddatis? An forte animalia illa, quae offerebantur ad aras aliquando? Nihil tale offeras, in te est quod uoueas & reddas. De cordis arca profer laudis incensum, de cellario bonae conscientiae profer sacrificium fidei. Quicquid profers, accende charitate.

Idem in Psalmum 50.

Holocauftis non delectaberis. Nihil ergo offeremus? Sic uenimus ad deum? Et unde illum placabimus? Offer, sane in te habes quod offeras. Noli extrinsecus thus comparare, sed dic, In me sunt uota tua quae reddam laudes tibi. Noli extrinsecus pecus quod

quod mactes inquirere: habes in te quod occidas. Sacerdotium deo spiritus contribulatus, cor contritum.

Idem in Psalmum 115

Vota mea domino reddam. Quae uota redditurus? Votum quae es? Quas uouisti uictimas? Quae incensa? An ad illud te exigatur respicias quod paulo ante dixisti: Calicem salutaris accipe à Christiana, & nomen domini inuocabo, & tibi sacrificabo. Non sacrificium laudis? Et reuera quisquis bene uoueat domino, & quae uota reddat seipsum reddat, hoc exigatur, hoc debetur, inspecto nummo, dominus dicit: Reddite Caesari, & c. Imago sua reddatur Caesari, imago sua reddatur deo. Sed qui meminit non solum seruum se esse dei, sed & filium ancillae dei, uideat ubi reddat uota sua, conformatus Christo per calicem salutaris. Item in Sententijs ex August. decernitur. Nemo quicquam domino recte uoueret, nisi ab ipso acciperet quod uoueret.

VOTVM ILLICITVM

rescindendum.

Isidorus in Sinonymis lib. 2.

22. Quest. 4. can. In malis.

In malis promissis rescinde fidem, in turpi uoto muta decretum, quod incaute uouisti ne facias, im

X 5 pia est

pia est promissio quæ scelere adimpletur.

Beda in Homilia 43.

Si aliquid forte nos incautius iurare contigerit quod obseruatum in peiorem uergat exitium. Libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate perierandum nobis, quam pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per deum occidere Nabal uirum stultum & impium, atque omnia quæ ad eum pertinebant demoliri: sed ad primam intercessionem Abigail sceminae prudentis mox remisit minas, reuocauit enssem in uaginam, neque aliquid culpe se pro tali periurio contraxisse doluit.

Isidorus 22. Quæst. 4. can. Si quis prauentus.

Si quis prauentus fuerit ut diffiniat agere aliquid eorum quæ non placent deo, poenitentiam agat & quod contra mandatum domini statutum est in irritum reuocetur. Item Canon. Si publicis. Et concilium

Toletanum
concilium.

Toletanum. 8. de illicitis iuramentis & uotis dixerit permittitque rescindere ea uota & iuramenta quæ fiunt contra fidem. Vnde latius D. Hieron. in epistola ad Eustochium. Item Augu. ad Armentarium & Paulinum. In summa uota impium, & factum contra ma-

data

data dei non ualet, neque debet uotum uinculum esse iniquitatis, ut Canon supra citatus dicit.

MONACHI PROPTER VES-

titum cæteris hominibus sanctiores non sunt.

PAulus, Antonius, Hilarion, Basilius Hieronymus, ac plerique alij, qui ab initio sanctitate pollicite uitæ ueluti noua religionis plataria in Aegypti, Syriaque solo quantumuis sterili feliciter increuere, nullo tamen adhuc certo uiuendi ritu: nam id temporis huius sce uitæ genus simplex ac liberum erat, utpote istis omnino cerimonijs minime obstrictum, quæ hodie Monachi obseruât. Vestitum honestum pro iure suo quisque sumebat. Item nullum uotorum uinculum, ita ut integrum unicuique foret manere, aut proficisci, quod terrarum uellet, uel si quem eiusmodi sui instituti poenituisse, etiam potestas esset ad pristinam redeundi uitam. Quod si deinceps per nouas hominum leges, inuiolatum permanere licuisset, longe sanctissimos omni tempore Monachos habuissemus, quando improbi haud diu Monachi fuissent. Domum redeo. Petebant loca plurimum deserta, hoc est eremum, unde eremite dicti, quasi eremum colentes, & quia soli uiuebant

ideo

Eremitæ ideo nostri Monachos, id est, solitarios: uerum pau=
 & **Monachi** latim deinceps cœperunt gregatim agere. Atq; ita &
chi unde di principio Monachi precibus, ieiunijs, uigilijs, litera
cti. rumq; studijs intenti procul ab omni hominum coetu,
 tantum duriter uictitando, ac sese manibus exercen=
 do, exemplum bene uiuendi posteris ædiderunt. **Basi**
lius uerò Cæsareæ Cappadocum præsul, qui circiter
 annum salutis humane C CCLXXXIII. doctrinæ
 pariter atq; sanctitatis summis floruit laudibus, pri=
 mus omnium obligauit monachos nouis legibus, ut post
 annum, quis in collegium uenisset, si in eo uellet uitæ
 instituto permanere, uoueret se caste uicturum, nihil
 possessurum, ac dicto præfectorum audientem, quo
 se in perpetuum omnia sua abdicaret uoluntate. Fuit
 postea **Basilij** decretum iuxta ab omnibus receptum,
cretum de Quamquam paupertatis uotum multo antiquius esse
Monachis. uidetur si **Vrbano** Pon. Rom. credimus, qui amplius
 CXL annis, **Basilio** antecessit. Inuenimus ita usu ue=
 nisse, ut qui Apostolorum imitatores existerent pau=
 latim uota facerent, se nihil proprium habituros quò
 æque rerum communitas, ac apostolica uitæ institu=
 tum omni tempore uigeret: siquidem ipsi Apostoli
 ad docendum euangelium dogma quoquò uersum à
 Christo missi in mandatis, quemadmodum diuus **Pe**
trus

trus apud diuum Clementem lib. recognitionum 2. te=
 statur, non habuerunt proprium aliquid dicere. Do=
 mū redeo.

Item diuus **Franciscus** cuius secta numerosissima **D. Fr. msci**
 est, uoluit suos Monachos uictum quærere manuum scus inhibu
 laboribus, ac non prius ad mendicandum aggredi q̄ it suis fra=
 laboris precium esset negatum, extat in eius testamen tribus men
 to illud præscriptum. Igitur hinc uidere licet, omnes dicare.

æque debere Apostoli præscriptum institutū sequi.
 Nam satis constat Christum non mendicasse, & Apo
 stolos nō expectasse ab alijs uictum ociosos scribente

Paulo ad Corinthios. Et laboramus operantes pro=
 prijs manibus. Ac primos Monachos in **Aegypto**, te=
 ste **Chrystosto**mo exercuisse sese manibus laborando. nibus labo=
 rare debet.

Item, In **Tripartita** historia lib. 8. cap. 1. **Monachi**
 nisi operatus fuerit uiolento iudicatur æqualis.
 In eodem capite. Nec non **Serapio** circiter decem milia **Tripartita**
 sub se monachorum habens, quos omnes sic educabat **hist. li. 8. c. 1**
 ut ex proprijs sudoribus necessaria compararet, &
 alijs ministraret egentibus.

Syluerij Pont. Romani tempore, Galli & nuncios
 & literas diuo **Benedicto** miserunt, orantes ut unum
 aliquem ex discipulis mitteret qui Gallos monastica
 religionem

religionem doceret. Platina autore. Item, Monachi admittuntur per Bonifacium quartum ad conuentionem, & confessiones audiendas, absoluenturque potestatem. Platina. Chron. Chronicarum hæc Sed ad ceteros patres.

Ex Grangensi concilio. Dist. 30.

Can. Si quis uirorum.

Si quis uirorum putauerit sancto proposito, id est, continentie conuenire, ut pallio utatur tanquam ex eo iusticiam habiturus, & reprehendat uel iudicet alios qui cum reuerentia birris utuntur & alia ueluti cōnuni que in usu est, anathema sit. Anno CCC XXXII I, in Paphlagonia celebratum. Percutit quoque anathemate illos ob religionem relinquentes parentes atque uxorem. In hoc quoque, perstringit uitam Monasticam,

Greg Anathasio presbytero

Dist. 40. can. Non loca.

Non loca uel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed aut merita bona coniungunt, aut mala distinguunt. Ibidem, Hieron. Can. Non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui excercent opera eorum.

Chrysof.

Chrysofomus Dist. 40. can.

Multi.

Cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum sanctificat. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est. Qui bene sederit super cathedram honorem accipit cathedrae, qui male sederit, in iuriam facit cathedrae.

Ambrosius can. Illud

Distinct. 40.

Illud autem animaduerte, quod extra paradysum uir factus est, intra paradysum mulier: ut aduertat quod non loci, non generis nobilitate, sed uirtute unusquisque gratiam comparat sibi. Denique, extra paradysum, hoc est, in inferiori loco uir factus est melior inuenitur, & illa que in meliori loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior inuenitur.

Gregorius eadem Distinct.

Can. Quelibet.

Quelibet occulta loca sine gratia animam saluare non possunt, quod aliquando in ipsis quoque conspici Loca saluamus erratibus electorum. Nam Loth in ipsa peruerre animans in ciuitate fuit iustus, in monte peccauit. Sed ista cur non possunt dicimus, cum maiora nouerimus. Quid enim paradiso iucunda

so iucundius? quid cœlo securius? Et tamen homo ex paradiso, & angelus de cœlo peccando cecidit.

Ex concilio Carthaginensi

Dist. 41. Can. Clericus.

Quisquis contemptis his cum quibus uiuit laetiora sibi, uel austeriora prae ceteris indumenta, uel alimenta querit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.

Ex concilio Grangensi.

Dist. 50. Can. Si qui.

Si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus, hoc est iustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint ut hoc ipsum in eis uenerentur, quod fideles sint, anathema sint.

Augustinus in libro de opere

re Monachorum.

Tam multos hypocritas sub habitu Monachorum usque quaque disperfit, circumeuntes prouincias nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes. Alij membra & ossa Martyrum, si tamē Martyrum uenditant, alij fimbrias & philacteria sua magnificant, & omnes petunt, omnes exiunt, aut sumptus lucrose ægestatis, aut simulatæ

precium

pretiū sanctitatis. Cū interea ubicūq; in factis suis malis deprehensi fuerint, uel quoquo modo innotuerint, sub generali nomine Monachorū uestrum propositū blasphematur.

Augustinus contra Pelag. & Manichæos Epistola 89.

August. inquit, Diuitias multi sub religionis prætextu cumulant. Et multi, inquit, sunt tales, qui etiam putant sibi ad augendas opes suas, & multiplicanda delectamenta terrena religionem suffragari debere Christianā. Item, diuus Cyprianus Pictauiorū episcopus de Lapsis ingemuit, dicens: Si seculo uerbis solis renunciantes & non factis, &c.

Augustinus Epistola 109.

Psalmis & Hymnis cum oratis Deū, hoc uersetur in corde uestro, quod profertur uoce uestra. Et nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum: quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur, uide Lector ipsum Augustinum de regula Monachorum ab ipso lata.

Itē de uestitu Religiosorū, Can. Deus qui ecclesiam ext. de uit. & homo. cler. quod inæqualitas & dissimilitudo uestiū ingēs ecclesie Christi scandalū pariat & Can. Quod deo patri quoq; fatetur 33. Quæst. 5.

Gregorius

706 MONACTI SANCTIORES
Gregorius Homilia 10. lib. 1. super
Ezechielem.

Sæpe enim quosdam uidemus ad uocem prædica-
tionis quasi ex conuersione cõpunctos, habitu non ani-
mum mutasse, ita ut religiosam uestem sumerent: sed
ante acta uitia non calcarent, re stimulis immaniter
agitari, malitiæ dolore in proximi dolore feruesce-
re, de ostensis quibusdam bonis ante humanos oculos
superbire, præsentis mundi lucra inhianter querere
& de solo exterius habitu, quem sumpserunt sancti-
tatis fiduciam habere. Non est magni meriti, si quid
foris erga nos agitur in corpore, sed magnopere pen-
sandū est quid agatur in mente, &c. Vide et amplius
Gregorium Homilia 9. lib. 1. super Ezechiele in Ti-
tulo de Indulgentijs.

**Aurelianē
se conciliū.** Item, Concilium Aurelianense præcipit Mona-
chis ne quid proprii possideāt, sed ut Abbates sub epi-
scopis sint, quemadmodum Monachi sub Abbate.

Item ne reciperetur aliquis ad monasticā uitam ni-
si sponte & legitime ætatis subiret cœnobium. Leo-
nis eius nominis noni statutum in synodo Magutninē
si sub Henrico tertio Imp.

VIRARE

LAICIS NON SVNT. 707
IURARE IN CAUSA FIDEI
& Pietatis licet.

Iurandum est aliquoties in causa fidei & pietatis,
non pecuniolæ gratia, pro qua passim deierat.
Quoties aliquis dicit, uel facit, quod expedit salu-
tem, ut credatur, ubi timetur non credi, debet iura-
re. Et ratio eiusdem est: Quia per ipsum inuocatur
ueritas eius & creditur in eum, ac propter eum fit
pax & concordia iurantiū, ideo sancte colitur in eo
opere, quia destruitur opus diaboli, dissentio & lis.
Vnde ad Hebr. Omnis controuersia finis est iura-
mentū. Sic & Paulus iurauit: Ecce coram deo, quia
non mentior. Et alibi: Quotidie morior, propter ue-
stram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu
domino nostro.

Galat. 2
1. Cor. 15

Augustinus Sermo. 1. de
Verbis domini.

Qui intelligit ergo non in bonis, sed in necessarijs
iurationem habendam, refrenet se quantum potest, ut
ea nō utatur, nisi in necessitate, cum uidet pigros esse
homines ad credendum, quid eis utile est credere, nisi
iuratione firmetur.

X 2 Hiero

Hieronymus in cap. Matth. 5.

Euangelica ueritas non recipit iuramentum, cum
omnis sermo fidelis pro iureiurando sit.

Christus dominus noster omnē iuramenti: (intelligi
temporalibus) usum uetuit apud Matth. Ego au-
tem, inquit, dico uobis non iuretis omnino: sit au-
tem sermo uester, est, est, non, non: porro quod ul-
tra hæc adiungitur, à malo proficiscitur: non tan-
tum iuratis sed auditoris, qui ob infirmitatem aut in-
credulitatem, non aliter mouetur ad fidē, ut ait Au-
gust. Item & ibi: Non assumes nomen dei tui in uanum.
An nō in uanū assumit, quisquis amore dei tēpo-
ralis (quæ pure sordet Christiano) deū exhibet testē?
Vetuit lex, ne cōcupisceres. An nō cōcupiscis, si quō
tuam rem serues, sacramento te te astringis? Vanita-
ti omnis creatura est subiecta. An non ob uana? &
ergo uanē iurat, quisquis ob creaturas deum accersit
testem, &c.

Iudeis adli- Iudeis ad literā iurare nō fuit prohibitū, attestante
terā pmissū D. Hieronymo in Matth. in lege præc. ptū erat, ut nō
sui iurare. iuraret nisi per dominū deum. Et hoc quasi paruulis
fuerat lege cōcessū, ut quādo uictimas immolabāt deo
eas idolis immolarent: Sic & iurare permetterentur
in deum, non quod rectē hoc facerēt, sed quod melius
esset

esset deo id exhibere, quā dæmonijs: sermo enim iu-
rantis, aut ueneratur, aut diligit eum, per quē iurat.
Ideo quoties iurarent Iudei, pœnam legis non incur-
rerēt, quanquā iurantes etiā uerē peccarēt. Prophe-
tæ namq; pessimā eorū per elementa iurandi consue-
tudinē, sæpissime acrius arguunt.

IURAMENTVM ILLICITVM
non est seruandum.

Aug. Seuero Mileuitano episcopo.

22. Quest. 4. Can. inter cætera.

Augustinus inter cætera uerba sic inquit: Porro iu-
ramentū non ob hoc fuisse institutū inuenitur: ut esset
uinculum iniquitatis, uel matricidij, uel fratricidij, sed
cuiusq; criminis, &c.

Ambrosius de Officijs lib. 1. ibid.

Can. Est etiam.

Est etiam contra officium nonnunq̄ promissum sol-
uere sacramentū, ut Herodes qui iurauit, quod quic-
quid petitura esset daret filie Herodiadis: necē 10-
annis Baptistæ præstauit, ne promissum negaret.

Augustinus in Sermonē de decolla-
tione S. Ioan. Baptistæ ibid. Can.

Quod Dauid.

Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusio-

nem non impleuit, maior pietas fuit. Video David piū
hominē & sanctum in iurationem temerariam inci-
disse, & maluiffe non facere quod iurauerat, quā
iurationem suam hominis fuso sanguine adimplere.
Omne iuramentum est seruandū, nisi in peiorem uer-
gat exitum & salutis detrimentum. Ibidem Can. Si
aliquid.

Hisychius in Leuit. lib. 6, cap. 29.

Iusurandū uerō iniustum est, non solum quod præ-
uaricatur, sed etiā quod iniuste custoditur, ueluti qua-
le illud fuit, quod Herodes filix Herodiadis iurans
Iohannis Baptiste caput abscidit. Oportebat enim hoc
eum iusurandum nō præbere, postquam tamen iura-
uit, non custodire: quia talia sacramenta, nec initiū su-
mere deus uult, sed nec sumentia ad finem peruenire.

Augustinus 22. Quæst. 4. Can.

Iurauit Dauid.

Iurauit Dauid temerē, sed non impleuit iurationē
maiore pietate ductus. Ecce Dauid sanctus iuramento
quidem astrictus, nō sudit sanguinem hominis: sed eū
falsum iurasse negare quis poterit, de duobus pec-
catis minimum elegit: sed minus fuit illud in compa-
ratione prioris. Nam per seipsum apprehensum ma-
gnum malum est falsum iurare.

TRA

næ non obligant hominum
consentias.

ME dereliquerunt fontē aque ui
uæ, fodierunt sibi cisternas. Hier. 2

Et coluerūt me mandatis, & doctri-
nis hominum. Mar. 7

Ad legem magis, & ad testimoniū. Esa. 8

Non facietis ibi, quæ nos hic faci-
mus hodie, singuli, quod sibi rectum
uidetur. Deut. 12
& 4. 5.

Nihil addetis ad uerbū meum quic-
quam, nec auferetis ab eo, sed tantum
facito, quæ ergo præcipio tibi.

Omnis sermo dei ignitus, omnibus
sperantibus in se. Nec addas quicquā
uerbis illius, et arguaris, inueniaris
mendax. Prouer. 30

Quod hominibus altum est, abomi-
natio est ante deum. Lucæ 16.

Omnis plantatio, quā non planta-
uit pater, eradicabitur. Matth. 15

Relinquētes enim mandata dei, te-
nentes Mar. 7

Y 4 nentes

nentes traditiones hominū, &c. Bene irritum fecistis præceptum dei, ut traditionem uestrā seruetis, &c. Rescindentes uerbū dei per traditionem uestram quam tradidistis.

Eph. 4. Nō amplius pueri sumus, ut fluctuamus, & circumferamur quouis doctrinæ uento, per uersutiā hominum, sed sectantes ueritatem in charitate.

Matth. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi beneplacitū est, ipsum audite.

Heb. 13. Doctrinis uarijs ac peregrinis, ne circumferamur.

Titum 1. Redarguito illos seueriter, ut sani sint in fide, nō attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominū, auersantium ueritatem.

Iacobi 4. Unus est legislator, qui potest perdere ac seruare.

1. Cor. 6. Præcio empti estis, nolite fieri serui hominum.

Coloss. 2. Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sūt umbra futurorū, corpus autem Christi, &c.

Lucius Papa, 24. Quæst. 1.

Can. A recta.

A recta ergo fide et Apostolico tramite propter nullam perturbationem nolite recedere, scientes quoniam iuxta saluatoris sententiam: Beati sunt qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. Hæc est apostolorum uiua traditio, hæc uera charitas, quæ prædicanda est & præcipue diligenda ac fouenda, atq; fiducialiter ab omnibus tenenda, hæc sancta apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per dei omnipotentis gratiam à tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, &c. Item in cap. *Marcellus* uel Can. sequenti *Marcellus Papa*: Rogamus, inquit, uos fratres dilectissimi ut non aliud doceatis, neq; sentiat: q̄ quod à beato Petro & reliquis apostolis accepistis. Item *Ambros. 32. Quæst. 4. Can. Nemo. Nemo*, inquit, sibi blandiatur de legibus hominum, &c.

Augustinus ad Maudarenfes de execratione idololatriæ.

Omnia quæ præteritis temporibus erga humanum genus maiores nostri gesta esse meminerunt, nobis q; tradiderunt, omnia etiam quæ nos uidemus & posteris tradimus, quæ tamen pertinent ad ueram religionem, quærendam & tenendam, diuina scriptura-

X § ration

ra non tacuit, sed ita omnino cuncta transeunt, ut traditura esse predicta sunt.

Cyprianus in Tractatu de Simplicitate praelatorum, in Ecclesia dei exoriri.

Filij Aaron qui imposuerunt altari ignem, quem non praeceperat dominus, in conspectu statim domini uindicantis extincti sunt. Quos imitantur & sectantur, qui dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt, & magistreria humanae constitutionis inducunt, quos increpat dominus, & obiurgat in Euangelio suo, dicens: Reijcitis mandatum dei, ut ueram traditionem statuatis.

Augustinus ad Casulanum

Dist. 9. Can. Sana.

Cum ergo in naturali iure nihil aliud praecipitur, quam quod deus uult fieri: nihilque aliud uetetur, quam quod deus prohibet fieri. Denique cum in canonica Scriptura nihil aliud quam quod in diuinis scripturis & legibus inueniatur: diuinae uero leges naturae consistant, patet quod quaecumque diuinae uoluntati seu canonicae Scripturae contraria probantur, eadem etiam naturali iuri inueniuntur aduersa: unde quaecumque

cumque diuinae uoluntati seu canonicae Scripturae, seu diuinis legibus postponenda censentur, eiusdem naturae illius praeferri oportet. Constitutiones ergo uel ecclesasticae uel seculares si naturali iuri contrariae probantur, penitus sunt excludendae.

Urbanus Papa 25. Quaest. 1. Can.

Sunt quidam.

Sunt quidam dicentes Romano Pont. semper licuisse nouas condere leges: quod & nos non solum non negamus, sed etiam ualde affirmamus: sciendum uero summopere est, & quia inde nouas leges condere potest, unde Euangelistae aliquid & prophetae Rom. Pontifex dare, sed potius quod praedicatum est usque ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli & prophetae, destrueret, quod absit, niteretur, non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur. Item, Can. Omne ibidem ait, quod stare non ualeat, quod contra euangelicam uel apostolicam doctrinam seu constitutionem factum fuerit. Item, Can. Contra statuta. Item, Can. Sategendum, &c. in eadem Quaestione fatetur Pelagius

Papa,

Papa, & scribit Childiberto regi se sacræ scripturæ subditum esse, &c.

Augustinus ad Paulinum

Epistola 59.

Turpe est inquit, & nimis incongruum, & à generositate uestre libertatis alienum, ut cum sitis corpus Christi, seducamini umbris, & conuinci uideamini uelut peccantes, si hæc obseruare negligitis.

Constitutio Nemo ergo uos, inquit, iudicet in cibo, &c. tanquam hominū quam propterea omnia illa dixerit? quia isti per huiusmodi obseruationes seducebantur à ueritate quæ non obligat liberi fiebant. De qua dictum est in Euangelio: Et ueritas liberabit uos, id est, liberos faciet. Turpe est, inquit, & nimis incongruum, & à generositate uestre libertatis alienum, ut cum sitis corpus Christi, seducamini umbris, & conuinci uideamini uelut peccantes. Si hæc obseruare negligitis, corpus ergo Christi, nemo uos conuincat uolens in humilitate cordis, in cultura angelorum, quæ non uidit inculcans: quia homines ista suspicionibus, & superstitionibus agunt, non quod uiderint ista esse facienda. Aut certe quæ uidit inculcans, ideò magna existimās, quia uidit ea quibusdam locis obseruari alibi ab hominibus, quorū

quorum autoritati haberet fidem, etiam ratione non credita, & ideò sibi magnus uidetur, quia ei contigit quorumdam sacrorum uidere secreta.

Augustinus super Ioan. Tra

ctatu 46. Cap. 10.

Scriba, inquit, & Pharisei super cathedrā Moysi sedent, quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Sedendo enim cathedram Moysi, legem dei docet, ergo per illos deus docet: sua uerò illi si uelint docere, nolite audire, nolite facere: certe enim tales sua querunt, non quæ Iesu Christi.

Augustinus in præfatione

Psal. 140.

Habet duo præcepta, dilectionis dei, & dilectionis proximi. In nullis scripturis aliud inquiratis, ne mo nobis aliud præcipiat. Qui enim diligit implet legem: Nam plenitudo legis est charitas.

Cyprianus in Sermone de

ablutione pedum.

Apostolo

Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor & autor, in cæteris homines spiritu sanctum habere doctorem. Et sicut par est spiritui sancto & Christo diuinitas, ita in suis institutis æqua est autoritas & potestas: nec minus rarum est, quod dictantur institutio

rum traditioes non minus ratione quam Christi institutioes
ste spiri

te spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quàm quod ipse tradidit, & in sui commemorationem præcepit, & c. Contra illos qui affirmant Apostolos quoque homines fuisse, & quoque humanas esse constitutiones quas præceperint.

Hilarius in Matth.

Can. 14.

Omniem plantationem quæ non à patre sit, eradicandam dicens, id est, traditionem hominum eruendam cuius favore legis præcepta transgressi sunt, & ideò esse eos duces cæcorum, vitæ æternæ iter quod non uideant, pollicentes, cæcisque ipsis & ducibus cæcorum casum in foueam esse communem.

Cyprianus lib. 1. Epistola

rum, epist. 4.

Quæ prædicta uel mandata & manifesta sint nobis, præceptis diuinis necesse est obsequia nostra deseruiant: nec personam in eiusmodi accipi, aut aliud cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit diuina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus, quod ad Iudeos per Esaiam prophetam locutus sit dominus increpans & indignans, quod contemptis diuinis præceptis, humanas doctrinas sequerentur, Esaiæ 29. Populus iste me

ista me labijs honorat, & c. Mar. 7. Reijcitis mandatum dei, & c.

Ambrosius lib. de Paradiso

so. Cap. 12.

De eo quod addidit Eua uerbis domini dicens: Neque tangetis. Etenim quantum præsens lectio docet, discimus nihil uel cautionis gratia, iungere nos debere mandato. Si quid enim addas uel detrahas præuaricatio uidetur esse mandati: pura enim & simplex mandati forma seruanda, uel testimonij series imitanda est, & c.

Cyprianus ad Pompeium

contra epistolam Stephani.

Ea facienda esse quæ scripta sunt deus testatur, & proponit, ad Iesum Naue dicens: Non recedet liber legis huius ex ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte ut obserues facere omnia quæ scripta sunt. Item dominus Apostolos suos mittens, mandat baptizari gentes, & doceri, ut obseruent omnia quæcunque ille præcepit. Si ergo aut in euangelio præcipitur, aut in Apostolorum epistolis, aut Actibus continetur, & c.

Augustinus

Augustinus libro de Ba

ptismo contra Donatistas

lib. 2. Capite. 6.

Scriptura
statera est.

Non offeramus stateras dolosas, ubi appendamus quod uolumus, et quomodo uolumus pro arbitrio nostro dicentes: hoc graue, hoc leue est, sed offeramus diuinam stateram de scripturis sanctis tanquam de thesauris dominicis, & in illa quid grauius sit appendamus: imò non appendamus, sed a domino appensa recognoscamus.

Chrysostomus in opere imperfecto super illud.

Alius enim sic interpretantur hunc locum, quia per obseruantias, inquit, dierum dilatant uerba sua quasi philacteria, & ostendunt populo, ea assidue predicantes, quasi conseruatoria salutis eorum, de quibus Christus dicebat: Sine causa colunt me, docentes mandata & doctrinas hominum. Fimbrias autem uestimentorum magnificatis, dicit supereminètiarum mandatorum magnificatas. Quando enim minimas illas superfluas obseruationes iusticiarum suarum laudant quasi eximias, & ualde deo placentes, fimbrias uestimentorum suorum magnificant.

Origenes

Origenes in Ezechielem,

Homilia 7.

Nullum imitemur, etsi uolumus imitari quempià propositus est nobis ad imitandū. Christus Iesus. Descripti sunt Actus apostolorum, & Prophetarum gesta de sacris uoluminibus agnoscimus, illud exemplar firmum est, illud propositum solidum, quod qui sequi cupit, securus ingreditur.

Augustinus super Ioannem,

Tractatu 49. cap. ii.

Nam cum dominus Iesus multa fecisset: non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelizatae statatur, multa dominum Christum & dixisse & fecisse quae scripta non sunt. Electa sunt autem quae scriberentur, quae saluti credentium sufficere uidebantur.

Tertullianus de uelands Virgini-

bus in principio.

Quale est enim ut diabolo semper operante & adijcente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit, aut proficere desiterit, cum propterea paraclitum miserit dominus: ut quonia humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur, & ad perfectum

Z

per

perduceretur disciplina ab illo uicario domini spiritus sancto: Adhuc inquit, multa habeo uobis dicere, sed nondū potestis ea baiulare. Cū uenerit ille spiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatē, & superuentia renuntiabit uobis. *Quæ est ergo paraclēti administratio, nisi hæc, quod disciplina dirigitur, qd' scripturæ reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur, et. Hic erit solus à Christo magister, & dicendus, & uerendus. Nō enim ab se loquitur, sed quæ mandantur à Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperūt ueritatem consuetudini anteponunt.*

Augustinus lib. 5 de Baptismo cōtra

Donatistas, cap. 26.
 iam uerò cum dicit episcopum docibile esse debere, & adiungit: Docibilis autem ille est, qui ad discendi patientiam lenis est & mitis: oportet enim episcopum nō tantum docere, sed & discere, quia & ille melius docet, qui quotidie crescit & proficit discendo meliora. His utiq; uerbis satis indicat uir sanctus & pia charitate præditus non esse metuendum, sic eius epistolæ legere, ut si postea pluribus & diuturnioribus inquisitionibus compertam ecclesiam confirmauit, non ambigamus uitare: quia sicut multa

erat

Paracleti
administratio.

erant quæ doctus Cyprianus doceret, sic erat & aliquid quod Cyprianus docibilis disceret. Quod autem nos admonet, ut ad fontē recurramus, id est, ad Apostolicā traditionem, & inde canalem in nostra tēpora dirigamus, optimū & sine dubitatione tenendum. Itē, August. in Ioan. Tractatu 115. contra Doctores subiles. Idem ad Paulinum, epist. 59.

Hieronymus lib. Commentariorū

in Esa. cap. 2. Et incuruabitur.

Tam diu uidetur humanis sermo habere rationē, quandiu diuinæ scientiæ non fuerit comparatus. Cum autē mendacium ueritati quasi stipula igni appropinquauerit citē uoratur & deperit: & omnia dogmata falsitatis, quæ nunc idola nominantur, ab ea quod simulata sit atq; conficta, pœnitius conterentur. Item Ambrosium lib. 4 de uirginibus. Nos noua oia & c. Idem super epistolam primam ad Corinth. capite 4. Quicquid non ab apostolis traditum est sceleribus plenum est. Idem capite septimo eiusdem epistola: Non debet quis constringi, ne à licito prohibitus illicita admittat.

Chrysostomus Homilia 1. in epistolā ad Titum.

Manifestauit, inquit, temporibus suis uerbū suum

Z z in præ-

Sicut per Esaiam prophetā clamat & dicit: Populus iste labijs, &c. Item dominus in Euangelio increpans, similiter & obiurgans ponit & dicit: Reiectis mandatum dei, &c. Cuius præcepti memor beatus Paulus apostolus monet, ipse quoq; & instruit dicens: Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis uerbis domini nostri Iesu Christi, ut doctrinæ eius ut pote elatus est, nihil sciens, discedendū ab huiusmodi

Augustinus Sermone 16.

Constituit inquit, montes Israël autores scripturarū diuinarū, quicquid inde audieritis hoc uobis bene sapient quicquid extra est, respuite, ne erretis in nebula. Et idem alibi: Constitue legislatorem super eos. Videtur, inquit, antichristum mihi significare, de quo

Apostolus: Cum reuelabitur homo peccati. Item, Augustinus in præfatione cui titulus. Speculum uiuendi, præcepta ex scriptura petenda esse ait.

Puæcepta
ex scriptu=
ra petenda

Item, Cyprianus Cecilio fratri libro 2. Epist. 3. Episcopi à dominica institutione pro nouellis institutionibus nō decedant. Et si feceritis quod ego mando uobis, iam non dicam uos seruos, sed amicos. Et quod Christus debeat solus audiri, pater etiam de celo contestatur, dicens: Hic est filius ut supra,

Concoris enim omnium sententia Theologorum

& eorum tam recentium quàm ueterum, philo-
phorum, iurisq; consultorum, & ipsorum legilato-
rem, nec minus Pontificū quàm principū, quæcunq; ges quate-
statuta aduersa religioni & iustitiæ depræhenderen-
tur, neq; legū noxiue dignanda, neq; ulli obseruanda
dæ.
Potior enim habenda ratio eorū, quæ præcipit deus
quàm quæ homines, quæq; cōducunt Reipub. quàm
quæ priuatæ libidini. Quæ uerò, etsi iniqua stauan-
tur, ac tyrannicos, citra uiolationem tamen eorum,
quæ præcepit deus, & è re sunt publica, obseruari
possunt: omitti autem nō sine offendiculo, maioreq;
perturbatione & incommodo, quàm afferret eorū
obseruatio. Christiano certè homini hic de suo iure
concedendū est, & maxilla altera obuertēda, palliū
cum tunica proijciendum.

Attamen ut diuus Thomas Aquinas Ar. 2. quæ-
stione 96. prioris partitionis, partis secundæ rectè
censet, quando eiusmodi nullo iure indicuntur, si ci-
tra scandalum & perturbationem omittantur, nul-
la obligare religionē: nam adhæc, inquit, non exten-
dit se ordo potestatis diuinitus institutus, qui utique
ad publicam utilitatem, & nullius detrimentū, dun-
taxat datus est. Quod etenim non fuerit lex, tenere
filios dei non poterit, & ut Augustinus de Lib. ar-

bitrio, inquit: Lex non est que, iusta non est. Vnde
 Isidorus Dist. 4. ita ex Isidoro cauetur. Erit autem lex iusta,
 Dist. 4. honesta, possibilis, secundum naturam, & consuetu-
 dinem patriæ, loco, temporisq; conueniens, necessaria
 & utilis, manifesta quoque: ne aliquid per obscu-
 ritatem in cantum captione teneat, nullo priuato
 commodo, sed communi ciuium uilitate conscripta.
 In uniuersum igitur de legibus humanis tam Pon-
 tificijs, quam principalibus in ipsis Pontificum de-
 cretis sic censetur. Quæcunque iure naturali, quo
 præcipi uetariq; eadem quæ diuino creditur, siue ec-
 clesiasticæ, siue seculares constitutiones contrariæ
 Dist. 8 Ca. comprobantur, eas esse excludendas, Dist. 8 in Can.
 Quo iure. Quo iure, & in Can. Eui. 9 Distinctione ut supra
 explicatum est.

Adducta sunt & supra præclara de hac re San-
 ctorum dicta, quibus omnis & constitutio, & consue-
 tudo diuinæ legi aduersa, fugienda docetur. Inter cæ-
 August. li. tera audiamus Augustini sententiam memorabilem
 Confess. 2. ex lib. Confessionum 2. Cum autem Deus aliquid contra
 morem, uel contra pactum quorumlibet iubet fieri,
 etsi ibi nunquam factum est, faciendum est: etsi omis-
 sum est, restaurandum est: etsi statutum non erat, insti-
 tuendum est. Item & Cypriani: Si solus Christus
 audiendus

audiendus est, non debemus attendere, quid ali-
 quid ante nos faciendum putauerit, &c. ut supra
 citauimus.

Quis ex his non uideat, quid ipse de se & alijs,
 siue legibus, siue moribus leges Pontificiæ statuunt,
 & quatenus uelint, uel sibi, uel illis Christianum esse
 obstrictum: Eatenus nimirum quatenus diuinis præ-
 ceptis congruentia continent, aut pietatem & cha-
 ritatē promoueāt. Deniq; qui uiuere ex animo Chri-
 stiane querunt, illos spiritus dei, quo filij dei agun-
 tur, in tempore admonet omnium illorum quæ deo
 placent.

Traditiones humanæ nostra tempestate excogita-
 tæ attulerunt magna pericula conscientijs. Nam im-
 possibile erat tot traditiones seruare, quas tamen mi-
 seri & mira astutia seducti homines arbitrabantur,
 necessarios esse cultus ad salutem. Gerson scribit mul-
 tos incidisse in desperationē, quosdam etiam sibi mor-
 tem conciuisse, quia senserant se nō posse satisfacere
 traditionibus: & interim consolationem nullam de
 iusticia fidei, & de gratia audierunt.

Item in colligendis traditionibus ita fuerunt occu-
 patæ scholæ & conciones, ut non uacauerit attinge-
 re scripturam diuinam penitus, & querere utiliore

doctrinam de fide, de cruce, de spe, de dignitate ciuili
um rerum, de consolatione conscientiarum in arduis
tentationibus. Itaq; Gerson & alij quidam Theologē
grauiter quæsti sunt, de ijs rixis traditionum impedi
ri, quò minus uersari possint in meliore genere doctri
næ. Et Augustinus uet at onerare conscientias huius
modi obseruationibus, & prudenter admonet Ianua
rium, ut sciat eas in differenter obseruandas esse.

Nam Euangelium mandat & clare præcipit, &
urgamus doctrinam in Ecclesijs de gratia & iusticia
fidei, quæ tamen intelligi non potest, si putent homi
nes se mereri gratiam per obseruationes ab ipsis con
fictas. Data namq; ecclesiæ est potestas ait in edificati
onem, nõ ad destructionem. Sic & Canones præcipi
unt. 2. 4. cap. Sacerdos & Can. Oues. Et Augusti

August. cõ
tra Petilia
u epistolã.
nus contra Petiliani epistolam inquit, Nec catholi
cis episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur
aut contra Canonicas dei scripturas aliqui ð sentiunt
si quàm habent aliam potestatem, uel iurisdictionem in
cognoscendis certis causis, uidelicet, aut decimarum,
&c. Episcopi non habent potestatem aliquid contra
Euangelium statuere, ut docent idem Canones. 9. Di
finitione. Per totum.

Item, Grangense concilium anathematizat illos
quinon

qui non manēt in lege Domini, & quotidie nouas le
ges siue constitutiones præscribunt. Gaugrense
concilium.

Calcedonense concilium Calcedoniæ in Bithania ha
bitum, Anno CCCCLXIX. temporibus Valen
tiniani Sexti, & Martiani, statuit, ne Monachi pro
prios pagos, prouincias, populos, possideant. Sed hu
ius Canonis obliuio facta est nostro tempore. Quid
enim ditius in toto mundo? quid potentius? quàm illi
ipsi qui religionis titulum habent? O mores, ð secula
O prisca imperatores reminiscere & auxilia ferre,
quò constitutiones uestra in precio habeantur. Calcedo
nense.

DE CANTV ECCLESIAE stico Ecclesiæ.

CAntare & psallere licet psalmos Dauid, qui
omnes sunt spirituales. Modum uerò psal
lendi habes apud Paulum. 1. Corinthios. 14. Orabo
& mente, Canam & spiritu, canam & mente, &c.
per totum cap.

Docete & commonete inuicē uos Colos. 3.
cantonibus, & laudibus spirituali
bus, cum gratia canentes in corde ue
stro domino.

Ne

Ephes. 3.

Ne inebriemini uino in quo est luxuria: sed implemini spiritu, loquentes uobis metipsis per psalmos, & hymnos, & cantiones spirituales, canentes & psallentes in cordibus uestris domino, gratias agentes semper in omnibus in nomine Domini Iesu Christi.

Iacob. 5.

Aequo animo est aliquis, psallat, affligitur aliquis, oret.

Tertullianus in Apolog.

Cap. 19.

Memorat post *εὐχαριστίας*, id est, conuiuia, quae alenda & exercenda dilectionis mutuae gratia, olim Christiani celebrabant: nam quosque inopes eo refrigerio, ut ipsius uerbo utar, iuuabant, morem fuisse ut post aquam manulem & lumina in medium prouocaretur, canere ut quisque de scripturis sanctis uel de proprio ingenio posset, & hinc probatum fuisse quo modo bibisset.

Meminit & Plinius iunior in Epistola ad Traianum de Christianis sibi narrasse eos, qui Christiani fuerant, solitos fuisse stato die ante lucem conuenire carmenque Christo, quasi deo dicere, Pace Ecclesijs reddita

reddita psallendi usus creuit, sed adeo citra incrementa sancti in deum ardoris, ut D. Hiero. sua iam etate horrenda sane uitia in psallentibus notarit, quod nempe in tragediarum modum, guttur, fauces medicine linirent, ut in Ecclesia theatrales moduli audiretur & cantica, cum deo puro corde, non sola uoce cantandum sit. Hoc mali successu temporis ita auctum est, ut D. Greg. queratur in sancta Rom. ecclesia dudum irrepsisse consuetudinem ualde reprehensibilem, ut quidam ad sacrum altaris ministerium constituti, cantores eligerentur, & in Diaconatus ordine constituti, modulationum uocibus inferuirent, quos ad praedicationis officium & eleemosynarum studio uacare congruebat: ac deinde factum plerumque, ut in sacro ministerio, dum blanda uox quereretur, congrua uitae negligeretur, cantor minister deum moribus stimularet, cum populum uocibus delectaret. Quare sub poena anathematis idem cauit, ne deinceps isti, qui altaris ministerio deputati essent, cantarent, sed tantum lectioni Euangelicae incumberent. Haec legitur in Can. In sancta, Dist. 92. & August. lib. de Caecithis andis rudibus scripsit. Non sunt uoces ad aures dei, nisi affectus animi, &c.

Referuntur in Glossa ad tex. Hieron. in Dist. 92.

Can.

Plinius ad Traianum de moribus Christianorum.

mod. T. C. omnia p. 10.

D. Hieron. psallentium uitam corripuit.

lib. uulgo in simplici

Can. Cantores. Versiculi, qui cum admodum pij sint ascribere libuit.

Non uox, sed totum, non cordula musica, sed cor

Non clamans, sed amans, cantat in aure dei.

Proinde D. Thomas in altera partitione secundæ

D. Thomas partis. Quæst. 83. sequutus D. Augustinum, ad pro-
de Aquino bam, pie censet uerba precatationis non esse ultra, quam con-
lucant, ad excitandum interioris desiderij feruorem extendenda. Quare & Augustinus fra-
tres in Aegypto in exemplum laudant, qui breuissimas raptim quodammodo iaculatas orationes habue-
runt, ne illa animi intentio, qua uerè oratur, per pro-
ductiores moras euanesceret, ac hebetaretur. Ad idẽ
citatur in Can. Non mediocriter, de consecrat. Dist.

Cultus diui-
nus quis sit
5. sub nomine D. Hieronymi dictum, quod utinã tan-
tum ualeret, quam uerũ et Apostolicæ doctrinæ con-
sonum est. Melior est quinque Psalmorum decantatio
cum cordis puritate, serenitate, ac spiritali hilarita-
te, quam totius Psalterij modulatio, cum anxietate
cordis atque tristitia. Sed & Chrysostomus sancte &
elegantè de eadem re, ne longi in precando sermo-
nes extendantur, in Homilia quadã de Oratione præ-
cipiens, inter cetera ait: Si corpore humi prostrato
& ore incassum nugante, mens totam domum, & fo-
rum cir-

rũ circumbeat: quomodo talis dicere poterit, quod in
conspectu dei precatus sit.

D. August. in loco supra citato legimus, in publicis
precibus barbarismos, atque solcecismos, perturbatãque
distinctionem corrigi uoluit, quò populus planè om-
nia intelligens, & diceret: Amen, quod & Paulus po-
stulat. Verum hac tempestate contrarium uidemus,
omnino tam in cœnobijs quàm in ecclesijs publicis.

Augustinus lib. Confessionum

9. Cap. 7.

Scribit quæ uiderit Mediolani, & inter cetera de Cantu qua
cantu Ecclesiastico sic ait. Tunc Hymni et Psalmi ut re Ambro-
canerentur secundum morem Orientalium partium insituit ui-
ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum de August.
est, & ex illo tempore in hodiernum diem retentum
multis iam ac penè omnibus gregibus tuis & per cæ-
tera orbis imitantibus. Et in Enchiridio ad Lauren-
tium cap. 1. dicit. Cultum diuinum constare fide, spe,
& charitate colendum deum.

Chrysostomus ad Populum

Homilia 21.

Si nempe dicendum utile habes, aperi labia, si ni- Psalmi can-
hil sit necessarium, tace, melius est enim. Artifex ma- tandi,
nualis es, sedens psalle, sed non uis oremus. Nihil
hinc

hinc graue sustinebis, sed tanquam in monasterio, ut in officina sedere poteris: non enim locorum comoditas, sed morum probitas quietem nobis praebebit. Idem lib. diuersarum Homiliarum, Homilia 12. De muliere Cananea. Multitudinem psalmorum in oratione reprobat.

Augustinus ad Inquisitiones

Lanuarj epist. 119. Cap. 28.

De constitutionibus humanis regulis
 Miror sane quid ita uolueris, ut de his quae uarie per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & uita in his saluberrima regula retinenda sit, ut quae non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitae melioris, ubicumque institui uidemus, uel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. Si enim eo modo impediatur, ut maiora studiorum lucra speranda sit, quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud quod etiam de scripturis defendi potest, sicut de Hymnis & Psalmis canendis, & ipsius domini & Apostolorum habemus documenta, & exempla & praecepta, de hac re tam uti-
 lia. Ad

lia. Ad mouendum pie animum, & accendendum diuinae lectionis affectum, uaria consuetudo est: & plerumque in Africa ecclesiae membra pigriora sunt, ita ut Dominus natus nos reprehendant quod sobrie psallamus in Ecclesia diuina, cantica Prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmorum, humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflammant. Quoniam autem non est tempus, cum in Ecclesia fratres congregantur sancta cantandi, nisi cum legitur aut desputatur, aut antiphites clara deprecantur, aut communis oratio uoce diaconi indicitur.

Hieronymus lib. Commentariorum 3. capite 5. in epistolam ad Ephesios.

Qui se abstinuerit uino & ab ebrietate in quo est inter hymnum luxuria, & pro hoc spiritu fuerit impletus, iste omnia potest accipere spiritualiter, Psalmos, & Hymnos et cantica. Quid autem intersit inter Psalmum & Hymnum, & canticum in psalterio plenissime discimus. Nunc autem breuiter hymnos esse dicendum qui fortitudine ac maiestate praedicant dei, & eiusdem semper uel beneficia, uel facta mirantur. Quod omnes Psalmi continent: quibus Halleluah, uel praepositum est, Psalmi autem proprie ad ethicum locum pertinent, ut per or-

Ad sanum

ganum corporis, quid faciendū, quid sit uitandum no-
uerimus. Qui uerò de superioribus disputat, & con-
centum mundi, omniumq; creaturarum ordinē, atq;
concordiā subtilis disputator edisserit, iste spirituale
canticum canit. Vel certe ut propter simplices ma-
nifestius quod uolumus eloquamur. Psalmus ad cor-
pus, canticum ad mentē refertur. Et canere igitur &
psallere, & laudare dominū, magis animo quàm uo-
ce debemus. Hoc est quippe quod dicitur: Cantantes
& psallentes in cordibus uestris domino. Audiāt hæc
adolescentuli, audiāt hi quibus psallēdi in ecclesia of-
ficium est, deo non uoce sed corde psallendum: nec ut
tragædorum modum guttur, & fauces dulci medica-
mine colliniendas, ut in ecclesia theatrales moduli au-
diātur & cantica, sed in timore, in opere, in scientia
scripturarum.

Chrysofomus in Psal. 122.

Homilia 4.

Et sicut Iudæi iubebantur omni organico sono lau-
dare dominum, sic nos omni corpore laudare prope-
remus, oculis, lingua, auribus, manibus hoc debemus
efficere. Ideo & Paulus dicebat: Præstate corpora
uestra, &c.

QVI

QVI PRIMITVS INSTITVERINT
horas canonicas, ac sanxerint, ut Psalmi à cho-
ro alternis canerentur, et ibidē de origine cho-
ri, atq; diuorū uitas scripserint.

CAP. 2.

Preces horarias siue canonicas quas uocāt, Hie-
ronymus primus Eusebio Cremonensi & ple-
risq; alijs qui cum eo uixerant, instituisse fertur, qui
bus diuine in templis laudes canerentur, ut ex sacra
patet historia, quas patres deinde receperunt in ita:
carmen Dauid. Septies in die laudem dixi tibi. Sunt
autem qui tradāt, et in primis diuus Cyprianus, mo-
rem celebrandi, primā, tertiam, sextā, & nonā horas
à Daniele sumptum, quod ille ter in die positus humi
genibus, sic orare consueuisset, id quod ex prischorum
religione translaticum esse potest, cum apud illos sic
oraretur, teste Apuleio, qui lib. 11. ita scribit. Rebus
iam rite consummatis, inchoatæ lucis salutationibus
religiosi primā nunciantes horam perstrepunt. Ma-
tutinas adorationes uocat hoc loco Apuleius nō inele-
ganter salutiōes, ostenditq; modū orandi diuifum in
horas sacrificijs legitimis fuisse. Postea, quod satis
constat, Pelagus secundus decreuit, ut ipse septē ca-
nonicæ hora quotidiē à sacerdotibus celebrarentur,

Ad 2 uelut

uelut present. meum remedium humane imbecillitati futurum, quo, sicuti iustus septies in die, quemadmodum ait Solomon, forte per incogitantia, cadit, ita per orandi cura, totius resurgat, releuatq;. Singulis autem horis Gregorius praefatione dedit initium psalmi Dauid. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina, subiecitq; hymnu illum, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, de quo alibi dicemus. Ut totide etiam hora in honore deiparae uirginis, quotidie recitaretur, instituit Urbanus secundus in Cocilio, quod in Gallijs, ad Claromonte habuit. At Hieronymus rogatu Damasi digessit psalteriu quod uocant, id est, psalmorum librum in septem partes, ad numerum dierum unius hebdomadae, ut quilibet dies certum psalmorum numeru haberet, qui caneretur, quod ita distinctum nunc ex ipsius Damasi decreto in omnibus templis legitur. Fertur idem pontifex omnium primus hymnu in fine psalmoru, Gloria patri, & cetera, qui tribus diuinis personis redditur, adiecisse, que in Niceno concuentu prius editu, memoria proditu est. Itē primitus instituit, ut chorus alternis psalmos caneret: quanq non nemo tradit id antea ab Ignatio episcopo Antiocheno institutu fuisse, quippe qui per quiete audiuiisset angelos ad eum modu uicissim psalmos

psalmos concinentes, id quod unus uel alter a Dauid mutuo sumpsisse uidetur, qui, teste Iosepho lib. Antiquitatum 7. dicitur septem constituisse choros, & eos canentes ac praecedentes ipse subsequutus, du arca Hierosolyma deportaretur. Vel Asaph imitati sunt, qui ut supra retulimus, etiam apud Hebraeos, autor fuit ordinis eorum qui psalleret. Fuit omnino iam inde ab initio, mos nostris cantillare de rebus sacris, dicente Tertulliano ad uxore. Quid maritus suus illi, uel marito quid illa cantabat? Id hodie apud Germanos, cum primis seruatur. At diuus Augustinus libro confessionum nono, ait: Ambrosium Mediolanensem antistite hunc canendi hymnos et psalmos morem primu apud Occidentales instituisse populos, quod no utiq; multum abhorret a sententia eoru, qui Damaso assignat: nam cum ambo per idem tempus fuerint, & quod unus cepisset, ab altero ratum haberi oportuerit, non inuaria & ambo eius rei autores dici possent. Veru quantum iam tunc illud institutum utile esse ceperit, idem Augustinus libro suarum confessionum decimo planu facit, quippe qui a deo ueniam petit, quod diligentius cantum quam sacrorum uerboru pondus attendisset. Sed hodie longe minus e republica nostra esse apparet, quando cantores nostri ita in templis constrepunt

ut nihil præter uocem audiatur, & qui interfunt, inter sunt autē quotquot ciuitas capit, eiusmodi clamorum cōcentu quo eis aures maxime pruriunt cōtenti de ui uerborum minime curāt. Vnde eò uentum est, ut apud uulgos, omnis diuini cultus ratio in istis cantoribus sita esse uideatur, quāuis generatim nullum aliud hominum genus sit leuius aut improbius. Et tamē bona pars populi ut eos audiat clamātes, in sacras ædes uelut in theatrū concurrat, eos pretio conducit, eos fouet, eos deniq; solos domui dei ornamento esse existimat. Quare dubio procul ex religionis usu foret, aut eiusmodi graculos è tēplis eijcere, uel omnino ita eos instituere, ut canētes more potius legentiū, quā in-strepentiū hymnos recitarent, quod D. Athanasium Alexandrinum episcopum olim in dicecesi sua fecisse Augustinus in prænotatio libro attestatur, atq; magnopere laudat. Hæc Virg. Polydorus.

Marcus Pontificis Romanus, Cōstantino imperante Niceni concilij Symbolū post lectum euangelium, et à clero & populo clara uoce canendum statuit Chronica. Chronicarum.

Celestinus Campanus ante sacrificium Psalmos antiphonatim ab omnibus canendos, instituit, quod antefieri non erat solitum. Epistola & Euangelio lectis
sacri-

sacrificio finis imponebatur. Platin. Sabellicus. Chron. Petrus de Natalibus.

Vitalianus sub Constantio & Constantino Cōstantij Organi in-filio Pontifex fuit. Cantum in templis ordinauit & stitutum. organa humane uoci adhibuit Volat. Chron.

Robertus rex Gallie hoc tempore hos cantus ecclesie tradidit. Sæcti spiritus asit nobis gratia. Et ò lu-da & Hierusalem &c. Antonini summa. Hæc sub Syluestro 2. Pont. Rom.

Alexander secundus Alleluia à LXX. usq; ad Pascha suspendi præcipit. Nauclerus.

LIBERTAS CHRISTIANA spiritualis.

LEx spiritus uitæ per Christū Ie- Rom. 8
sum, liberū me reddidit à iure &
mortis, &c.

Dominus spiritus est: ubi autem spi 2. Cor. 3
ritus, ibi libertas.

Vos in libertatem uocati fuistis fra Galat. 5
tres, tantū ne libertatē in occasionem
carnis detis, sed per spiritū charitatis
seruite inuicem.

In libertate, qua Christus uos libera 1. Petri 2.
uit, state, & ne rursus iugo seruitutis

744 LIBERTAS CHRISTIANA
implicemini. Atq; seruitutem hic uo-
cat, legem ueterem, nō excussionem
potestatis.

Tanquam liberi, & non uelut præ-
textum habentes malitiæ libertatem
sed tanquam serui dei.

Veritas, id est, Euangelium, uos li-
berabit, hoc est, liberos reddet.

Eusebius Eccle. Tripart.

lib. 1. cap. 10.

Spiridion
comedit car-
nes porci-
nas in qua-
dragesima.
Spiridion qualis circa peregrinorum susceptio-
nes fuerit, hinc apparet. Instante iam quadragesima,
quidam ex itinere uenit ad eum, quibus diebus sine ci-
bo consistens. Videns itaq; peregrinum ualde defectū
Perge (inquit filie sue) laua peregrini pedes, & ci-
bos appone. Cūq; uirgo dixisset, nec panē esse nec ἄλ-
φιτᾶ hoc est, farinas (quarū rerum solebat nihil ha-
bere conditū propter ieiunium) orans primū ueniāq;
petēs, filie iussit ut porcinas carnes quas domi salitas
habebat, coqueret. Quibus coctis, sedens cū peregrini-
no positis carnibus comedebat, & rogabat ut unā cū
eo ederet peregrinus. Quo refusante, Christianumq;
hominis li-
bertas.
se profitente. Propterea (inquit) refusare non debes.
Omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus ædo-
cut.

Item

TEI AN SPIRITUALIS. 743

Itē, Eleuterius Rom. Pont. cōtra Seuerianos, qui
inter cibos delectum faciebant, ad ecclesias Gallie
scribens, decretum tulit ne quis ullum cibi genus, quo
homines naturæ uesci licet superstitiose respueret.

Gregorius 12. Quæst. Can.

Cum redemptor.

Cum redemptor noster totius conditor creaturæ
ad hoc propiciatus humanam uoluit carnem assume-
re, ut diuinitatis suæ gratiæ dirupto, quo tenebamur
captiui uinculo seruitutis, pristina nos restitueret li-
bertati salubriter: si homines quos ab initio natura li-
beros protulit, & ius gentium iugo substituit serui-
tutis in ea qua nati fuerant manumittentis beneficio
libertati reddantur. Item, 19. Quæst. 2. Canon. Duæ
sunt. In fine: Iusto enim lex non est posita, sed ubi spi-
ritus dei, ibi libertas: & si spiritu dei ducimini, non
estis sub lege.

Augustinus super Ioan.

Tractatu. 107.

Creatura rationalis non nisi deo subditur, ut
ei quæ infra illam sunt omnia subdantur. Et sub =
nectit. Nec satis est, ut sancte de quibus hæc locu-
tus est cuiusquam sint, nisi eius à quo creati & san-
ctificati sunt.

A a 5

In sum

In summa, Hæc libertas in ritibus humanis nõ fuit ignota patribus. Nam in Oriente alio tempore seruauerunt Pascha quàm Romæ: & cum Romani propter hanc dissimulationem accusarent Orientem schismatis, admoniti sunt, ab alijs tales mores non oportere ubiq; similes esse. Et Irenæus, inquit, dissimilitudo ieiunij, fidei consonantiam non soluit, sicut & Dist. 72. Gregorius Papa significat, talem dissimilitudinem non lædere unitatem Ecclesiæ. Et in Historia Tripartita lib. 9. Multa colliguntur exempla dissimilium rituum & recitantur hæc uerba: Mens apostolorum fuit non de diebus festis sancire, sed prædicare bonam conuersationem & pietatem.

Item Chrysostomus de Regressu Sancti Ioannis de Asia Constantinopolitani dicit Christianos non loco aut tempori addictos seruire quemadmodum Iudæi.

Augustinus in procemio.

Psalmi 111.

Tantum duo sunt præcepta charitatis in scripturis. Nihil aliud requiratis, nemo aliud uobis præcipiat. Qui diligit legem adimpleuit. Plenitudo legis est charitas.

DE

DE DELECTU CARNIVM

& discrimine Dierum

OMne quod in macello uenditur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. 1. Corin. 10

Abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum, cum gratiarum actione, fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem: Quia omnia bona, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. 1. Timot. 4

Surge Petre, occide, & manduca. Act. 11.
Ait autem Petrus: Absit domine, quia nunquam manducaui quicquã commune & immundum. Quod deus purificauit, tu commune non dixeris?

Si quis uos uocat infidelium ad cœnam, & uultis ire. Omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes, propter conscientiam. 1. Corin. 10

Nemo igitur uos iudicet, in cibo Coloss. 3
aut

aut potu, aut in parte diei festi, aut ne omenia, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christus.

Rom. 14. Qui uescitur, domino uescitur: gratias enim domino agit qui uescitur, non uescentem despiciat.

1. Corint. 2. Atqui esca uos non commendat deo, neq; si comedamus, aliquid nobis superest: neq; si non comedamus quicquam uobis deest.

Roman. 14. Hic quidem iudicat, diem ad diem conferens, ille autem idem iudicat de quouis die,

Titum 1. Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus, nihil est mundum, sed inquinata mens eorū, & conscientia.

Roman. 14. Noui siquidem & persuasum habeo per dominum Iesum, nihil esse commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse commune, ille commune est.

Marc. 7. Nihil est extra hominem, introiens in

ens in eum, quod possit eum coinquinare.

Augustinus epist. 119. ad

Ianuarium.

Inter omnia illa decem præcepta, solum ibi quod de Sabbato positum est, figurate obseruandum præcipitur, quam figuram nos intelligendam, non etiam per otium celebrandum suscepimus. Hiero. lib. comit in epist. ad Galat. Dies obseruatis, & c. supra citatum de Festiuis diebus.

Augustinus super epistolam Ioan.

Dist. 41. Delicia.

Deliciae quaelibet si absq; desiderio percipiuntur, non efficiunt, & uiles cibi appetuntur, accepti impediunt profectum abstinentiae. Dauid enim aquam male concupitam effudit, & Helias carnem comedit.

Idem in lib. Quaestionum Euangelij, Dist. 41. Can. Quod dicit.

Quod dicit dominus in Euangelio: Iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Ostendit filios sapientiae intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse iusticiam, sed in equanimitate tollerandi inopiam, & temperantia per abundantiam non se corrumpendi

rumpendi atque oportune sumendi uel non sumendū ea quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino quid alimentorum sumes, ut succurras necessitati corporis, dum modo congruat in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum, est: neque quantum sumas inest multum.

August. in lib. de doctrina Christiana, Dist. 41. Can. Quisquis.

Quisquis rebus pretereunibus restrictus utitur quam sese habent mores eorum, cum quibus uiuit aut intemperans, aut superstitiosus: quisquis uero sic eis utitur, ut metas consuetudinis honorū inter quos uersatur excedat: aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus, non usus rerum sed libido in culpa est. Quod igitur locis & temporibus & personis conueniat diligenter attendendum est, nec temerè flagitia reprehendamus: fieri enim potest ut sine aliquo uitio cupidinis, uel uoracitatis preciosissimo cibo sapiens utatur: insipiens autē foedissima gulae flamma in uilissimum olus ardescat, & sanius quisq; maluerit more domini pisce uesci quam lenticula more Esau nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorū: non enim propterea cōtinentiores nobis sunt

sunt plerūq; bestie, quia uilioribus aluntur escis. Nā in omnibus huiusmodi rebus nō ex earū rerū natura quibus utimur, sed ex causa utendi & modo appetēdi, uel probandū, uel improbandū est quod facimus.

Ex Concilio Martini Papæ,

Dist. 30. Can. Si quis.

Si quis etiam non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstinet, placuit sancto Concilio aut prægustet, etsi sic uult abstinere, abstineat. Si autem spernit ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens nec suspensionem hæresis à se remouens deponatur de ordine clericatus. Item, Dist. 23. Can. qui episcopus. In hoc Canone dicit quomodo sit examinandus episcopus. & inter cætera. Si carnium perceptionem non culpet, ait. Item, Lege decretum concilij Anticyrani, Anno CCCIII. habitum Anticyræ.

Augustinus de Eccle. dogmatibus, lib. 1. cap. 66.

Bonum est cibum cum gratiarum actione sumere, & quicquid deus præcepit edendum est. Abstinere autē ab aliquibus non quasi à malis, sed quasi non necessarijs, non est malum, & cap. 67. Cibos quoq; credere malos, uel malicias causare percipientibus, non est

non est Christianorum, sed proprie Herachitarum
& Manichæorum.

Idem ad Ianuarium

Epist. 119.

Quod scripsisti quosdam fratres ita temperare
à carnibus edendis, ut immundos qui comederint ar-
bitrentur, apertissime contra fidem, sanamq; doctri-
nam est. Sed hoc non solum credidi deo meo in illis
duobus præceptis totam legem prophetasq; pende-
re. Sed etiam expertus sum, experiorq; quotidie, quã
doquidem nullus mihi sacramentum aut aliquis ser-
mo admodum obscurior de sacris literis aperitur,
ubi non eadem præcepta reperiam: finis enim præ-
cepti est charitas de corde puro, & conscientia bona
& fide non ficta. Quapropter quod instituitur præ-
ter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramenti sit,
approbare nõ possum, etiam si multa huiusmodi pro-
pter nonnullarum uel sanctarum uel turbulentarum
personarũ scandala deuitanda, liberius improbare nõ
audeo. Sequitur: Ipsa tamen religio, quam paucissi-
mis & manifestissimis celebrationũ sacramentis mise-
ricordia deesse liberã uoluit, seruilibus oneribus pre-
munt, ut tolerabilior sit cõditio Iudeorũ, qui etiam si
tempus libertatis nõ agnouerint, legalibus tamen sarcin-

enit

imis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

Idem contra Fauustum Manichæum

Lib. 16 cap. 31.

Neq; enim hæc propter continentia disciplinamq; Vide quoq;
domandi corporis tangere prohibetis, sed quod im- August. li.
munda sint, nam ea sordes & fel gentis tenebrarum cõtra Adã
esse perhibetis, cõtra Apostolũ dicentẽ: Omnia mun mantũ Ma
da mundis. Paulo pòst: Audite & intelligete. Non q nicheũ ca.
intrat in os, cõmunicat hominem: sed quod procedit 14. Nã &
de ore, cõmunicat hominẽ. Et, Omnis plantatio, quã munda esse
non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur, etc. oia secũdũ
Hoc utiq; ideo, quia traditiões suas uolentes statuere fidem, & c.
in. mandata dei non intelligebant.

Cyrillus contra Iulianum lib. 7.

Optime et prudentissime nos in omni quidem re fa-
cimur ut recte & inculpatẽ uiuatur, condemnamusq;
improbos mores: censemus autem odiosa, adulterium
fornicationem, mendacium, obrectationem, & aua-
riciam, cunq; his mala alia. Hæc & sola scimus eos,
qui his laborant coinquinare. Ita nullum uitamus
edulium ut immundũ: corporales uerò uoluptates mo-
deratione cõpescimus, & aculeũ petulantioris carnis
hebetantes, parce uictitare cõsueuimus, & omnino in-
delicijs esse inter optima non ponimus. Ille autẽ uos

BB

institit

institoribus, saltatoribus & telonis comparare uult, Christianæ religionis libertatē ignorās, & quomodo probè in unaquaq; re agendū sit. Nō enim utētes insipienter humanis traditionibus, ridiculam delegimus conuersationē: sed diuinis potius & sacris eruditi legibus, honoramus uerè bonæ uitæ mores. Memores autem sumus eorum, quæ Paulus scribit: Cibus nos non commendat deo, neq; si edamus meliores sumus, neq; si non edamus deteriores. Et iterum etiam alio loco: Omnis cibus bonus, & nihil reiiciendū, sanctificatur enim per uerbum dei, & orationē. Ipsum autē omnium dominatorem & legislatorē Christum audite, & intelligite: Nō quod ingreditur in os coinquinat hominem, sed quod egreditur ex ore, & hoc coinquinat hominē: de corde enim exeunt cogitationēs malæ, cædes, adulteria, furta. Et hæc sunt quæ hominem coinquinant.

Theophylactus in epistolam ad

Roma. cap. 14.

Nihil cibo Scio & confido in domino, id est, nō in cogitationibus hisce humanis, sed in domino, hoc est, edoctus ab eo & certior factus, quod nihil per se sit inquinatū, id est, quò ad eius naturā immundū, sed ad id eorum
homi-

hominū fieri opinionē, immundum, à quibus & solis for dibus dum habeatur, non cæteris, &c.

Augustinus Ianuario de ritibus

Ecclesie.

Quod autē instituitur præter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramēti sit, approbare non possū, &c. Sed & hoc nimis doleo, quia multa quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, nimis curantur & tā multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius corripatur, qui per octauas suas terras nudo pede tetigerit, quàm qui mentē uinolentia sepeuerit. Et paulò post dicit. Hæc omnia ubi facultas tribuitur sine ulla dubitatione refecanda existimo.

Isidorus 1. Quæst. 3. Can.

Si is qui.

Si is qui præest si præter uoluntatem uel præter quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur, uel dicit aliquid, uel imperat, tanquam falsus testis dei, aut sacrilegus habeatur. Quibus aut non perspicuum est Papam esse sacrilegum eximium qui nobis escam ac nuptias prohibuit, de quibus sacrilegis & spiritibus erroris Paulus dudum prophetauerat ad Timotheum. At homines enim non præesse debere hominū conscientijs testatur Paulus apertissime: Omnia,

B b 2 inquires,

inquiens, uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, id est, Nec Paulus, nec Apollo habent auctoritatem obligandi conscientias uestras. Hinc apparet, ecclesie magnates, Episcopos, Papas, non suis sed nostris usibus datos esse, adeo ut iam nostri sint, & nobis inseruiant in omnibus quæ salutis sunt. Vetuit igitur Petrus suis cōpresbyteris, ne dominarentur clero, ne se ut uastatores numina quædã terrestria efferrēt. Nō aliã Apostolis dominus dedit auctoritatem, quã ut docerēt seruire ea quæ ipse præcepisset, quod facientibus, sese perpetuo, usq; ad mūdi finem præsentem affuturum astruxit, Trenorum 4. declarat diuus Hieronymus. Extra materiam peccati, hominem non præesse homini. Ceterum cum peccatum sit motus, aut dictū, aut factum contra legē duntaxat diuinam, Augustino asserente, & cum legis consummatio & plenitudo sit charitas, quo modo asseueratis uos Papistæ hūc peccare, qui humanam uiolauerit traditionem ubi abest scandali ratio? Maxime cum scriptum sit: Tantum quod ego præcipio tibi, facito: Et in præceptis patrū uestrorum nolite ambulare, & iudicia eorum nolite custodire.

Bracarēse Cōcilium Bracarense secundum, Anno DC. XIX. celebratum anathematizat qui abstinent ab esu (nisi

con

continentiæ causa) carnis, & cōmunem, hoc est, impurum duxerit cibum quem deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Similiter Concilium tredecimum Toletanum anathematizat prohibentes esum carniū & auium.

Chrysofomus in cap. Hebr. 13.

Homilia 33.

Bonū est, inquit, gratia cōfortari cor, nō escis Iste Ciborū ab sunt uaria, ista noua, maxime Christo dicente: Non sunt uaria, ista noua, maxime Christo dicente: Non quod intrat in os, non coinquinat hominem, sed quod fidei sine egreditur. Et paulo post: In quibus his qui ambulauerunt, inquit, nihil utile prouenit, hoc est, qui semper ista custodiunt: quod enim lucrū est rogo ex obseruationibus? Nōne interimunt magis? Nōne huiusmodi hominē sub peccato constituunt? Hæc enim custodire potius est, una nanq; obseruantia, abstinere à cibis, dum etiam quidam in tantum sint uecordes, ut etiam de sacrificijs participari non ualeāt? Proinde nihil eos saluauit, licet studium gererent circa huiusmodi obseruationes, uerum quia fidē non habuerunt, nihil illis profuit escarum illa custodia. Idē in epist. 1. Corinth. cap. 10. Homilia 25. ait, omnia indifferenter esse comedenda ex foro.

Bb 3

Theo

Theophylactus in comment. ad

Hebr. 15 cap.

Bonum est enim gratia stabiliri cor, non escis quæ non profuerunt ambulanti- bus in eis. Arguit autē qui Iudaicam ciborum abstinentiam & obseruationē induxerant: Escis enim in- quiens gratia, hoc est, fide stabiliedī, reddendiq; certiores, nihil esse prorsus im- mundū, & per se purā esse credenti omnia. Est itaq; fides hæc, non escarum obseruatio, necessaria: qui enim à cibis præcauerint, id est, qui in eiusmodi escarum obseruationē semper intendunt, perspicuum est nil hos profecisse, ut qui extra ueros fidei terminos deua- gentur, &c. Codex præ se fert Titulum nomini Athanasij uerū falso inscribitur, quum sit Theophylacti in epistolas Pauli.

IEIUNIVM MODERATVM.

res necessaria & præcepta omni- bus, licet non alligatum cer- tis temporibus.

Lucæ 21.

CAuete ne grauetur corda uestra
crapula & ebrietate.

Rom. 13

Non in comestationibus, & ebrie-
tatibus, non in cubilibus ac lasciujs,

NON

non in contentione & emulatiōe, sed induamini dominum Iesum Christū & carnis curam ne agatis in concupiscentijs.

In omnibus commendemus nos ut dei ministros, in ieiunijs, &c. 1. Cor. 6

Quicumq; sunt Christi, carnem suā crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs. Galat. 5

Ridentur quorum deus uenter est, & gloria in confusione eorum. Philip. 3

Succinctis lumbis mentis uestrę, sobrie, perfecte, sperate in eam, quæ ad uos defertur gratiam. Non accōmodetis uos pristinis concupiscentijs. 1. Petri 1.

Summa ieiunij, uiuere sobrie & temperate, non uno aut certis diebus, sed tota uita, in timore domini ambulare.

Ieiunia, quæ quidem scriptura memorat, in sup- plicationibus sacratoribus duntaxat adhibita legimus: eaq; ad minimum uno die absque cibo transa- cto, sæpe autem biduo, aliquando etiam triduo. Vnū diem absq; cibo transmiserunt Israëlita, cum dei auxilium orarent, cæsi à Beniamitis Iud. 20. Item, cum

Bb 4 peccata

peccata sua deslerent in Mizpah. 1. Regum 7. Item David, & qui cum eo erant, cum occisum Saulem & filios eius lugerent 1. Reg. 13. Nehemiah biduum ieiunasse legitur, Nehemiah. 1. Esther cum suis contribulibus, & Niniuitæ ieiunarunt triduo. Vulgata tamen & ex lege mutuata ieiunandi ratio apud ueteres fuit: diem unum, & cibo, & cunctis delicijs abstinerere, unde usum sacci & cineris sepius coniunctum legimus. Seria enim supplicia fuerunt, quotiescunq; ieiunia suscipiebantur. Deus namq; unum aut taxat diem, toto anno ad ieiunandum instituerat, factum quoq; nonnunquam est, ut sancti multos dies in ieiunijs coniunxerint, sed ut quotidie tamen uestire, finito die, cibum sumpserint. Ita diebus trium hebdomadarum ieiunauit Daniël, Daniëlis. 10.

Nec aliam equidem crediderim ieiunando rationem fuisse, & sanctis noui Testamenti, ut quod Prophetæ & doctores Antiochiæ susceperant, supplicantes deo, ex suggestione spiritus sancti, Paulum & Barnabam amandaturi in prædicatione Euāgelij. Acto. 13. Et quod hi ipsi duo apostoli ieiunarunt, precantes pro Ecclesijs Antiochiæ, Pisidiæ, Iconij & Listris, Acto. 14. Item, 1. Corinth. 7. à coniugibus precationis causa suscipiendū, propter quod & à congressu

tem

temperandum censet. Item, quod 2. Corinth. 6. inter reliqua sanctorum officia memorat, iunctum uigiljs Nusquam enim de ieiunijs legimus, ubi non ob preces ardentius fundendas susceptum, scriptura testatur Ex quo satis liquet, ieiunium fuisse ueteribus, non cibi modo, sed semel omnium deliciarum abdicationem terū omnium ad hoc institutum, ut interim, uel lamentis pro peccata deliciarum, uel alijs uehementioribus ad deum, toti uacarent. abdicatio. Etenim ea abstinentia, qua carnis petulantiam quoti die retundi necesse est, uocatur in scriptis apostolicis non ieiunium, sed temperantia, græcè Σωφροσύνη Si namq; semper caro mortificanda nobis est, & cum Christo crucifigenda, nunquam sanè, nō cibi potusq; modo, eius insolentia reprimenda est. Proinde abstinentia adhibenda Christiani est perpetuo. Ieiunia uerò ijs temporibus, quibus uehementiori spiritu præcari animus est, quod si dei studium nos uerum teneat, non adeò raro impelleremur.

Ecclesiæ ieiunia non quæ à uulgò uidemus obseruari, sed quæ sancti Patres instituerunt, nō adeò multum uariant ab ijs, quæ scriptura memorat, obseruatum taq; non minus ab Apostolis, quàm Iudeis reliquis legimus. Nam Calcedonense concilium statuit, ut nulla Calcedonensis tenus credantur ieiunare, qui ante manducauerint, se Concilium

Bb 5 quam

Thomas de
Aquino.

quam uefperinum celebretur officium. Ad hæc nul-
la ieiunia agnouerunt, quæ non essent ex contrito ob-
peccata corde, & ardenti ob pietatē pectore suscepta
Et D. Thomas 2. lib. *Questionū Theolog. Quest.*
147. ac Scholastici omnes, ieiunium actum uirtutis
faciunt, hoc est, rem recta ratione ad id quod honestū
& per se bonum est, institutam: & addit tria esse, ob
quæ ieiunium suscipiendum sit. Primum, ut petulan-
tia carnis reprimatur. Alterum, ut mens in superne
eleuetur. Tertium, ut digna ob peccata castigatio per-
ficiatur. Nam quicquid sancti Patres tradiderunt,
ad id tradiderunt, ut meliores inde fierent, & Chri-
sto nomen dederunt. Nec enim est in Ecclesia potestas
inquit Paulus, nisi ad ædificationem. Et Apolloni-
us quidam Ecclesiasticus scriptor, ex eo peruersi spi-
ritus Montanum hæreticum arguit, quod leges ieiunio-
rum primus imposuerit, ut meminit Eusebius in
historia Ecclesiastica libro 5. cap. 18. Idem cap. 24.
eiusdem libri uerba Irenæi citat, scribentis perseue-
rante fidei unitate, adeo tamen uariam fuisse ieiunio-
rum obseruantiam, ut quidam uno tantū die, alij duo-
bus, alij pluribus, nonnulli quadraginta ieiunium ob-
seruandum putarint. Et quod tanta ieiuniorum dis-
crepantia, fidei consonantia non ruperit, hoc est, neu-
tri alter

tri alteros abiecerint, adeo probat, ut hoc exemplo,
Victorem episcopū Romanum mouere coneretur, ut
idem sibi faciendum ducat in disfidio, quod tum de tē-
pore Paschatis uigebat. Hinc diuus Hilarius, Hiero-
nymus, Chrysostrmus, Augustinus & alij Patres, ubi
cunque de ieiunijs scribunt, non leges & statuta pu-
blica urgent, quam hortantur, ut a peccatis primum
inde à superuacaneis delicijs uiuere: sicut Christiani ab-
stineant, etiam si legibus ieiunandi, nō tam exacte re-
spondeant. Vnde Chrysostrmus in quadam de ieiunio
oratione: Si ieiunare non etiam potes, potes tamen ab-
stinere à delicijs.

Septem septimanas ante Pascha ieiunium obseruan-
tum à clericis Telephorus instituit. Calixtus. 1. statuit sine institua-
ter in anno ieiunandum, ut frumenti, olei, et uini pro-
uentus esset eò maior, feliciorq;. Postea mutato consi-
lio quater in anno ieiunandū præcepit, anno in qua-
tuor partes partito. Dist. 76. Can. Ieiunium. Qua-
tuor temporum distinctio, eorumq; ieiunia quidam
Vrbano primo tribuunt. Platina. Sabellicus.

Innocentius primus Sabbato ieiunij celebrandum Quatuor
instituit. Causa instituti Ieiunij fuit, qd' Christus eo die tempora-
in sepulchro latuit, & qd' moesti discipuli tū ieiunare
rint. Plat. Sabel. hæc. Sed copiosius excutiamus patres
quodnā herū ieiunij sit.

Origenes

Origenes in Leuiticum, Homi.

lia 10. Cap. 16:

Tu si uis ieiunare secundum Christum, & homi-
liare animam tuam, omne tibi tempus est aptum to-
tius anni, imò totius uite tue dies habeto, ad humili-
andam animam tuam, si tamen didicisti à domino sal-
uatore nostro: quia mitis est et humilis corde. Tu ita-
que si uis ieiunare: ieiuna secundum præceptum eu-
gelij, & serua in ieiunijs euangelicæ leges, in quibus
hoc modo saluator de ieiunijs mandat. Tu autem si ie-
iunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, &c.

Vis tibi adhuc ostendam quale te oportet ieiunare ie-
iunium? Ieiuna à malis actibus, abstine à malis ser-
monibus, contine à malis cogitationibus. Noli contin-
gere panes, furtiuos peruersæ doctrinæ. Non concu-
piscas fallaces philosophiæ cibos, qui te à ueritate se-
ducant. Tale ieiunium deo placet. Abstinerè uerò à
cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratia
rum actione fidelibus, & hoc facere cum his qui cru-
cifixi sunt, acceptum esse non potest deo. Indignati
sunt aliquando Pharisæi domino, cur ieiunarent disci-
puli eius, quibus ille respondit, quia non possunt filij
sponsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus. Illi er-
go ieiunent, qui perdidit sponsum. Nos habentes

nobiscum

nobiscum sponsum ieiunare non possumus. Nec hoc
tamen ideò dicimus, ut abstinetiæ Christianæ frena la-
xemus. Habemus enim quadragesimæ dies ieiunijs cõ-
secratos, habemus quartam & sextam septimanæ di-
es, quibus solenniter ieiunamus. Est certè libertas Chri-
stiano per omne tempus ieiunandi, non obseruantie
superstitione, sed uirtute continentie.

Chryostomus in Matthæi

Homil. 48

Vides, inquit, quia uita recta, magis omnibus cæ-
teris iuuat. Rectam autem uitam appello, non ieiunã
di laborem, nec ciliij aut cineris lectulum. Sed si pe-
cuniam non aliter quàm oporteat, despicias: si chari-
tatem ardeas, famefcentes pane tuo nutrias: si superi-
or ira sis: si gloriam inanem non consistas: si inuidia
non detinearis.

Hieronymus ad Nepotianum.

Montanus

Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quan-
tum ferre potes. Sint tibi pura, casta, simplicia, mode-
rata, & non superstitiose ieiunia. Quid prodest
oleo non uesti, & molestias quasdam difficultates quibus
ciborum querere, carycas, piper, nuces, palmarum fru-
ctus, similitam, mel, pistacia? Tota hortorum cultura
uexatur, ut cibario non uestamur pane, & dum de-

28.
licias

licias sectamur, à regno coelorum retrahimur. Au-
dio præterea quosdam contra regulam hominumque
naturam, aquam non bibere, nec uesci pane, sed sor-
bitiunculas delicatas, & contrita olera, betarumque
succum, non calice sorbere, sed concha. Proh pudor,
non erubescimus istiusmodi ineptis, nec tædet super-
stitionis? Insuper etiam famam abstinentiæ in deli-
cijs querimus. Fortissimum ieiunium est aquam, &
panis. Sed quia gloriam non habet, & omnes pane,
& aqua uiuimus, quasi publicum & commune ieiunium non putatur.

Cyrillus in Leuit. lib. 10.

in fine.

Est certè libertas Christiana, per omne tempus ie-
iunandi, non obseruantie superstitione, sed uirtute cõ-
tinentiæ. Nam quomodo apud eos castitas incorru-
pta seruatur, nisi arctioribus continentie fulta substi-
dijs? Quomodo scripturis operam dabunt, quomo-
do scientiæ & sapientiæ studebunt? nõnne per conti-
nentiam uentris & gulæ? Quomodo quis seipsum
castrat propter regnum coelorum, nisi ciborum afflu-
entiam resacet, nisi abstinentia utetur ministra? Hæc
ergo Christianis ieiunandi ratio est.

Hieronymus

Hieronymus ad Lucinium.

De Sabbato quod queris utrum ieiunandum sit,
& de eucharistia an accipienda quotidie, quod Ro-
manæ ecclesiæ, & Hispaniæ obseruare perhibentur
& c. Sed ego illud te breuiter admonendum puto, tra-
ditiones ecclesiasticas (præsertim quæ fidei non offi-
ciant) ita obseruandas, ut à maioribus traditæ sunt.
Nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario mo-
re subuertit. Atquinam omni tempore ieiunare pos-
simus, quod in Actibus apostolorum diebus Penthe-
costes, & die dominica, apostolum Paulum, & cum omni tem-
pore. eo credentes fecisse legimus, & c. Et Paulo post: Nec
hoc dico quod dominicis diebus ieiunandum putem,
& contextas sexaginta diebus ferias auferræ, sed una
quæq; prouincia abundet in suo sensu & c.

Chrysofomus in cap. Geneleos 1.

Homilia 9.

Ieiunium autem dico, abstinentiam à uitijs. Etenim ieiunium uerè
abstinentia à cibis propter hoc recepta, ut rigorem carnis et eius
refrenet, & equū moderanti facile parere. Ieiunium uerè
operatur, ante omnia oportet iram refrenare, mansue-
tudinem & lenitatem addiscere, habere cor contri-
tum, & quod absurdas concupiscentias repellat, ante
oculos continuo proponere oculum æterni iudicis, et

tribunal

Ieiunium ue=
rum.

tribunal inde prauabile, ex pecunijs fieri meliorē, et illis dominari: liberalē esse in dāda elemosyna nullū malum aduersus proximum in cor admittere. Hoc uerum ieiunium est, sicut & Esaias ex persona dei loquens, dicit: Non hoc ieiunium elegi, dicit dominus. Etsi torqueas ut circulum ceruicem tuam, & saccum & cinerem substernas, neq; sic uocabitur ieiunium acceptum dicit dominus: sed quale dic? Solue, inquit, obligationes uolentorū contractuum, frange esuriētī panem tuum, pauperem absq; tecto reduc in domum tuam. Etsi hęc feceris, inquit, tunc erumpet matutina lux tua, et sanitates tuę statim oriētur. Vidisti dilecte quale sit uerū ieiunium? Hoc uobis curę sit, & nō ut pleriq; existimemus definiri in hoc ieiunium, si ad uesperam usq; impransi maneamus.

Dist. 5. cari.

Ieiunium.

Ieiunium
magnum.

Augustinus super Ioannem.

Ieiunium autem magnum, et generale est, abstinerē ab iniquitatibus, & de illicitis uoluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium in hoc seculo. Quasi enim quædragessimā abstinentiæ celebramus, bene cum uiuimus cum ab iniquitatibus, & ab illicitis uoluptatibus abstinemus. Ex his patribus apparet, quā laxarint ieiuniorum præcepta, non quidem ut illa resingerent, sed ut eò Christianū adducerent, quod & ieiunia insti-

tut.

tuta sunt, nempe ne amitteretur Christiana libertas. Odit enim deus coactum seruitium.

Chrysostomus ad populum

Homilia 71.

At si fide quidem opus est, quid est opus ieiunio? Consule latius ipsum Chrysostomū. Et, Idē ad populum, Homilia 3. Ieiunium autem dico, non hoc uulgare, sed accurratum ieiunium: non tantum ciborum abstinentiam, sed & peccatorū: non enim ieiunij natura peccata eripere sufficit, nisi congrua cum lege fiat, & c. Ne igitur inter ieiunij laborē à ieiunij corona discamus, qualiter & quomodo huiusmodi negocium celebrare debeamus: quoniā et phariseus ille ieiunauit, sed post ieiunium illud descendit inanis, & ieiunij fructibus cassus. Publicanus nō ieiunauit et phariseum ieiunantem præcessit, non ieiunans: ut discas quod ieiunij utilitas nulla sit, nisi & reliqua omnia quę puri cordis sint consequantur.

Hieronymus

Consentit his, qui non in uno loco hac de re scribit, cuius & hoc præceptum legitur: Sunt tibi quotidiana ieiunia, & refectio saturitatem refugiens: nihil enim prodest tibi, biduo uel triduo transmissio, uacuum portare uentrem, si post pariter obstruatur.

Et

item

Ite alibi: Sint tibi ieiunia pura, cōtinua, moderatq; hoc est, quotidie esurire, & quotidie prandere.

Chrysoſtomus in Gen. Homil. 4.

Et ne existimemus inediā usq; ad uesperam ad salutē nobis sufficere. Nā si peruersis Iudæis dicebat deus misericors per prophetā: Ecce annis 70. nō ieiunabitis mihi ieiuniū. Et si comederitis & biberitis, nōne uos cōmēditis & bibitis? Hęc dicit dominus omnipotens: Iudiciū iustum iudicate, misericordiā & misericordiam faciāt unusquisq; cum proximo suo, &c.

Vide ipsum Chrysoſtomū. Idem in Gene. 1. Homil. 10. Igitur, inquit, cibum qui accipit et ieiunare nō ualet. Igitur, inquit, cibum qui accipit et ieiunare nō ualet. Igitur, inquit, cibum qui accipit et ieiunare nō ualet. Igitur, inquit, cibum qui accipit et ieiunare nō ualet. Qui hęc fecerit, uerum ieiunabit ieiunium, quod à nobis exposcit dominus. Idē in cap. Gen. 3. Homil. 15. Declinemus à malo, et uirtuti studeamus: Hoc etenim uerum est ieiunium.

Idem in Matth. 13. Homil. 47.

Via recta nō in ieiunio uel cilicio cōsistit. Rectam uitā appello non ieiunandi laborē, nec cilicij ac cineris lectulū: sed si pecuniam nō aliter quam oporteat despicias: si charitate ardeas, &c. Non dicit ieiunium suum esse imitandum, quamuis 40. dies illos posset proponere: sed, Discite à me, quoniam mitis sum & humilis corde. Imò uerò contra, omne quod

quod apponitur uobis comedite, inquit, Paulus. De pecunijs aut quā exactissime mandauit, dicens: Non possideatis aurum neq; argentū, nec es in zonis uestris. Hęc dixi, non quia ieiunium mihi non placet, quod magnis soleo efferre laudibus: sed quia doleo, si ceteris neglectis, satis ad salutem nobis ieiunium existimemus, quod in choro uirtutum certe extremū sortitur locum.

Augustinus ad Caufulanum

Presbyterum epistola, 86. de ieiunijs Priscorum.

Augustinus dicit ieiunium non iustificare. Ego inquit, in Euangelicis & Apostolicis literis, totoq; instrumento, quod appellant Testamentum nouum, ieiunium non animo id reuoluens uideo preceptū esse ieiunium. Qui iustificat, bus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat precepto domini uel Apostolorum non inuenio definitum. At per hoc sentio non quidē ad obtinendā quam fides obtinet iusticiam, in qua est pulchritudo filie regis intrinsecus, sed tamen ad significandam requiē sempiternā, ubi uerum est sabbatum relaxationem, quam contritionem ieiunij aptius conuenire. Veruntamen in huius Sabbati ieiunio sine prandio, in his uidetur mihi tutius pacatiusque

seruari, ut qui manducantem manducat non spernat
& qui non manducat manducantem non iudicet.

Quia neq; si manducauerimus abundabimus: neq; si
nō manducauerimus, egebimus: custodita scilicet eo-
rū inter quos uiuimus in his rebus inoffensa societate
Sicut enim quod ait Apostolus uerum est, malum ho-
mini esse, qui per offensionē manducat, Ita malum est
homini, qui per offensionem ieiunat.

D. Chrysostomus

Alicubi ait, honestum ieiunium, sed nemo cogatur.
Et alibi non potentē ieiunare hortatur, ut absteineat à
delicijs, idq; adfirmat haud magno à ieiunio interuallo
distare, ualidumq; esse telum ad reprimendum furo-
rem diaboli. Itē tēpore Chrysostomi duos dies in qua-
dragesima in hebdomada nō ieiunabatur, sic in cap-
Gene. 2. Homil. 11. Ita & nunc his, inquit, qui in hac
quadragesima ieiunij cursum suscipere, quasi statioes
& diuerticula & littora & portus, per duos hebdo-
madæ dies quietē largitus est, ut & corpori aliquan-
tulum ieiunij labores remittantur, & animam reso-
cillent ieiunantes, & ex actis duobus illis diebus in pul-
chro cœpto itinere alacriter pergant.

Item

Item, Ieiuniū sabbati Innocentius eius nominis pri-
mus constituit. Item, Calistus eius nominis primus Ie-
iunium quatuor temporum instituit. Et Telephorus
eius nominis primus quoq; Septem hebdomades ante
Pascha, ieiunium præcepit. De illorum Vitis uide
Platinam.

Hieronymus lib. Comment. in epi-
stolam ad Galat.

Ieiunia & congregationes inter dies propter eos à
uiris prudentibus cōstitutos, qui magis sedulo uacant
quam deo, nec possunt imò uolūt, toto in Ecclesiæ ui-
tæ suæ tempore congregari, & ante humeros actus
deo orationum suarum offerre sacrificium.

Gregorius eius nominis Septimus in Cōcilio Romæ
Anno. M. LXXIIII, habito. Christianis Sabbato
die carnem edere prohibuit.

Cyrillus in Euang. Ioannis cap. 13.

Lib. 9 cap. 24.

Quomodo ergo cognita ueritate conuertimini iterū Ieiuniū qua
ad infirma & egena elementa huius mundi? quibus Ieiuniādū.
rursum à capite seruire uultis &c. Audi quomodo
per Esaiam huiusmodi ieiuniū deus respuit, & dicit
Nō hoc ieiunium elegi dicit dominus: neq; dicit, ut hu-
miliet homo animā suam. Tu si uis ieiunare secundū

cc 3 Christum,

Christū, & humiliare animā tuā. Omne tibi tempus apertum est totius anni, imò totius uitæ dies habeto ad humiliandā animam tuā, si didicisti tamē à saluatore nostro qui mitis est et humiliationis dies qui Christū sequeris, qui est humilis corde & humilitatis magister? Tu itaq; si uis ieiunare, ieiuna secundū præceptum Euāgelij, obserua in ieiunijs euāgelicas leges in quibus hoc modo saluator de ieiunijs mandat: Tu autē si ieiunas, unge caput tuum & laua faciē tuā. Quod si requiris quomodo laues faciē tuā. Paulus apostolus dicit: Quē admodum reuelata faciē gloriā domini cōtempleris ad eandē imaginem reformatus à gloria in gloriā tanq̄ in domini spiritu. Et paulo post. Ieiunans enim debes adire Pontificē tuū Christū, qui utiq; nō in terris requirēdus est, sed in cœlis: & per ipsum debes offerre hostiā deo. Vis tibi adhuc ostendā qualiter te oportet ieiunare ieiuniū? Ieiuna ab omni peccato, nullū cibū sumas malicie, nullo uino luxuriæ incalescas, ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, cōtine à cogitationibus. Noli cōtingere panesurtiuos peruersæ doctrine, nō cōcupiscas fallaces philosophiæ cibos, qui te à ueritate seducāt. Tale ieiunium deo placet, Idē in Euangelium Ioannis cap. 13 lib. 9. cap. 24 dicit quod ieiunio nemo se quid consequi potest, nisi fratrem diligat.

OBE

humane exhibenda.

Pincipi populi tui non maledices.

Non obedientes passim puniti sunt ut ab exemplo uiderelicet in Dathan & Abyron. Exodi 22.

Liberi sunt filij, sed ne simus offenculo, profectus ad mare, mitte hamū & eū piscē qui prodierit primus, tolle et aperto ore illius inuenies staterē acceptam eam, da illis pro me & te. Nume. 15

Principatus Gentium non prohibetur. In uicarijs autem Apostolorum non sic agendum. Matth. 17

Sed & malis obediendū si super cathedram Moysi federint, & recte docuerint, Matth. 23. Quæcunq; dicunt facite.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari; & quæ dei, deo. 22.

Maria & Ioseph paruerunt edicto Imperatoris, ut irēt in ciuitatem suā Bethlehem. Matth. 1

Cc 4

Non

Ioan. 19 Non haberes potestatem in me nisi tibi datum esset desuper.

Rom. 13 Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit.

1. Timot. 2 Adhortor, ut fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, &c. pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia constitutis.

Titum 3. Hortare, ut potestatibus subditi sint ut pareant magistratibus.

1. Petri 2. Subditi estote cuius creaturæ, propter Dominum, siue regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, ut qui ab ijs mittantur, ad uindictam quidem nocentium: laudem uero recte agentium, Quoniam sic est uoluntas domini.

Ibidem. Tanquam liberi, & tamē non tantū uelamen habentes, malitiæ libertatē, sed tanquam serui dei.

Ibidem. Omnes honorate, fraternitatem diligite, deum timete, regē honorate.

Augu

Augustinus in lib. ad Roma.

Propositione. 72.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi a deo. Rectissime admodum tu quatenus net ne quis ex eo quod a domino suo in libertatem uocatus est factus Christianus, extollatur superbia, & non arbitretur in huius uite itinere seruandum esse ordinem suum & potestatibus sublimioribus quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non se esse subdendum. Cum enim cōstemus ex anima & corpore, quamdiu in hac uita temporalium sumus, etiam rebus temporalibus ad subditiū degendæ huius uite ut amur, oportet nos ex ea parte quæ ad hanc uitam pertinet subditos esse potestatibus id est, hominibus res humanas cum aliquo honore ad ministrantibus. Ex illa uero parte qua credimus deo, Per fidem et in regnum eius uocamur, non nos oportet esse subditi liberi sumus, sed serui cuiquam homini, id ipsum in nobis euertere cupimus, sed serui propter pietenti, quod deus ad uitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniam Christianus est, non frater. sibi esse uectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis qui hæc curant potestatibus, in magno errore labitur. Sed modus iste seruandus est quem deus ipse scribit, ut reddamus

Cc s mus

mus *Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt.*

Chrysoſtomus in cap. Matth. 22

Hom. 71.

Tu uerò cum audis reddenda esse *Cæsari, quæ sua sunt, illa solum dici non dubita, quæ pietati ac religioni nihil officiant.*

Ambrosius contra Auxentium.

11. *Quæst. 1. Can. Si tributum.*

Si tributum petit Imperator: non negamus, *agri ecclesiæ soluant tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem habet uendicandorum, tollat eos si libitum est, Imperatori non dono, sed non nego.*

Idem, Ibidem Can.

Magnum.

Magnum quidem est & speciale documentum, quo Christiani uiri sublimioribus potestatibus docentur esse subiecti: ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendam. Si enim censum filius dei soluit, tu quis tantus es qui non putas esse soluendum. Item Apostolus: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Item Petrus generaliter omnibus fidelibus scribit: Estote subditi, &c.

August. 11. *Quæst. 3. Ca. Qui resistit.*

Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, sed quid.

quid si illud iubeat quod non debeas facere? hac sanè in re contemne potestatem, & ipsos humanarum legum gradus aduerte. Si aliquid iusserit curator, sciendum est: tamen si contra proconsul iubeat non utiq; contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire nec hinc debent minor irasci, si maior prelatatus est.

Rursus si ipse consul aliquid iubeat, & aliud iubeat Imperator: uel si aliud iubeat Imperator, & aliud deus, quid iudicis: maior potestas deo, da ueniam ò Imperator, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam tibi assumenda est fides tua tanquam scutum, in quo possis omnia ignea iacula inimici extinguere.

Theophylactus in Lucam

Cap. 20.

Vt ei qui potestatem habet super corpora nostra, corporaliter subiaceamus, siue rex sit ille, siue tyrannus: nihil enim hoc nobis nocet, ut spiritaliter bene placeamus deo spirituum. Reddite enim, inquit, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ dei sunt, deo. Et uide quia non dixit, date: sed, reddite. Debitum igitur, inquit est, reddite igitur debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, uitam tuam pacatam facit, debes itaq; ei pro his tributum. Et alibi: Etiam ipsum quæ habes numum, ab illo habes.

Irenæus

Irenæus aduersus hæreses lib. 4.

Cap. 70. & lib. 5.

Adducit in 4. lib. locum Pauli cap. 13. Sed in 5. li. sic inquit: Et per Salomonem ait uerbum: Per me reges regnabunt, & potestates tenent iusticiam. Per me principes exaltantur, & tyranni terræ. Et paulus Apost. hoc in ipsum ait: Omnibus potestatib. sublimioribus subiecti estote: non est enim potestas nisi à deo. Et Paulo post: Hoc autem & dominus confirmauit nõ faciens quidem quod à diabolo suadebatur; tribulatorum autem exactoribus iubens pro se, et pro Petro dare tributum, & c.

Idem August. in expositione Epist.

ad Galat. Cap. 3.

Distantia non est in fide de Christi. In fide Christi non est distantia Iudæi & Græci: non serui neq; liberi: non masculi neque foemine: in quantum enim omnes fideles sunt, omnes unum sunt in Christo Iesu: Et si hoc facit fides, per quam in hac uita iuste ambulatur, quanto perfectius atq; cumulatius id species ipsa factura est, cum uidebimus facie ad faciem? Nam nunc quamuis primitias habentes spiritus, qui uita est, propter iusticiam fidei, tamen quia adhuc mortuum est corpus propter peccatum, differentia ista uel gentium, uel conditionis, uel sex: iam quidem

quidem ablata ab unitate fidei, sed manet in conuersatione mortali, eiusq; ordinem, in huius uitæ itinere seruandum esse, & Apostoli præcipiunt: qui etiam regulas saluberrimas tradunt, quemadmodum secum uiuant, & pro differentia gentis Iudæi & Græci: & pro differentia conditionis domini & serui: & differentia sexus uiri, & uxoris: uel si quæ talia cætera occurrant. Et ipse prior dominus qui ait Reddite quæ sunt Cesaris Cesari, & deo quæ dei sunt. Alia sunt enim quæ seruamus in unitate fidei sine ullo distantia: & alia in ordine uitæ huius, tanquã in uia, ne nomen Dei & doctrina blasphemetur. Et hoc non solum propter iram, ut effugiamus offensio nem hominum, sed propter conscientiam: ut nõ simulate, quasi ad oculum hominum ista faciamus, sed pura dilectionis conscientia propter Deum, qui omnes homines uult saluos fieri & c.

Augustinus ad Macedonium

Epist. 54

Qui uestrum est sine peccato, prior in illam lapidatus demiciat, ipsius qui hoc dixit sectaremur exemplū, qui cum esset utiq; sine peccato, ait mulieri quam perterriti illi reliquerant: Non ego te condemnabo, uas iam deinceps noli peccare. Si malicia tibi parcere

potuit.

potuit, quid metuis innocenciam? Et ne delictorum non doctor, sed ne approbator uideretur: Vade aut, iā deinceps noli peccare, ut se homini pepercisse, nō frustra in= hominis culpam sibi placuisse monstraret. iam uides stitutum est igitur de religione descendere, nec nos societate criminū obstringi, quod intercedimus plerunq; etiā pro sceleratis, & si non scelerati, tamen pro peccatoribus peccatores: & qd' ueraciter potius quā iniuriā se dictū accipias, puto qd' apud peccatores. Nec ideo sanē frustra instituta sunt, potestates regis, uis gladij cognitoris, ungulae carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiā boni patris. Habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Hæc cum timentur, & coërcentur mali, & qui etius inter malos uiuunt boni: non quia boni pronunciandi sunt qui talia metuendo non peccant (Non enim bonus est quispiam timore poenæ, sed amore iusticie) ueruntamen non inutiliter etiam metu legum humana coërcetur audacia, & ut tuta sit inter improbos innocencia, & in ipsis improbandis dum formidato supplicio frenatur facultas, inuocato Deo sanetur uoluntas. Sed huic ordinationi rerum humanarū contrariæ non sunt intercessiões Episcoporum, imò uerò nec causa nec locus intercedenti ullus esset, si ista non essent. Tanto enim sunt

sunt intercedentiū & parcentiū beneficia gratiora, quanto peccatiū iustiora supplicia. Nec ob aliud quā tū sapio, in ueteri testamēto antiquorū tēporibus Prophetarū seuerior legis uindicta fruebat, nisi ut ostenderetur recte iniquis poenas cōstitutas: ut qd' eis parcere noui testamēti indulgentia cōmonemur, aut re= medium sit salutis quo peccatis parcatur & nostris aut cōmendatio mansuetudinis: ut per eos qui parcent ueritas prædicata, non tantum timeatur, uerum etiā diligatur. Plurimum autē interest, quo animo quisq; parcat. Sicuti enim est aliquādo misericordia puniens, ita & crudelitas parcens. Nā, ut exempli gratia manifestam aliquid ponā, quis nō crudelem uerius dixerit eum, qui puero pepercit uolenti obstinatissime de serpentibus ludere? Quis autem nō misericordē qui talia prohibens, cōtemptorem uerborum etiā uerberibus emendauerit? Et ideo non usq; ad mortem protendenda est disciplina, ut cum sit cui pdesse possit: quanquā etiam cum homo ab homine occiditur, multum distet, utrum fiat nocendi cupiditate, uel iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut à latrone: an ulciscendi uel obediendi ordine, sicut à iudice, sicut à carnifice: an euadendi uel subueniendi necessitate, sicut interimitur latro à uiatore hostis

Quare uetus lex à deo seuerata.

Iudices etiā misericordia punire debent.

hostis à milite &c. Prodest ergo & seueritas uestra cuius ministerio quies adiuuatur, & nostra: prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & uestra: Omnis inquit anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c. Hæc Apostoli uerba utilitatem seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectione iussi sunt terribilibus debere qui timet, ita dilectionem iussi sunt timentibus debere qui terrent. Nichil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate, & nihil fiat inmaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contemnatur: quia & plectendo & ignoscendo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Quod si tanta est peruersitas & impietas, ut ei corrigendæ nec disciplina possit prodesse nec uenia, à bonis tamen intentione atq; conscientia quam deus cernit, siue seueritate siue lenitate, nõ nisi officio dilectionis impletur.

Augustinus ad Valentinum

Epist. 48.

Non est potestas nisi à Deo.
Rom. 13.

Terror temporaliu potestatum, quando ueritatem oppugnat, iustis, fortibus, gloriose probatio est, infirmis periculosa tentatio: quando autem ueritatem prædicat errantibus & discordantibus, cordatis

utilis

utilis admonitio est, & insensatis inutilis adfluctio. Non est tamen potestas nisi à Deo &c. Siue enim potestas ueritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: siue inimica in aliquem seuiat, laudē habet ex illa qui uictor fuerit coronatus.

Augustinus lib. contra Adimantum

Manich. dist. Cap. 8.

De eo quod scriptum est in Exodo: Oculum pro oculo, dentem pro dente, & cætera talia. Huic loco Manichæi, quod in ueteri lege per uindictam permittitur, & dicitur, oculum pro oculo, dentē pro dente esse perdendum, sic calumniantur, quasi & ipse dominus hæc duo sibi ueluti aduersantia atq; contraria in Euangelio demonstrauerit. Ipse enim ait: Audistis quia dictū est antiquis: Oculū pro oculo, et dentē pro dente. Ego autē dico uobis nõ resistere malo: sed si quis te percusserit in maxillā, præbe illi et alterā: et quicūq; uoluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam auferre dimitte illi & pallium. In quibus duabus sententijs reuera duorum Testamentorum differentia demonstratur, sed ab uno Deo, amborum tamen constitutorū. Nam quoniam primo carnales homines ardebant multo amplius se uindicare, quā erant illa iniuria de qua querebantur, constitutus est eis primus lenitas

Dei gratia

tis gradus, ut iniuriæ acceptæ mensurâ, nullo modo dolor uindictantis superaret. Sic enim & donare aliquando possit iniuriam, qui eam primo nō superare didicisset. Vnde dominus iam per Euangelij gratiam ad summam pacem populum deducens, huc gradui superædificauit alterum: ut qui iam audierat nō ampliore uindictâ, quàm quisq; læsus esset reddere, placata mente totam se donare gauderet. Quod etiã in illis ueteribus libris propheta prædicauit, dicens: Domine Deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuētibus mihi mala. Et alius propheta dicit de huiusmodi uiro patiente iniurias, & leuissime tolerante: Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobrijs. Ex quo intelligitur & mensurâ uindictandi recte carnalibus constitutâ, et omnimodam iniuriæ remissionem non tantum in nouo Testamento esse præceptam, sed longe ante in ueteri præenunciatam.

Augustinus in Enchi. cap. 78.

Iudicio con-
tendere nō
licet.

Nam & hic possit putari iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatū, sed tantummodo id extra ecclesiam uelle iudicari, nisi secutus adiungeret: Iam quidē omnino delictū est inter uos, quia iudicia habetis uobiscum. Et ne quisquam ita hoc excusaret, ut diceret,

diceret, iustum se habere negocium, sed iniquitatem se pati, quam uellet à se iudiciū sententia remoueri: continuo talibus cogitationibus uel excusationibus occurrat atq; ait: Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Ut ad illud redeatur quod dominus ait: Si quis uoluerit tunicam tuā tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi et pallium. Et alio loco: Qui abstulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaq; suos de secularibus rebus cum alijs hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina dicit apostolus esse delictū: Tamen cum sinit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudiciatibus, extra ecclesiam uerò terribiliter uetat: manifestum est etiam hic quid secundum ueniam cōcedatur infirmis. Ioannes Chrysostronus in opere imperfecto super illud Matth. 5.

Si quis te percusserit in maxillam unam, præbe ei & alteram. Et ei qui uult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Primo indigna res est, ut homo fidelis stet in iudicio ante conspectum iudicis infidelis. Nam si infidelis non est, certe secularis est. Et qui te uenerari debuerat propter dignitatem fidei, iudicat te propter necessitatem causæ: & perdes dignitatem Christi,

Indignare; propter negotium mundi. Nōne melius est ut perdas rem mundialem, quā gloriā spiritalem? Nam ab in fidei quæerere. qui lucrum animæ magnum estimat, damnū rei modicum putat. Qui ergo difficilius putat rem dimittere, quā in iudicio introire, hoc cogitet, quia difficilius est de iudicio sine peccato exire. Facilius enim est ante iudiciū rem dimittere, quā in iudicio euitare peccatum. Ergo sicut Ioseph dimisit pallium in manu metreticis, & fugit cum meliore pallio castitatis: sic et tu projice pallium in manu calumniantis, & fuge cū meliore pallio iusticiæ: ne forte dum vis uindicare uestem corporis, preciosissimā uestem animæ perdas. Deinde si uiderint infideles Christianum te pro iniurijs iniurias rependere grauiores, pro terrenis facultatibus & usq; ad perniciem animæ, secularia pulsare iudicia contra direptorem iniustum, quomodo credent spem regni cælestis esse ueram, quæ predicant Christiani? Facile enim spernunt terrena qui cælestia sperant: Qui autem terrena magnopere complectuntur, nescio si firmiter cælestia credunt promissa. Non solum propter lesionē animarum nostrarum percutientem sustinere debemus, auferenti quæ nostra sunt non repugnare, sed etiā propter demonstrationē indubitabiliū Christi promissionū ut ille qui

uiderit

uiderit te iniurias proprias negligentē, terrenas etiā res quasi nihil spernentem intelligat, quæ uerè est certissima spes Christianorū in cælis, preciosior omnibus rebus terrenis, & uita iucundior omni fruitione uitæ istius carnis.

EPISCOPI PRINCIPIBUS

sue Magistratui obediant.

REX Achā ad Vriā sacerdotē miserit exēplar & similitudinē iuxta omne opus altaris. Extruxitq; Vriās sacerdos altare, iuxta omnia quæ preceperat rex Achā de Damasco, ita fecit sacerdos Vriās, donec ueniret rex. 4. Reg. 16

Præcepit rex Helchiæ Pontifici, & sacerdotibus secūdi ordinis, & ianitoribus ut projicerent de tēplo domini omnia uasa quæ facta fuerant Baal. 4. Reg. 23

Cōstituit Iosaphat sacerdotes et principes familiarem ex Israēl, ut iudiciū & causā domini iudicaret habitatoribus eius, præcepitq; dicens: Sic agetis in timore domini. Fideliter & corde perfecto, omnem causam. 2. Par. 19

Dd 3 Nec

2. Par. 8

Nec prætergressi sunt de mandatis regis, tam sacerdotes quã Levitæ, ex omnibus quæ præceperat. Itẽ 2. Par. 31. & 29.

2. Esd. 5

Vocaui sacerdotes, & adiuraui eos, ut facerent iuxta quod dixeram.

Rom. 12

Omnis anima (hic Paulus Põtifex nõ excludit) sublimioribus potestati bus subdita sit. Et Petrus in sua Canonica sacerdotes nõ excipit: Estote, inquit, subiecti.

Eusebius Histor. Ecclesiast.

Tripar. lib. 7 cap. 9.

Episcopi dederunt tributa potestati regie non resistentes, deiq; mandata custodientes, sed etiam Cesaris legibus subiungantur. Sic Imp. Maximi, Pij, Valerios Augusti. Valentinianus, Valens & Gratianus, episcopis dioceseos Asiae, Phrygiae, Carophrygiae, Pacatione, in domino. S. Tanto Concilio, &c. Consule Eusebium.

Apparet etiam ex Synodo 6. Constantinopolitana ubi agebatur de duabus in Christo operationibus, & duæ voluntates esset in eo, scilicet diuinitatem & humanam.

humanitatẽ. Hanc sententiã Patrum curauerunt nonnulli in uestibulo ecclesie depingi. Sed Philippicus nã in uita princeps Synodi iconam abradere iussit, idemq; Romano Pont. præcepit. At Cõstantinus Rom. episcopus imperiũ neglexit regis, &c. Ex his apparet. Cesari Rom. Pontificem subiectum fuisse.

Item, Leo eius nominis tertius uir clariss. sapiens, & clemens Rom. Imperator, Romano Pont. mandauit ut destrueret imagines, & ipse Cõstantinopoli omnes statuas deiecit, cõcremauitq;. Iussit et Cõstantinus eius nominis quintus Imperator et conuocauit Conciliũ, in quo fuere omnes Græcie docti antiq;itates 300. triginta, definitionem postea Concilij Paulo Pontifici scripsit, ut imagines tollat, propeaq; tollat, præcepit. Acta sunt hæc, Anno domini 739. De his rebus & Paulum Diaconum de rebus Romanorũ consulere potes.

Paulus Diaconus lib. 18 de gestis

Roma. cap. 5.

Phocas extincto Mauritio, eiusq; filijs, Romano regnũ inuadit, hic, rogante Papa Bonifacio, stetit sedem Rom. ecclesie, ut caput esset omnium eccle-

dd 4 siarum,

Vide Plati
nã in uita
Gregorij
secundi.
Leonis mã
datum de
imagibus

fiarum, quia ecclesia Cōstantinop. primā se omnium ec-
clesiarum scribebat. Et quanquam Rom. Pōtīfex hic
cæteris omnibus esset prælatus, tamē adhuc sui iuris
nō erat, sed electus, cogebatur expectare Cōstantino=
politani sententiā: deinde Italici exarchi autoritatem.
deniq; & populi Rom. comprobationē, q̄ quidē pri-
mus manu misit Constantinus Imp. eius nominis 4.

Urbanus Papa 23. Quæst. 8.

Can. Tributum.

Tributū in ore piscis piscante Petro inuentū est,
quia de exterioribus suis, quæ palām cunctis appa-
rent, ecclesia tributū reddidit: nō autē totum piscem
iussus est dare, sed tantū staterē qui in ore eius inuen-
tus est, quia nō ecclesia dari Imperatori, &c. Sed de
exterioribus ecclesie quod cōstitutum antiquitus est
pro pace & quiete qua nos tueri & defensare debe-
rent, Imperatoribus persoluendum est, &c. Tri-
butum autem dare Imperatori, est Imperatori su-
bijci, & signū est seruitutis, ut patet Extra de Cens.
cap. Item per lege precedentem Canonem. Conue-
Reperies omnia in potestate Cæsaris siue Imperato-
ris sita fuisse. Item, Extra de exact. & Cens. ca-
pite secundo. Omnis anima subiecta sit potestati. Se-
quitur: Et uos debetis obtemperare. Quamobrem
tribu=

tributarium numum debetis dare, quo uos indicatis
obedientiam uestram.

Augustinus 23. Quæst. 3

Can. Nostri.

Nostri aduersus illicitas & priuatas uestrorum
uolentias, quas & uos ibi qui talia facitis doletis &
gemitis, a potestatibus ordinatis ultionem petunt, nō
quod hos persequentur, sed quia se defendant. Item,
Dist. 96. Can. Cū ad uerum, & Dis. 10. Can. Quoniā
Illi Canones uolūt Papā obtemperare in rebus tempo-
ralibus Cæsari, legibusq; Cæsarium obedire.

Inciperunt autem postea potestatem gladij ciuili-
s rapere, ut liquet ex decreto Eugenij eius nominis pri-
mi. Is iussit ut Episcopi carcerem haberēt ad plecten-
da delicta clericorum. Volat. Chro. Item Ioannes 13. Episcopi fi-
omnium primus qui coëgit Ottonem Magnum Cæsa-
unt princi-
rem ut præstitit sibi iuramentum. Supra recensui= pes.
mus. Item, Carolus Magnus postquam in urbem Ro-
mam uenerat, frequenti coetu episcoporum cleri & po-
puli Rom. in Basilica Petri à Carolo conuocato. Ca-
rolus sententiam rogauit de Pontificis uita & mori-
bus. Carolo autem sententiam rogante, nullus reper-
tus est qui crimina Pontifici obiecta probaret. Quia

Dd 5 (inqui=

Pontificem inquit) apostolicam sedē omnium ecclesiarū capit
Laicus non nemine (presertim laico) debere iudicare.

habet pote= Item, Alexandro secundo mortuo, statim in ipfis
statem iudi exequijs Alexandri. Hildebrandus qui postea dictus
care.

Gregorius septimus, collocatur in pontificiam sedem
omnium Cardinaliū suffragio, qui tum sibi solis ele=
ctionem ius arrogauerant.

Item, Hadrianus primus, ne clerici extra suum fo=
rum in iudicium traherentur sanciuit Chron. Chron.
Syluester Pontifex Romanus laicis clericum in ius uo=
care interdixit. Platina autore. Et idem, Clericus co=
ram seculari iudice nec dicat nec agat. Platina. Cle=
mens primus clericum à laico in ius uocari uetuit
quoque. Anacletus primus, Roman. Pont. alienos esse
iudicauit, qui sacerdotes in ius uocant. Quia inquit,
qui sacerdoti detrahit, Christo detrahit. Sacerdotes
omnino Christi sunt, Liber Conciliorum.

Alexander primus clericum ad plebeium tribunal
pertrahere prohibuit.

Iuramentū Sacerdotes causam dicere, & militari in sacro
à Sacerdote non prophano foro debere edixit Fabianus episco=
exigendum pus Roman. Sabellicus. Cornelius Roman. episcopus
non est. ne iuramentum à sacerdote nisi pro fide exigeretur
sanciuit. Similiter Caius Pontifex Romanus sa=
cris

cris iniciatum à prophano in ius uocari uetuit.

Eusebius Pont. Roma. ne episcopus à laicis in ius
uocetur, statuit. Iulius primus. Ne sacerdos alibi quā
apud iudicem ecclesiasticum dicat, precepit. Lega=
tis apostolicis obistentes, decreto excommunicat.

Alexander eius nominis primus. Marcellus Pont.
Rom. ne Conciliū sine peculiari Pontificis Rom. au=
toritate haberetur, statuit. Chron. Item, Alexander
secundus Clericos non debere accipere ecclesiastica
beneficia à laico uoluit. 16. Quæstione septima. Can.
Per laicos. Item, Simplicius primus, ne clericus
sacerdotij possessionem à laico acciperet, instituit
Platina. Volater. Bonifacius secundus episcopum
uel in ciuili, uel in criminali causa ad secularem iu=
dicem uocari uetuit. Chronica Chron. Item, Ha=
drianus ordinauit, ne ulli laici se electioni Pontificis
intromitterent. Nicolaus primus Imperatores, &
seculares principes decreto exclusit ab omnibus cle=
ricorum Concilijs, nisi quando cause agerentur de fi=
de. Hadrianus secundus laicos uel summi etiā ordinis
nō debere interesse electioni Archiepiscopi, Patriar
archæ, neq; Episcopi. Tēpore Martini 2. Pont. non
expectabatur Imp. autoritas in creando Pontifice.
Ioannes 9. ad Ludonicum Balbum scripsit, ecclesie

Romane

Romane priuilegia auferre non posse nisi præscrip-
 tione centum annorum 16. Quest. 3. Can. Nemo. Ha-
 drianus tertius ad Senatum populumque Romanum
 detulit, ne in creando Pontifice. Imperatoria autori-
 tas expectaretur, sed libera essent suffragia clero et
 populo. Hanc rem prior tentauit Nicolaus primus.
 Sed obscurius, sibi spem faciens, perficiendæ rei ex
 dubio Marte, ausus est Imperatori suum ius denega-
 re, quod semper habuit in creando Pontifice. Rom.
 Platina. Nauclerus. Item Henricus quartus Imp. iura
 mentum Gregorio septimo exhibuit. Paschalis secundus
 quoque statuit ne laici Ecclesiasticas dignitates darent
 Symoniacam heresim uocant, cum laicus beneficia, aut
 inuestituras ecclesiasticorum confert.

Platina in uita Gregorij eius nominis quarti.

Pontifices Roma. subiectos Imperatoribus fuisse
 ex hoc apparet, quod Gregorius eius nominis 4. li-
 cet electus à clero populoque Roma. fuisset, non prius
 Pontificium munus obire uoluit (inquit Platina) quam
 à legatis Ludouici Imperatoris ob eam causam Ro-
 mam missis, qui diligenter tantam electionem discus-
 serant, confirmatus est. Fecerat id Ludouicus non super-
 bia motus, sed ne iura Imperij amitteret.

enim

enim ne Christi serui ulli seruituti humanae subiecti,
 & ut unaqueque ecclesia suos proventus haberet, unde
 de sacerdotibus uiuerent, ne ob inopiam rerum cultum
 diuinum desererent, neque ob necessitatem quaestui se-
 se dederent.

Idem præterea octingentesimo ac trigesimo domi-
 nicæ incarnationis anno Synodum multorum episco-
 porum habuit, excogitatum ad honorem dei & uti-
 litatem Ecclesiasticæ dignitatis: in qua quidem con-
 stitutum est, ne episcopi, & clerici cuiusuis gradus
 pretiosas & exquisitas uestes, utpote sericas & coc-
 cinei coloris aut bracteatas ferrent: neque in digitis
 gemmas, nisi dum præsules sacrificant: in cingulis et
 calcibus, crepidibus aurum & argentum ferrent, quæ
 certe procul omni religione sunt, & magnæ incon-
 tinentiæ ac uanitatis signa manifestissima. Utinam no-
 stris temporibus Lodouice uiueres. Indiget nunc ec-
 clesia tuis sanctissimis institutis, tua censura, adeo in
 omnem luxum & libidinem sese effundit ecclesiasti-
 cus ordo, coccinatos & trabeatos nunc inspiceres non
 homines, quod leue fortasse uideretur, sed equos &
 iumenta, præcedente dum incedunt magno adolescen-
 tum, & altero presbyterorum agmine subsequente, unde
 non in asinis, ut Christus nostri dogmatis autor, &

bene

bene uiuendi unicum in terris exemplar, sed in equis
 præferocibus & phaleratis, ac si ex hoste deuicto tri-
 umphum ducerent. De argenteis uasis, & egregia
 eorum suppellectile, deq; cibarijs non attinet dicere,
 cum & Siculae dapes, & Attalica ornamenta, & ua-
 sa corinthia, si hæc inspicias nullius pretij dici possint
 Quid uerò ex hac intemperãtia nascatur dicere præ-
 termittã, ne os (ut ipsi aiunt) in cœlũ ponã. Hæc Plat.

De donatione Ludouici Pij Imp. uide Commenta-
 ria Raphaëlis Volaterani de genere ac gestis Caro-
 ri. ciuitates quas Paschali donauit, enumerat ipse
 Ludouicus. Item, Othomis concessio sub Ioan. Pont.
 12. & Henrici concessio ibidem facta. Similiter cõsu-
 le Platinam in uita Paschalis Pontificis.

PRINCIPIBVS CONTRA DEVM

præcipientibus obediendum non est.

Hieronymus in epistolam ad

Titum cap. 2.

Si bonum est quod præcepit Imperator aut Præ-
 ses, iubentis obsequere uoluntati: sin uerò malum, &
 contra deum sapit. Responde eis de actibus Apo-
 stolorum: Obedire oportet deo magis quam hominibus

Ambro-

Ambrosius

Cum à comitibus & tribunis Valentiniani Cæsaris,
 præciperetur sibi, ut Mediolanensem basilicã tra-
 deret Arrianis. Imperatorum suo iure uti dicentibus
 eò quod in eius potestate essent omnia. Respondet in-
 tegra fiducia: diuina Imperatorie potestati non esse
 subiecta. Vide ad Marcellinam sororem de traden-
 dis Basilicis epistolam: Mandatur, inquit, trade altaria,
 urgemur igitur præceptis regalibus, sed confir-
 mamur scripturæ sermonibus.

Eusebius Eccle. hist. lib. 4.

Cap. 15

Polycarpus proconsuli Herodi magna alacritate
 respondit: Docemur enim principibus & potestati-
 bus hijs quæ à deo sunt, honorem deferre: cum scili-
 cet, qui religioni non sit contrarius.

Theophylactus in Lu-

cam 16

Quicumq; quæsierit animam suam saluare, per-
 det eã. Non quærat aliquis, inquit, in Antichristi per-
 secutione animã suam lucrari, perdet enim eam: qui
 se occasione & periculis exposuerit, saluabitur. Ne
 igitur se humiliet tyranno propter uitæ amorem.

Augustini

Augustini exhortatio ad concordiam

Ecclesie epist. 169.
 Hac Ecclesie potestate utimur, quam ei dominus
 & promisit & dedit. Imperatores enim si in errore
 essent, quod absit, pro errore suo contra ueritatem le-
 gis darent, per quas iusti & probarentur, & corona-
 rentur: non faciendo quod illi iuberet, quia deus pro-
 hiberet sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea sta-
 tua adoraretur, quod qui facere uoluerant deo talia
 prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores
 ueritatem tenent, pro ipsa ueritate contra errorem
 iubent, quod quisq; contempserit, ipse sibi iudiciu ac-
 quirat. Vide & 11. Qu. est. 3. Imperatores.

Bernhardus in epistolis ad Adam
 monachum epistola 7.

Mala imperantibus non est parandum, praesertim
 dum prauis obtemperans imperijs, in quo homini uide-
 ris obediens: deo plane qui omne quod perperam agi-
 tur interdixit, obediens te exhibes: ualde autem
 peruersum est profiteri te inobedientem, in quo no-
 sceris superiorem propter inferiorem, id est, diuinam
 propter humanam soluere obedientiam. Quid enim?
 Quod iubet homo prohibet deus, & ego audiam ho-
 minem, surdus deo? Non sic apostoli clamant quippe
 dicente

dicentes: Melius obedire deo quam hominibus. Hinc
 dominus in Euangelio phariseos increpans, quare et
 uos, inquit, transgredimini mandatum dei propter
 traditionem uestram? Et per Esaiam: Sine causa au-
 tem, ait, colunt me, mandata, & doctrinas hominum
 tenentes. Et item ad Protoplastum: Pro eo quod obe-
 disti uoci uxoris tuae plusquam meae, maledicta ter-
 ra in opere suo. Igitur facere malum quolibet etiam
 iubente constat non esse obedientiam, sed potius in-
 obedientiam.

Augustinus Bonifacio Co

miti de moderate coercentis

Hereticis.

Quicumq; ergo legibus Imperatorum, quae con-
 tra ueritatem dei feruntur, obtemperare non uult,
 acquirit grande praemium. Quicumq; aut legibus Im-
 peratorum, quae pro dei ueritate feruntur, obtem-
 perare non uult, acquirit grande supplicium. Nam
 & temporibus prophetarum omnes reges qui in po-
 pulo dei, non prohibuerunt & euerterunt quae con-
 tra dei praeccepta fuerant instituta, culpantur: & qui
 prohibuerunt & euerterunt super aliorum merita
 laudantur: ut Daniel. 3. & c. Vide Dist. 9. cap. Impe-
 ratores, & duabus sequentibus.

Ee

Ambrosius

Ambrosius 11. Quæst. 3. Can.

Iulianus.

Iulianus Imperator quamuis esset apostata, habuit tamē sub se Christianos milites, quibus cum dicebat: Producite aram cū defensione Reipub. obediebāt ei, cum autē diceret eis: Producite arma in Christianos, tunc cognoscebant Imperatorem cœli.

Augustinus 11. Quæst. 3. Can.

Non semper.

Nō semper malum est non obedire præcepto, cum dominus iubet ea quæ sunt contraria deo, tunc & obediendum nō est. Item, Augustinus lib. de uera religioe ca. ultimo, quatenus potestati subiecti Christiani. Omnibus potestatibus quæ dantur hominibus ad regendā Rempub. pro nostro uinculo subditi sumus: reddentes Cæsari quod Cæsaris est, et deo quod dei est: nō est metuendum ne hoc post mortē nostram aliquis exigat. Et aliud est seruitus animæ, aliud seruitus corporis. Lege totum caput August.

Marcelli = Marcellinus Pont. Romanus sub Diocletiano uixit, sub quo Christiani persecutionem magnā passi sunt: quum iam ad martyrium abduceretur, Marcellum presbyterū admonuit, ne in ijs quæ fidei sunt Diocletiano obtemperet. Platina.

Marcellus

Marcellus Romanus à Cōstantio & Galerio usq; ad Maxentiū peruenit. Platina. Volater. ait sub Diocletiano fuisse. Is Maxentius Marcellum cœpit, coacturus ut se Episcopatu abdicaret abnegaretq; Christianum nomen. Cum uerò Maxentius se ab illo contemni animaduerneret, ira cōmotus inclusit in carcerē ut animalia publica custodiret. Inde post 9. menses ereptus est à suis clericis. Maxentij autem iussu in eam custodiam reductus, præ pudore & siti obiit. Platina.

Sixtus secundus Græcus, patria Atheniensis quidam Xistum appellant. Volatera. ait sub Galieno fuisse. Quod contra imperatoris decretum Christum annunciaret, accusatus & capite multatus est, cum ad Martis templum perductum Marte saera ficere recusaret. Cum uerò iret ad supplicium, Laurentius & thesauros ecclesiæ in pauperes distriberet, iussit.

HAERETICOS COMBURI,

est contra uoluntatem

spiritus.

Conflabūt gladios suos in uome-
res, & lanceas suas in falces.

Ec 2 Non

Es. 2

12. Non occident, & nō nocēbūt in uniuerso monte sancto meo.

Mar. 19. Si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus.

Lucæ 9. Nescitis cuius spiritus estis?

Lucæ 16. Filius hominis non uenit perdere, sed saluare animas.

Matth. 16. Cauete à fermento pharisæorum. Non, inquit, occidite hæreticos, pharisæos.

Præterea Christus neminem gladio aut igne coegit ad fidem.

Christus itē tollerauit pharisæos, dicens: Cauete à pseudoprophetis. Nō ait, occidite falsos prophetas.

Matth. 13. Huc spectat parabola de zizania & tritico.

1. Cor. 4. Paulus blasphemus erat, et tamē misericordiam est consecutus.

Titum 3. Hæreticum hominem deuota. Non ait, occide.

Galat. 5. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in delicto aliquo corripite lenitate spiritus illū, &c. ne & tu tenteris.

Non

Non est enim peccatum, quod fecit homo, ait Augustinus, quod non posset facere aliter homo, si deus desit. Sic si spirituales sumus, magis cogitare debemus, quomodo seruiemus peccatorem, quam quomodo perdamus.

Hieronymus ad Galat. 4.

In fine.

Nunquam spiritualis persequitur carnales, sed ignoscit ei, quasi rusticano fratri: scit enim posse proficere ad tempus. Et si quando Aegyptiæ filium uiderit irascentem, recordatur unius patris qui lucem, boues creauerit, & culicem. Ita etiam respondet Pego, hæreticum hominem, ex præscripto Apostoli uitare didici, non igni tradere.

Augustinus contra Cresconium

Grammaticum lib. 3.

Nullus tamen bonis in catholica ecclesia hoc placet, si usq; ad mortem in quenquā, licet hæreticum, se corrigi uatur, &c. nec propter paleas arē, nec propter zizania segetem Christi, nec propter uasa inhonorata nō necari. domū magnā Christi, nec propter pestes malas retia Christi relinquunt.

Eccle. hysto. lib. 10 cap. 5.

Defertur ad Constantinum sacerdotalis Concilij

Ee 3 senten-

Exilij pec-
na nō ignis

sententia. Ille tanquam à deo prolata ueneratur, cui si quis tentasset obniti, uelut contra diuina statuta uementē, in exiliū se protestatur acturū. Sex igitur solicum Arrio se patiuntur expelli, & c. Item, Conciliū Toletanum 4. sub rege Sisenando celebratum non cogit iudeos ad fidem, sed prohibet.

Hieronymus Psal. 7.

Qui se, inquit, in Christo dicit credere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Non enim uenit ut cederet, sed ut cederetur. Non dedit alapa, sed accepit. Non crucifixit, sed cruci affixus est. Nō alios occidit, sed ipse passus est. Qui ceditur, Christū imitatur, qui uero cedit, Antichristum. Idē Hierony. super hęc uerba: Sinite utraq; crescere, quod de Hæreticis omnino non ferendis exponit.

Aug. Bonifacio Comitū de moderate cohercendis Hæret. epist. 50.

Non esse, inquit, petendum ab Imperatoribus, ut ipsam hæresim iuberent omnino nō esse, pœnam constituendo eis qui in illa esse uoluissent, sed hoc potius constituerent, ut eorum furiosas uiolentias non paterentur, qui ueritatem catholicam uel prædicarent loquendo uel legerent constituendo. Quod eo modo fieri aliquatenus posse arbitramur, si legē piffimus

semæ memoriæ Theodosij quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, ut quisquis eorū episcopus uel clericus ubilibet esset inuentus, decem libris auri multaretur, ex presusq; in Donatistas, qui se negabāt hæreticos, ita confirmare, ut nō omnes in multa ferrentur, sed in quorū regionibus aliquas uiolentias à clericis uel à circumcellionibus uel populis, eorū ecclesia catholica pateretur, ut scilicet protestationē catholicorum, qui fuissent ista perpessi, iam cura ordinum ad persoluendā multā episcopi siue ministri ceteri tenerentur. Vides non supplicio capitali plectos, punitos propter seruandā etiam circa indignos mansuetudinem Christianam: sed pecuniarijs damnis propositis, & in episcopos uel ministros eorū exilio constituto, & c.

Item, Augustinus Dulcilio Tribuno, ut Donatistas edicto suo hæreticos corrigat, non occidat. Vide epist. 61 de Hæreticis cohercendis. Chrysofomus Serm. Quod neq; uiui, neq; mortui anathemate plectendi sunt.

Chrysofomus in Mattheum,

Homil. 47. ex cap. 13.

Dominus autem prohibet ne fortē simul cum zizanij herbā etiam tritici euellant, qd' dicebat, ut bel-

Ec 4 la

Lex Theo-
dosij in Hæ-
reticos.

Lex pecu-
naria in
Donatistas
latrones.

Hæreticos
dominus oc-
cidere phi-
bet.

la & effusionem sanguinis prohiberet. Nam si truci-
darentur haeretici absque foedere pacis atq; inducijs
bellū orbi inferretur. Duobus igitur rationibus pro-
hibuit: Altera, quia frumentis parum nocerent: al-
tera, quia nisi sanarentur, extrema supplicia nō eua-
derent. Quare etsi puniri eos uultis, & frumentis
nequaquā officere, opportunitas temporis congrua
expectanda uobis est. Non prohibet autem concilia-
bula haereticorum dissipare, ora obstruere, libertatē
loquendi concidere, uerum interficere ac trucidare.
In historia Tripart. lib. 6 cap. 22. Pars libri Atha-
nasy de satisfactiōe fugæ. Antequam, &c.

Theophylactus in Matth.

Capite 3.

Zizaniae, haereses, uel malae cogitationes: serui au-
tem angeli, qui indignatur esse haereses, uel malitiam
in anima, & uolūt euellere & excindere ex hac uita
haereticos, & mala cogitantes. Deus autem non per-
mittit haereticos bellum consumi, ne simul patientur,
consumanturq; & iusti.

Decretalium libro 5. Titulo de Hae-
reticis. Et in 6. eodem numero

ac Titulo.

Cōuicti, & in errore persistentes, aut in haeresim

abiura-

abiurata relapsi, tantum iubentur tradi Curia secu-
lari. Licet hic Glossematographi de suo adiecerunt, Ex Conci-
lio Turo =
nensi. 23.
ut comburantur.

Et olim in Synodo episcoporum Haeretici citati, Quæst. 5.
reddebant suæ doctrinae rationem, conuictis, libera-
erat optio utrum mallent ipsi in suo dogmate feriri
anathemate, hoc est, à communione separari. Nam
hæc tum erat poena Ecclesiae grauisima Berengario
qui non de Confessionis origine, neq; de Purgatorio,
postulatus erat à Hildeprando, sed de ueritate corpo-
ris Christi, ne tum quidem uis est adhibita, quum si-
mul dimissus in eandem opinionem relapsus esset.

Constitutio quæ in Codice lib. 1. Titulo de Hære-
ticis, Manichæis & Samaritanis, fertur octaua solos
libros et charitas iubet exuri, Doctores tantum capi
te plesti. Discipulis decem librarum auri multa, in-
7. Titulo
de Hæret.
dicitur. Eos uerò qui non solum audiunt illos, uerum
etiam contemptis Principum legibus libros illorum
apud se seruant, manifestum haereseos fauorem præ-
se ferentes in exilium deportari iubet. Nec hæc con-
stitutio ferit quoslibet haereticos, sed nominatim Ma-
nichæos, Apollonaristas & Samaritanos, qui mani-
festam docebant blasphemiam. Huiusmodi ferè sunt,
quæ procedunt, eodem Titulo, quæ iubent inquisitio

Ee 5 nem

nem etiam usq; ad capitis poenam extendi, sed exprimunt certas haereses. Similiter eodem lib. Titulo, de Summa Trinitate, &c. Arrianos exprimit, &c. Nō hic agebatur, an Confessio auricularis sit instituta à Christo, an Apostoli calluerūt linguam Græcam uel Hebraicā, sed de maiestate Christi, deq; summa Christi auitatis, &c.

Augustinus ad Donatum pro-

consulem Africae, ut Donatistas coëre-
ceat, non occidat, Epist. 127.

Deniq; unum solum est quod in tua iusticia per-
timescimus, ne fortē quoniam quicquid mali contra
Christianam societatem ab hominibus impijs ingra-
tisq; committitur, profecto grauius est & an onus q̄
si in alios talia committantur, tu quoq; pro immani-
tate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christia-
nae consideratione censeas coherendum, quod te per
Iesum Christum ne facias, obsecramus. Neq; enim uin-
dictam de inimicis in hac terra requirimus, aut uerō
ad eas angustias animos debeant coarctare quæ pati-
mur, ut obliuiscamur quid nobis præceperit, pro cuius
ueritate ac nomine patimur, quō diligimus inimi-
cos nostros & oramus pro eis, unde ex occasione
terribilium iudicium ac legum ne æterni iudicij
poenas

poenas incidant: corrigi eos, non necari, nec disci-
plinam circa eos negligi uolumus, nec supplicijs qui-
bus digni sunt exerceri. Et paulo post: Quæsumus
igitur ut ecclesie causas audis quamlibet nefarijs in-
iurijs appetitam uel afflictam esse cognoueris. Pote-
statem occidendi te habere obliuiscaris, &c. Item Au-
gust. ad Marcellinum rogans, ut qui nolunt resipisce-
re, castigentur: sed citra mortis poenā Epi. 158. Item
de charitate Augustini circa hæreticos captos pro-
pter uolentiam, quam fecerant. Lege librum epistola-
rum, epist. 68. clericorum catholicorum Hippone. ad
Ianuarium partis Donatianæ.

Chrysoströmus Homilia de

nomine Abraham.

Equidem laudo, quod fratrum doletis ignauiam,
&c. Idem Chrysostr. Dogmata enim impia, & quæ ab
Hæreticis profecta, arguere & anathematizare o-
portet: hominibus autem parcendum, & pro salute
ipsorum orandum.

Hieronymus in Matth.

Arundinē cōminutam non confringet, id est, ex-
ponente Hieronymo, porriget manum peccatori, &
portabit onus fratrum suorū. Et linū fumigans nō ex-
tinguet, id est, iuxta eundem, modicā fidem in paru-
is

non extinguet. Vtriusq; iam sint imitatores, Christi ne an Antichristi, qui flammam ignem, mortem spirant, clamant, inferunt, Hieronymus explicuit. Quoniam ergo parum est Christianum feritate plusquam militari, rabie plusquam canina, inclementia plusquam tyrannica, in palabundam ouem grassari, inter miserum deseuire, & in deploratum & reiectum à deo hominem irruere. Dominus de hoc cum pastoribus, qui pascere debuerant, non interimere, exoptulat apud Ezechielem 34. cap. Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, &c. Quod confractum est, non alligastis, &c.

Cyprianus ad Cornelium

Papam epistola 3.

Declinent, inquit, fortiter & euitent dilectissimi fratres nostri uerba & colloquia eorum, quorum colloquia ut cancer serpit. Sicut Apostolus ait: Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ.

Augustinus contra epist.

Manichei, quam uocant fundamenti, lib. Cap. 1.

Vnum uerum deum omnipotentem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, & rogavi & rogo, ut in refellenda & reuincenda hæresi uestra Manichei,

nichæi, cui & uos fortasse imprudentius quam maliciosius adhæsis, det mihi mentem pacatam atque tranquillam, & magis de uestra correctione, quam de subuersione cogitantem. Quanquam enim dominus per seruos suos regna subuerterit erroris, ipsos tamen homines, in quantum homines sunt, emendandos esse potius, quam perdendos iubet. Et quicquid est diuinitus ante ultimum illud iudicium uindicatura, siue per improbos, siue per iustos, siue per nescientes, siue per scientes, siue occultè, siue palam: non ad interitum hominum, sed ad medicinam ualere credendum est, quam qui respuerint extremo supplicio præparantur. Lege totum caput illud pulchrè differt uir ille diuinus.

Idem Augustinus 2. Quæst. 1.

Can. Nos.

Nos quenquam sententiam ferre non possunt nisi aut in conuicium, aut sponte confessum. Item Constantinus Imp. Iudex criminosum discutiens non ante proferat sententiam, quam aut reum ipse se confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur.

Felix Papa 2. Quæst. 1. Ca.

Primates.

Primates accusatum discutientes Episcopum, non aut

ante sententiam proferat damnationis, quam aut res
um ipse se confiteatur, aut per innocentes & canoni
cè examinatos regulariter testes conuincantur: aliter
irritā esse censemus, & iniustam Episcoporum dam
nationē, & idcirco à sancta Synodo retractandā, ita
ut oppressis ab omnibus cunctis causis subueniatur.
Item, Can. Notū sit. & c. & Can. Item. Can. Episco
pus. Can. Deus omnipotens. Cōsule præterea Platina
de uitis Pontificum in uita Syluestri eius nominis pri
mi de hereticis puniendis.

Hilarius lib. ad Constantinum

Augustum.

Ad fidē nul
lus cogēdus
Deus cognitionem sui docuit potius quam exegit
& operationum cœlestium admiratione præceptis
suis concilians autoritatē, coactam cōfitendi se asper
natus est uoluntatem. Si ad fidem ueram istiusmodi
ius adhiberetur, episcopalis doctrinam obuiam per
geret, diceretq̄: Deus uniuersitatis est, obsequio non
eget necessario, non requirit coactam confessionem.
Non fallendus est, sed promerendus. Nostra potius,
non sua causa uenerandus est. Non possum nisi uolen
tem recipere, nisi orantem audire, nisi profitentem si
gnare, simplicitate querendus est, confessione discen
dus est, charitate amandus est, timore uenerandus est
uolun

COMBURENDI NON SVNT. 819
uolūtatis probitate retinendus est. At uerò quid istud
quod sacerdotes timere deum uinculis coguntur. Poe
nis iubentur sacerdotes, carceribus cōtinentur, plebs
in custodiam catenati ordinis constricta disponitur,
uirgines nudantur ad poenam, sacrata deo corpora
publico exposita conspectui, ad fructum spectaculi
& questionis aptantur, & c. Ex lib. Epistolariē
August. epistol. 68. clericorum catholicorum
Hippone. ad Ianuarium.

Pelagius, Pontifex Romanus Hereticos &
Schismaticos nolentes ad saniorē doctri
nam reduci rationibus, secula
rium manu cohærceri posse
diffiniuit. Platina.

BASILEAE ~~ANNO DOMINI MDCXCVII~~
~~MDLXXVII~~
ANNO M. D.
XXXVIIII

